X, 93, 1. Si prior Euganeas *Clemens Helicaonis oras.*

O: Si prior Euganeas *ieris Eliconis in oras.*

IX, 44, 1. *Alciden* modo Vindicem rogabam
Esset cuius opus laborque felix.

O: *Alcides*, ut voluerat Lipsius, non perspecta structura satis pervulgata.

XI, 106, 1. Vibi Maxime, si vacas *habere*,

ubi *avere* coniecerunt verissime — id quod nulla haesitatione recipiendum fuerat —, *O* perverse *si vacas ab aere;* quanquam non defuere, qui id quoque de divinatione reponerent.

IX, 22, 5. Ut *Mauri Libycis* centum stant dentibus orbes.

Familia *C,a.* Ut *mari* Libycis; *O:* Ut *Maurusiacis.*

XII, 32, 17. Qualem marina *misit* aura piscinae.
Familia *C,a.* aliique *iussit* vel *vissit* vel *iuxit* vel *vixit*: audacter *O*: *spirat.*
Qui plura volent, eos adire iubeo XI, 74, 1. 49, 3. Praef. XII, 13. XII, 24, 4. 29, 1. et 18. XIII, 2, 1.

Quae cum pleraque omnia ex libro familiae *C,a.* ducta esse manifestum sit, eadem tamen editio saepenumero ad apertas Merulae depravationes delabitur. Veluti solae editiones *Oμ*, et quae inde expressae *xα*, IX, 103, 2. *nupta* exhibent pro *nuda;* et, ut unum tantum addam exemplum, sed id centum aliis luculentius, XI, 49, 3. impudentissima Merulae hariolatio *Silius Arpino tandem succurrit agello* pro *Silius optatae succurrere censuit umbrae* Romanam quoque obsedit. Eandem invasit eadem epigrammaton libri I. confusio, quae ex *μ* in alia exempla dimanavit. Utraque hunc ordinem habet: I, 1—14. 48—103. 15—46. IV, 25—68. I, 104 usque ad finem. Quae res non aliam habet explicationem, nisi hanc, ut statuamus, editionem aliquam Veneta Merulae (*μ*) vetustiorem operis fuisse traditam, exactam illam cum ad fidem codicis longe excellentioris, tum ad iudicium docti interpolatoris conformatam. Suspicor editionem fuisse non aliam atque *π*, quam ubi a *μ* abeat ad Romanam *O* vergere supra significabam.

Nec latet, e cuius recognitione defluxerint ea quae docti hominis manum prodere dicebam. Namque Domitius Calderinus nullo auctoris nomine addito interdum scripturas in sola Romana *(O)* nunc repertas vel lenius vel acerbius taxat. Sic II, 35, 2. pro *In rhytio O* habet *Imbricio*, quod non damnat Domitius et in h. l. et XIII, 56; porro III, 17, 1. *sorptita O*, *scriblita* scite Domitius, qui alterum sugillat; X, 4, 12. *Nec te scire: legas Aetia Callimachi.* Sed *O: Nec te scire iuvat Ethia Callimachi*, intelligens *opus de moribus*, quod reprobat Domitius, sani iudicii homo. Apertius adversarios suos vellicat Domitius XIV, 32.

40. 41. 82. aliisque locis. Idem in Epistola *ad clarissimum virum Laurentium Medicen Florentinum*, *Cosmi Medicis filium*, iam in editione principe Commentariis suis praemissa inter alia haec conqueritur: „Postremo non defuit, qni lncubrationem nostram maledictis interpellaret. Quidam enim in meam de qnodam loco sententiam edita epistola gravissime invectus est. Cni quid responderim in fine huins operis leges. Multa condonavi familiaritati, qua mecum olim coniunctus fuerat.“ In fine commentariornm iam in Romana principe anni 1474. (ego utor Veneta eiusdem anni) reperitur *Domitii Calderini Veronensis defensio cum recriminatione in calumniatorem commentariorum in Martialem*, *quos nondum ediderat*, *ad Corelium*, *patris amplissimi Cardinalis Neapolitani nepotem*. Excerpam inde quaedam, qnae omnia spectant ad enndem adversarium snnm iniquissimum, quem snpra tangit, Nicolaum Perottum, illo tempore episcopum Sipontinum. „Qui partim nuper coeperat invidere, partim odio habet iam diu, nullum detrahendi et insectandi finem facit. Qnod quamdiu intra parietes ab eo actum est, apud te, Theodorum Nicolaum, praesulem Modrusiensium, aequissimo animo iniuriam tuli aut certe dissimulavi. Sperabam enim magnopere fore aliquando, ut cum snae aestimationis ac dignitatis rationem haberet, tum veteris observantiae meae. — Paullo ante epistola quadam iam pridem animum penitus exulceravit. Ita enim me lacessit, ita vocat in ius, ita accusat, ut silentium pro confessione sit futurum. — Non scripsit ad me, nen passus est sno nomine epistolam reddi, sed quendam subornavit, qui ostenderet, mentitus se aliunde accepisse. — De *Myrina* quod refntavi scriptnm — libet enim omnem disceptationem ad veritatem referre — id erat in nonnullis codicibus, qui ab ipsius recognitione defluxerant. *Campis dives Apollo sic murinis.* Ita codices vetustissimi habent, quod aperte fatetur. Quid emendasti igitur, inquiet, *Semurinis*, quod in aliis codicibus mendose scriptum fuerat? *Sic*

murinis iussi scribere; nonne hoc est emendare? si dixi locum hunc apud poetam inversum me correxisse, non sum mentitus."

Dicit IX, 42, 1., ubi *sic Myrinis*, quod ipsum exagitat Domitius, *O* et, si fides Iunio, 𝔄.

Post illa narrat Domitius haec iucundissima: „Superioribus diebus *cum apud librarios ex Martialis codice eius manu emendato nonum et decimum legerem* nonnullique auditores adessent, cum multa nos offenderunt, tum risu abstinere non potui, quom incidi in illud Epigramma, cui est initium:

Vare Paraetonias Latia modo vite per urbes
Nobilis et centum dux memorande viris,

quod ipse ita correxerat: *lata modo voce per urbes Nobilis*. Simul dolui hominem tam imprudenter lapsum esse, cum libri antiqui scriptura *Latia vite* habeat et ita sit omnino legendum. — Monebis igitur statim depravatum locum recognoscat, ne uno exemplo compluribus menda imprimatur." —

Ostendit Domitius X, 26, 1., ubi sola *O: lata modo voce per urbes*. Aperto igitur testimonio docemur, Perotti istas esse correctiones. Illud ambiguum videri possit, utrum Domitius exemplar ipsum Romanum formulis expressum in mente habuerit, an exemplaria manu scripta, quae Perotti scripturis adhaeserint. Hoc tamen verius statues, maxime si memineris verba: „*id erat in nonnullis codicibus, qui ab ipsius recognitione defluxerant*."

Nec posthac simultas ista inter Domitium et Perottum cessavit. Domitius suis commentariis Iuvenalis Vicentiae anno 1480. impressis subiecit *Defensionem adversus Brotheum Grammaticum, commentariorum Martialis calumniatorem*. In qua non ille solum Fidentinum, sic vocavit odiose Sabinum, Perotti satellitem atque ministrum, ineptulum hominem, male mulcat, sed maxime invehitur in Brotheum, h. e. Perottum, qui in epistolis suis — *epistolarum Romanarum ac Perusinarum duo volumina* prae-

dicat Pyrrhus Perottus in Epistola ad Federicum Urbinatem Cornu Copiae patrni a se emisso praefixa — Domitii commentarios vehementissime carpsisset. Illum in septem epistolis septem in commentariis Domitii loca labefactare studuisse. Quae excutit Domitius. Pleraque pars circa explicationem versatur, in duobus locis scriptura quaeritur. Etenim IV, 19, 8. Brotheus *Atlan* pro *Athan* scribendum defendebat. Ecce tibi *O* illud ipsum suscepit, nisi quod *Athlam* impressum est. De IV, 61, 1. sic commentatur Domitius: „Perlongam epistolam scribit in expositionem nostram illius loci

Sardonyca verum lychnitemque terunctum.

Ubi nos ita scripsimus: „Lychnites (Lychnides) *lapides sunt a lucernarum splendore dicti, quem prae se ferunt. Contra* lychnites *dicitur marmur, quod lucernarum lumine sub terra fodiebatur. Varro auctor et Plinius. Codex antiquus habet* lychnidemque terunctum. *Ego autem legendum puto* perunctum. — *Illud accusas, quod* lychnici *scripserim pro* lychnite. *Ego non ita scripsi, id quod multis statim ostendi. — Sexcenti sunt codices commentariorum nostrorum, qui pro me testimonium dicunt.*" Brotheus contra stultissime *Verum* et *Terunctum* esse propria nomina contenderat, a quibus se gemmam accepisse diceret Mancinus, a Vero sardonycha, a Teruncto lychnitem. Idque ipsum rursus comparet in *O*, ubi totus versiculus sic scriptus extat:

Sardonicas Verum lychnitenque Teruncium.

Sed quod Domitius se *lychnidemque terunctum* ex antiquo codice protulisse testatur, id in impressis certe exemplaribus secus est. Extat enim ab initio non *Lychnides*, sed *Lichnici;* posthac: „codex antiquus habet *Lichnum terunctum.*" Et paullo post: „Ex ea igitur metaphora *lichnum perunctum.*" sed aliter voluisse honestissimum virum asseveratio ipsius fidem facit. Quare quae in notis criticis in eum locum posui, ea ex his emendanda erunt.

Quominus autem exemplum Romanum ab ipso Perotto curatum credamus, multa obstant. Nam et ea scriptura quam in commentariis primi libri epigrammaton sequitur Perottus — cognoscitur autem ea ex lemmatis demum, cum verborum contextus non sit additus — identidem a Romano exemplari abludit et in ordine carminum libri primi maxime inter se differunt. Nam cum Perottus pariter atque φ et Domitius sincerum ordinem custodierint — quod ipsum arguit, bonis eos libris usos fuisse —, prorsus cum μ conspirare *O* supra admonui. Scripturas autem Perotti, quantum quidem ex lemmatis expiscari licuit, in Analectis supplevi, cum in apparatu critico ipso securius transmisissem. Mirifice enim ab excerpendi labore deterrebar molestissimi operis vel solo aspectu. Postea id quoque taedium pertinaciter devorandum duxi.

Restat igitur, ut ponamus, quicunque praefuit editioni Romanae curandae, ex Perottinis fontibus hortulos suos irrigasse. Is enim persona sua indignum ratus obscenum poetam publicasse, exemplar a se emendatum aliorum tamen usibus non invidebat. Id quod non coniectura ductus statuo, sed cum ex narratione Domitii manifestum esse putarim tum ex iis planissime apparere, quae Pyrrhus Perottus, Sipontini nepos, in Prooemio Cornu Copiae *ad Federicum, Urbini ducem et ecclesiastici exercitus imperatorem invictissimum* prodidit fol. 2, b. Unde haec apponenda visa sunt: „Cum iam supra quintum annum Pomponius Fortunatus [*h. e. Laetus*] ac plerique alii studiosi viri Nicolaum Perottum, Syponti Pontificem, patruum meum, hortati essent, ut M. Val. Martialem, optimum quidem poetam, sed *vitio librariorum infinitis paene erroribus plenum* pro communi studiosorum utilitate *emendandum susciperet, aggressus ille hanc provinciam libens et corollarium addidit. Etenim lepidissimum poetam non modo emendavit*, sed etiam interpretatus est. — Adduci non potuit, ut lucubrationes suas in lucem proferret, *emendari duntaxat*

a suo ceteros codices passus est." Inde igitur Perottinae scilicet emendationes et in *O* derivatae sunt et in codicem Modianum (nobis *m*), ut puto, Romae anno 1468. exaratum. De Perotti opera aliquando plenius iudicari poterit, ubi codex ab ipso correctus, quem in Ambrosiana Bibliotheca latere infra narravi, exploratus erit.

Quae paullo uberius de Romana disputanda erant, si in brevius coegeris, haec sunt: Est ea a docto homine curata, qui editionem, ut videtur, *π* pro fundamento positam et ex codice familiae *C,a.*, saepe egregie, saepius ut errores librariorum impudenter interpolaret, et ex recensione Perotti corrigeret. Quae cum ita essent, in usurpanda *O* cautione opus esse intellexi. Qua usus sum.

6. Sequitur exemplar Venetum anni 1475. forma (*μ*) maxima, in cuius calce haec leguntur: *Impressum Venetiis Impensis Ioannis de Colonia: sociique eius Ioannis manthen de Gherretzen. M. CCCC. LXXV.* Vide Ebertum nr. 13229., Hainium 10812., Schweigerum p. 593. Versavi exemplar splendidissimum bibliothecae nostrae academicae.

Praefuit huic editioni Georgius Merula Alexandrinus, quem Ios. Scaliger *hominem paedagogicae confidentiae et grammaticae maledicentiae*, Scriverius *canem Alexandrinum* vocant. Vide de eo praeter Tiraboscum Hist. Litt. Ital. VI, 2. p. 72. (libr. III, 52.) Apost. Zenum Dissertatt. Vossianar. T. II, p. 68 sqq. De opera Martiali a se praestita haec ipse iactat in epistola ad *Angelum Adrianum, Oratorem Regium*, quae est ad calcem editionis:

„Legimus, Angele iucundissime, scriptores veteres in conquirendis bibliopolis atque librariis, quorum fide ac diligentia quos emissuri essent libri describerentur, non mediocrem curam habuisse. Adeo solliciti erant, ut integra et castigata quae scripsissent suis temporibus

haberentur et eadem incorrupta atque fidelia ad posteros transirent. Quam diligentiam si posteriores aliqua ex parte servassent, non adeo acceptus per manus error increvisset, ut praestantium scriptorum pleraque volumina ad hoc aevi ita mendosa venerint, ut in illis intelligendis nec frequens lectio, nec pertinax studium conferre vel minimum possit. Quare cum in plurimis plane divinandum sit, intacta vel a doctissimis huiusmodi scripta quodammodo manent; id quod cum multis evenerit, tum in epigrammatis Martialis adeo multiplex et frequens vitium fuit, ut sive rerum varietate, sive reconditarum vocum significatione incognita, sive morum antiquorum ignoratione, etsi non mediocri eruditione viri in eo laborent, plurima tamen tum obscura, tum ignota habeantur. *Quod opus cum nuper imprimendum foret peterentque nonnulli, ut eo perlecto si quippiam vel temporum iniuria vitiosum vel litteratorum quorundam arrogantia depravatum offendissem, id corrigerem et quoad possem in veram lectionem redigerem*, diu equidem repugnavi, quippe qui in meipso plura ad hoc munus pertinentia desiderarem verererque, ne dum rei litterariae prodesse cuperem tum maxime obessem. Nam immutato aut deraso verbo, cuius me lateret significatio, non solum sensus perverteretur, sed honesta forsitan dictio, pro qua veteribus, qui significanter locuti sunt, gratia habenda esset, penitus intercideret, atque in eam vituperationem incurrerem, qua nonnullos nostri temporis doctissimos viros taxari gravissime video. Sed quo magis onus hoc detractabam, eo magis urgebant, quia non solum ex lectione falsa poetae mens percipi non posset, sed inter varias et dissidentes quorundam emendationes quam potissimum reciperent ignorarent. Suscepi itaque onus quod recusare non poteram quodque ex sese laborem nobis alterum peperit pluris profecto profuturum. Nam facilitate nostra freti quod per nos castigatum fuit, id ut publice enarraremus effecerunt, vel *ut discerent quibus rationibus quave scriptorum veterum auctoritate damnata frequenti scriptura*

nostram emendationem tueremur. Igitur altera nobis iniuncta est cura, et qui paullo ante in deprehendendis corrigendisque iis quae mendosa videbantur laboravimus, nunc in percipiendo explicandoque epigrammaton sensu solliciti sumus. Sed legentes ut boni consulant quaeso et si per immutationem transmutationem, detractionem additionem et inversionem litterarum vel metri ratio confusa vel ex iis quae trita et pervulgata habentur depravatum quid fuerit, id mihi vitio non vertant, sed eorum indiligentiam accusent, qui artificio praepositi sunt. Tum autem cum paucula quaedam mihi tum dubia tum ignota sint, de quibus nihil nos mutavimus, si varia et assidua lectione, ut fieri per studiosos solet, quid illa significent deprehenderint, iuvent et ipsi rem latinam et quae perceperint nobis vero ignorata notent atque subinde aperiant. Nam utcunque ad me scripserint, illis non potero gratias non habere maximas."

Hactenus Georgius, modeste profecto, sed ut fides istis pollicitationibus haudquaquam respondeat. Etenim codices secutus novicios et ab hominibus librariis et studiosis pro re nata demutatos paene ubique ad mendosissima quaeque prolapsus est. Adde quod quasdam suas perversissimas coniecturas et recepit in ordinem verborum et postea a Domitio admonitus in errore perstitit seque fideliores codices habuisse auctores praeter rei veritatem testatus est. Veluti IV, 4, 5. *Lassi vardaicus quod evocati* Merula de suo *bardaici os* vel *bardiaci os* infarsit. V, 78, 3. *Non deerunt tibi, si soles προπίνειν* correxit: *Non deerunt tibi sessiles propinquae* idque portentum mordicus posthac defensitavit. III, 17, 1. pro *scriblita*, quod Domitius ex vestigiis codicum scite eruit, edidit *intrita*. II, 7, 3. pro *mimos* substituit *hymnos*. III, 25, 3. *Roga lavetur rhetorem Sabineium* ita deformavit, ut ederet: *Roga lavet uti rhetorem Sabinaeum*. IV, 61, 6. *Sardonicas auro* pro *Sardonycha verum* cum Panormita effinxit ex plerorumque librorum scriptura *Sardonicas verum*. II, 63, 4. contra libros omnes *haec mage luxuria est* pro

haec quoque luxuria est, quam tamen stribliginem cum aliis non paucis deinceps editiones propagaverunt. Nam cum Merulano textui semel adiecti essent commentarii Calderiniani centies repetiti, vulgatus factus est. Quod cum nec Iunius nec Gruterus nec ipse denique Scriverius — nam in reliquis non miror — sensissent, accidit, ut scripturae Merulanae non paucae per haec paene quattuor saecula notam censoriam feliciter elapsae locum suum, quem praeter aequum occupassent, tenuerint.

Quanquam ne Merulana quidem exemplaria laude sunt sua defraudanda. Etenim cum Martialis ex iis sit scriptoribus, quorum consuetudo nunquam plane extincta fuit, casu poterat accidere, ut vel pessimi codices interdum bonas scripturas monstrarent. Sic V, 14, 11. ubi *Oφ* pessime *rectumque se stare* ostendunt, *μ* — ita enim notavi Merulanam — sola habet *Lectioque se stare*, quae scriptura a nullo posthac editore repudiata vel in nostro exemplo resedit, cum *Leitoque* ex nutibus librorum eliciendum fuisse sero intellexissem ad V, 25, 2. et 35, 5. (Nomen *Λήϊτος* iam in Iliade occurrit.) Sed proxime tamen ad verum accessit Merula. Libr. IX, 100, 17. *ter perfida* paene sola exemplaria Merulana cum Domitio servant; IX, 51, 3. sola vere *nam Tullus ad undas*, ad quod prope accedit unus *P*, qui *iam Tullus ad undas*, cum reliquos libros omnes invaserit pessima hariolatio *modo raptus ad umbras* vel *undas*. Quod vitium deprehendi ortum ex VI, 58, 3. *O quam paene tibi Stygias ego raptus ad undas*. Idem fons est multarum perversarum lectionum, quae vel optimos et antiquissimos codices ex praepostera similium locorum memoria profectae dehonestant. Confer quae notavi ad II, 44, 6. 60, 3. 61, 8. 87, 2. III, 13, 1. 16, 5. 42, 4. 72, 2. IX, 11, 2. (*nuncupatur* pro *nominatur* in editiones omnes irrepsit ex 13, 1.) IX, 73, 2. 74, 2. cll. 100, 5. Libr. IX, 84, 5. *Raetus* in optimis libris factum est *raptus*, ex VI, 58, 3. Ex quo illud patet, vel optimos libros, puta saeculo X. antiquiores,

non fuisse immunes ab importunis correctionibus doctiorum lectorum librariorumve.

Redeo ad μ. Ea editio his praeterea locis paene sola veram poetae manum custodivit: IV, 8, 11., ubi sola cum *O* egregie *gressu timet ire licenti;* XI, 53, 3. sola μ cum Palatino *(P) matres*, reliqui *matrem;* XII, 48, 15. sola μ et Domitius cum *P magister* pro reliquorum *magistros*. Adde praeter alia XII, 94, 9. et XIV, 172., ubi recte *Sauroctonos* edidit et, quae ipsi rara avis fuit, a Domitii reprehensione bene vindicavit Merula.

7. Sed iam antequam haec altera Merulae editio (λ) exiret in publicum, prodierant commentarii Domitii Calderini, viri iuvenis quidem, sed graece latineque doctissimi eiusdemque elegantissimi, quos ille commentarios ex aliquo tempore magna cum laude auditoribus suis Romae ore tradiderat. De Domitii vita scriptisque exposuit praeter Tiraboscum l. c. VI, 2. p. 346 sq. (Lib. III, 63.) accurate Scipio Maffeus Veronae Illustratae T. I, p. 114 sqq. Quorum commentariorum exemplar princeps Romanum a. 1474. non vidi: usurpavi splendidissimum exemplar Venetum eodem anno ex Romano expressum, quod est bibliothecae nostrae academicae. Ad calcem legitur:

Domitii calderini ueronēsis comētarii in M. Valerium Martialem cum defensione finiunt: Impressi Venetiis opera et impendio Iohannis de Colonia Agripinēsi: at (sic) *Iohannis manthen de Gerretzē: qui una fideliter degentes: eosdem impressores ad hoc duxerunt Anno salut. M. CCCCLXXIIII.* Sequitur *M. Lucidi phosphori Epigramma.*

Misit Domitius commentarios suos ad *Iohannem Franciscum Lodovicum, principis Mantuani filium.* In epistola ad eum praemissa se a calumniis malevolorum quorundam, intelligit autem Perottum et Merulam, defendit, qui vel eo impudentiae progredi non erubuerint, ut „ea ab se accepta et sibi tradita fuisse insigni

mendacii vanitate affirmarint.“ Domitius vel „ex iis quae olim iactabant, tantum abfuit, ut quicquam probarit, ut ne ea quidem in commentariis usquam confutare libuerit.“ Percursis quibusdam istorum peccatis, ut *sorptita*, *Eliconis in oras* (vid. supra pag. XIX.) et *cuperent parcius esse sua*, quae est scriptura *Oφμ* in XIV, 78, 2., haec addit: „Paratus est, ita me deus amet, ad editionem libellus, quo supra ducenta eorum errata et ea quidem cum puerilia, tum aperta collegimus.“ Sed is libellus ab ipso suasu amicorum suppressus fuit. Verum cum Domitii commentarii summo omnium studio excepti ubique merito celebrarentur, invidiae non temperavit Merula eodemque anno, quo Domitius 32. annos natus pesti occubuit, edidit paullo ante scriptam *adversus Domitii commentarios praefationem ad Marcum Antonium Maurocenum*, *equitem praeclarum*, Venetiis XII. Kal. Martias a. 1477. Adiuncta haec Merulana sunt commentariis eius in Iuvenalem editis Tarvisiae a. 1478. eodemque anno repetitis Venetiis. Quam posteriorem editionem ex bibliotheca nostra academica acceptam ad manus habeo. Amolitur Merula *ea quae in quibusdam suis annotationibus ipsius oppresso nomine levissimus homo maligne reprehenderit.* In plerisque fallitur, quaedam obtinuit, ut XIV, 172. Notulae Merulanae inde ab editione, opinor, Veneta a. 1491. discerptae et ad suum quaeque locum relatae cum Calderinianis iunctae sunt cum in aliis editionibus tum in Parisina a. 1617.

Verissime autem Gruterus ad XII, 74. *Putidam*, inquit, *Merulae auctoritatem prae industria Calderini despuo.* Salutaris fuit poetae opera Domitii, qui non solum primus verba poetae non raro obscuriora commentariis suis in summa re laudabiliter explanarit, sed et artem criticam scienter factitaverit. Nos, qui hoc nunc agamus, apponimus quae scripsit in altera epistola *ad clarissimum virum Laurentium Medicen Florentinum*, *Cosmi Medicis filium*, ubi de codicibus a se usurpatis haec habet: „Illud certe praedicare non

desistam et constantissime tueri, in iis M. Valerii Martialis commentariis, quos olim tuo nomine suscepi et nuper dicavi tibi, si minus ingenii et doctrinae, laboris certe et industriae nostrae laudem existere. Quinque habui codices vetustissimos et eos quidem admodum emendatos. Sed quaedam occurrebant aliquando adeo vel ambigua vel remota, ut una tantum dictio per complures dies saepe me suspensum tenuerit." Idem quam religiose codicum fidem suspexerit cum omnis critica opera eius loquitur, tum ipse professus est in *Defensione* his: „Antiquo in codice manus non parvam fidem obtineat necesse est, constans praesertim et ubique eadem." Unum alterumque ex codicibus illis cognovimus ex hoc sane memorabili testimonio Angeli Politiani, qui Miscellan. cap. XXIII. haec, quae spectant ad epigr. VI, 77, 7. „Ne surdis, quod aiunt, agatur testimoniis, in hac ipsa gentis Mediceae bibliotheca publica codex habetur vetustissimus Langobardis litteris, quem et Domitius olim Florentiae pellegit. Sed et Veronae mihi pagellas quaspiam antiquissimi item voluminis Bernardinus quidam, adulescens, ut tum visus est, haud illiberalis, Domitii propinquus, commodavit, cum quidem una esset mecum Baccius Ugolinus, absolutissimi vir ingenii candidissimique. Neque non Romae quoque volumen item Martialis Langobardis characteribus ostendit legendumque nobis indulsit Bernardinus Valla, vir et carminum studio et iuris scientia et generis nobilitate atque opibus praetereaque humanitate quapiam non vulgari celebrandus. Quin Florentiae quoque praeter hos alium codicem primae nobilitatis civis Pandulfus nobis Oricellarius semiveterem dedit utendum. In queis utique singulis hanc quam dicimus scripturam reperias" (*mulo* dicit).

„Neque autem diffitear, etiam illam superiorem (*gibbo*) in uno alteroque non plane novo exemplari vidisse me, sicuti in eo quod Romae in Palatina bibliotheca, mediae antiquitatis et item in altero tum quidem cum legebamus Francisci Saxetti Florentini negotiatoris,

nunc autem Thaddaei Ugoleti Parmensis, humani doctique viri, qui regi Pannonum Matthiae, regii prorsus animi principi, libros ornamentaque alia Florentiae, nobis ista prodentibus, procurabat. Nam in eo quem mihi nuper doctus utraque lingua vir, Bernardus Michelotius, ab nescio quo sibi Perusino commodatum dedit inspiciendum, *gibbo* scriptum corruptius annotavi."

Ex his libris nunc unus tantum quod compertum habeam superest is, qui Thaddaei Ugoleti Parmensis fuisse fertur, a quo ad Fulvium Ursinum pervenit, nunc in Bibliotheca Vaticana servatur. Qui liber, saec. X. vel XI. scriptus, cum a Politiano *mediae antiquitatis* vocetur, quantum vetustate priores illi antecesserint, colligere universe quidem licet. Ex quibus vetustissimis duos certe vidisse Domitium ex illa narratione colligimus. Eosdem vetustissimos ad XI, 29, 3. profert Politianus, quo loco cum familia *C,a.* et Palatino consentiunt, a Thuaneo recedunt, quem hoc quidem loco glossemati locum fecisse patet.

Domitii scriptura ex solis lemmatis frustatim concinnanda erat, cum textus ipse additus non sit. Ponit autem plerumque tacite scripturas sibi probatas, sed ut haud raro ad codices antiquos vel antiquissimos (ut II, 59, 4.) provocet, recentes vel malos vel mendosos reiiciat. Fuerunt inter illos haud dubie praestantissimi quidam, ex quibus longe emendatiora poetae verba haurire licebat, quam in exemplaribus impressis iactabantur. Saepe igitur Domitius, cuius scripturas λ littera insignivi, facit cum optimis libris nostris, ut VIII, 6, 12. solus ad Thuaneum (*T*) et Palatinum (*P*) accedit; I, 30, 2. ad Palatinum, IX, 54, 5. ad Thuaneum. Nec raro solus verum suppeditavit, ut XIV, 41, 2. VI, 39, 20. aliisque locis. Scripturae diserte ex codicibus prolatae raro a nostrorum memoria omnium discrepant, sed vide II, 76, 2., ubi fortasse audiendi erant codices Domitii.

Mihi Domitianos commentarios perreptanti iucundissimus fuit labor. Sed ne quis me in commemorandis

eius lectionibus identidem lapsum esse culpet, cavendum est, ne quis recentioribus eorum exemplaribus fidem adiungat. In quibus saepiuscule Domitii verba foede conculcata sunt. Sic Praefat. libri II. p. 76, 4. ante me edebatur: *quare tragoedi epistolam accipiant*. Solus λ et Palatinus ad verum duxerunt: *quare tragoedi atque comoedi epistolam accipiant*. Nam editio a. 1474. *Tragoedi comoedi:* tanquam lemma exhibet, editiones a. 1480. 1485. *Tragoedi: comoedi*, quasi Domitius insipidus fuerit, alterum altero explicaturus. Sed in editione Parisina a. 1619. vocis *comoedi* iam nec vola nec vestigium. Hoc instar omnium esto.

8. Contuli praeterea editionem Venetam Martialis (*x*) a. 1480., in qua prima textui accessit commentarius Domitii. Habui exemplar bibliothecae nostrae Academicae. Licet autem haec editio expressa sit ex Veneta Merulae a. 1475., tamen ubique ipsius scripturas commemorandas putavi. Nam hoc ipsum exemplar Venetum ita invaluit, ut quae inde usque ad annum 1500. factae sunt plurimae editiones, quod sciam, huius vestigia anxie presserint. Certe quas interdum evolvi editiones a. 1485. et 1503. Venetas in maximis minimis illam reddunt, si a quibusdam discesseris levidensibus mutationibus et typothetarum erroribus. Id raro notabile visum est.

Editio a. 1480. passim ad commentarios Domitii, quibus oppleti margines sunt, correcta est, veluti I, 83, 1. *Manuella* μ, *Mammeia* λ*x* — *x* est signum huius editionis —; VII, 27, 3. *Cüster* μ, *Dexter* λ*x*; VII, 87, 1. *lagoopode* μ, lagopice λ*x*. Propius etiam ad emendatiorem textum admotum est nostrum exemplar singulari quodam artificio. Nam errores typothetae tollere eosque locos, qui a Domitii scriptura discederent, typographus instituit conciliare ita, ut formulis excriberet vel singulas voces vel partes vocum in minutulis schedis, quae priori scripturae illinerentur. Idque in exemplari Gottingensi labore improbo perfectum est. Ipsa signa distinctionis frequenter mira ista ratione vel deleta

sunt vel apposita. Quare saepe *pr.x* et *corr.x* ponendum fuit. Litterae illae secundariae non plane respondent iis quibus editio expressa est, sed licet tenuiores sint, ex eadem tamen officina prodisse, certe saeculo XVI. antiquiores esse, facies earum mihi persuasit.

Ab hac editione, cuius pariter atque Merulanae scripturas accurate excerpsit Herm. Duerrius, Brunopolitanus, olim auditor meus, ad Aldinam decem editiones perscribunt bibliographi: Venetas duas a. 1482., Mediolanensem a. 1482., qua in urbe iam a. 1478. Philippus de Lavania Venetam a. 1475. repetiverat; Venetam a. 1485., Mediolanensem a. 1490., Venetas a. 1491. 1492. 1493. 1495. 1498. Quibus cum commentarii Calderiniani adiuncti sint omnibus, a Venetarum textu priorum vix discessisse arbitreris. Quanquam Mediolanensium alterutram, licet et ipsae commentariis illis instructae sint, saepius desiderasse fateor.

(*a*) §. 6. 9. Novus rerum ordo nascitur ab editione Aldina priore, quae anno MDI. Venetiis foras data est. Duxit Aldus textum ex $\mu\varkappa$, sed ut et scribendi interpungendique rationem pro more suo novaret et ex Calderinianis commentariis exemplaribusque *Oφ*, denique ex ingenio illarum scripturas corrigeret. Summam consideranti igitur Aldus textum pessimum propagavit, in singulis emendatum, sed eundem plurimis locis temere immutatum. Fama tamen Aldinarum typorumque splendor effecit, ut qui extiterunt proximis temporibus editores ab ipso abire nisi raro piaculum crederent. Quare cum reliquae paene omnes editiones Aldinam quasi matrem haberent, multa ab Aldo demum invecta vel a Iunio, Grutero, Scriverio recepta per omnes deinceps editiones duravere. Quam vim cum habuerint Aldinae, quarum priorem littera *a* distinxi, quaestio haec omnis enucleatius explananda visa est.

Proponam primum aliquot locos de multis et eos illustres, qui Aldum contra fidem librorum omnium

pro arbitrio orationem conformasse manifestant. Selegi autem potissimum ea, quae cum omnes deinceps editores fefellisent, a me demum expuncta sunt:

1. Spectacc. III, 11. est *vox* tamen una α
   est *urbs* tamen una μκ
2. Spectacc. XV, 8. cum laudis ferret, adhuc *poterat* α
   cum laudis ferret, adhuc *pateram* μκ
3. Libr. III, 3, 4. Aut aperi faciem *vel* tunicata lava α
   Aut aperi faciem *aut* tunicata lava μκ
4. Ibid. 75, 8. *Quae* non stat α
   Quod non stat μκ
5. Libr. V, 20, 11. Nunc vivit *sibi neuter, heu,* bonosque α
   Nunc vivit *neuter sibi* bonosque μκ
6. Libr X, 24, 11. *Post haec tempora* nec diem rogabo α
   Post hunc nec horam nec diem rogabo μκ
7. Ibid. 68, 5. *Ζωὴ καὶ ψυχὴ lascivum* congeris usque α
   Ζωη και ψυχη congeris usque κ
8. Ibid. 83. inter vers. 10 et 11. hunc infarsit:
   Tonsor iam reliquos metat capillos.

His pauca addam, quae certissimum reddant, Aldo plerumque nonnisi μκ praesto fuisse, certe libros scriptos nusquam inspectos esse. Immutavit enim multa μκ vitia de suo, quae, si alios fontes adisset, aliter refingi debere intellecturus erat:

1. IV, 70, 3. Fieri putet *posse* quis *Marunille?* μκ
   Fieri putet *potuisse* quis *Maronille* α
   Fieri *putaret posse* quis *Marulline reliqui.*
2. V, 14, 11. Equiti se sedere μκ
   Equiti sedere se α
   Equiti sedere *debebat.*
3. V, 56, 2. Quaeris sollicitus diuque *rogas* μκ
   Quaeris sollicitus diuque *tentas* α
   Quaeris sollicitus *diu rogasque debebat.*
4. VI, 35, 5. Ut tandem *faties* vocemque sitimque rogamus μκ
   Ut tandem *facias* vocemque sitimque rogamus α

Ut tandem *saties* vocemque sitimque rogamus *reliqui.*

5. XII, 17, 9. cum *tam bene* vivat apud te. Ibi cum μx omisissent forte *cum*, *a* edidit: *tam belle* vivat apud te.

Postremo his adde infinitum numerum scripturarum ab ipso prorsus confictarum. Quarum pars hominibus doctissimis de fontibus vulgatae lectionis unice securis non vulgares turbas excitavit. En pauca exempla:

1. Spectacc. VII, 2. *nudo a* ex XI, 84, 10. docte interpolavit. Reliqui *nimio.*
2. I, 68, 6. *numen a*, *lumen reliqui.*
3. V, 24, 7. *sed* ferire *a*, *nec* ferire *reliqui.*
4. VI, 63, 7. *mea* fata *a*, *tua* fata *reliqui.*
5. IX, 12, 3. *mihi a*, *tibi reliqui.*

Est tamen ubi Aldus superiorum editionum scripturas felicissime emacularit. Sic IX, 2, 8. *Haud sua* ex μx scriptura *At sua* egregie effecit, quam eandem medicinam adhibuit Horatio Sermm. I, 3, 20. Idem IX, 11, 4. *nidos olet* pro *nidus olet*, XIV, 179, 1. reposuit quod in *T* postea repertum est. Adde XIII, 57, 2. Sed haec ipsi propria bona numero pauca sunt si contuleris cum iis, quae ex commentariis Domitii prudenter ascivit. De quo fonte plerarumque emendationum ab Aldo profectarum dubitari nullo modo potest. Est enim ubi ipsius scripturae ex perverso verborum Domitii intellectu manaverint. Compara hos tres insignes locos, de quorum ratione per annotationem admonui, VIII, 28, 22. 62, 8. X, 68, 5. Quorum medius locus vel Scaligerum ad procudendam pessimam interpolationem induxit.

Inspexisse Aldum potissimum λ, nec raro $O\varphi$, ut extra dubitationem ponam, recensum agam aliquot locorum, quos relicta μx auctoritate ad horum normam redegit, partim falso, partim verissime:

μx	α
Praef. Libr. I, p. 23, 17. theatrum meum	theatrum nostrum *ex* φ
I, 15, 8. remanent	remeant *O*
II, 86, 5. Galiambon	Choliambon *O*
III, 24, 5. et acuta	peracuta φ
VI, 8, 6. Dignum quid fatuus Severe fecit	Dignum quid fatuo Severe fecit λ
10, 4. pudet et	pudeat λ
13, 4. liquor	decor λφ
21, 10. parce deo	caede duos *O*λφ
39, 20. Iamque lubridarum	Iamque hybridarum λ
58, 6. dolor	Pudens λ
74, 2. semitatus	segmentatus λ
77, 7. corpore gibo	compare mulo *ex Politiano.*
VIII, 56, 21. dictataque	ditataque *O*
78, 12. ne laceretur	nec laceratur *O*
IX, 32, 6. crassi mentula Burdegalae	crassi mentula Burdigali λ
35, 5. carthis	Cattis λ
38, 1. laudes	ludas λφ
39, 3. sancta mei genita est	Sanctonici genita est λ
44, 6. Lysippum	*Λυσίππου* α, Lisippu λ
64, 9. sagulis	Siculis λφ
98, 2. profuit	profluit λ
X, 31, 9. Caesar	caesa *O*
83, 8. Hermerotem	Halmyroten λ

Editio Aldina altera a. 1517. universe eadem est. Sed quod ab Heynio in Virgilio, in Iuvenale a Rupertio observatum est, editiones Aldinas scriptorum latinorum post a. 1515., quo anno obiit Aldus, repetitas a prioribus discrepare et non raro meliora offerre, id in Martialem quoque cadit. Eorum pleraque ex λ poterant hauriri, veluti II, 59, 4. *dememinisse;* VI, 12, 2. *ipsa Paule peierat;* VIII, 6, 12. *vividiusque merum;* lemma XIV, 207. *Cor bubulum* aliaque. Quaedam

coniectura nituntur, quarum XIV, 95, 2. *nam Myos iste labor* pro *nam meus iste labor* splendidissima est eademque verissima. Interdum prioris editionis errores male correcti, ut XII, 62, 13. *Ut sit his μxa*, *Ut sit bis* Aldina altera; debuerat *Utque sit his*. Ex hac ego altera delibavi ea quae memorabilia viderentur. Sed fortasse quaedam me subterfugerunt.

In Aldinarum verba iuraverunt editores qui deinceps secuti sunt usque ad Hadr. Iunium omnes. Nisi quod Gryphianae, quae ab a. 1535. saepius repetitae sunt, quaedam nova attulerunt, sed ut Aldinas pro fundamento habuisse intelligas, vide XII, 62, 13. XIV, 202, 1. Ex his omnia proposui quae alicuius momenti essent, maxime ubi primae vel errores priorum vitavissent, ut XII, 59, 8., vel novos importassent. Editori codicum auxilia affuisse notationes marginales fidem faciunt. Earum pleraeque adeo excellunt bonitate et ita consentiunt cum Thuaneo, ut ex hoc ipso codice manasse iures. Quae interdum sunt ad alia epigrammata quam quae extant in Thuaneo annotata, raro ad illorum praestantiam aspirant, vid. IX, 13, 7. 27, 10. 37, 1. Ego ubique in testium numero citavi *marginem Gryphii*. Easdem scripturas nec Gruterus neglexit, qui tamen nusquam *Gryphii*, sed ubique *marginem Colinaei* citat. Ego Colinaeanas vidi tres, a. 1528. 1533. 1539., sed vacui margines, nisi quod semel, si memini, *Glaniana* IV, 39, 6. pro *Gratiana* annotatum est. Hoc quid sit non habeo dicere. Ceterum Colinaeanae licet quaedam peculiaria habeant, ut I, 43, 12. *Poni aprum nobis: sic et*, quae in Gryphianis frustra quaeras, cum eaedem in lectione modo exagitata XII, 62, 13. concordent, Gryphianas Colinaeanarum filias esse arbitror.

(A) §. 7. 10. Nova ornamenta accepit Martialis inde ab anno 1559. per Hadrianum Iunium, Hornanum medicum. Eo enim anno prodiit prima Iuniana Basileae apud Petrum Pernam. Quae editio cum Iunio ipsi propter mendorum multitudinem improbaretur, anno 1566. alteram curavit emendatiorem, Ant-

verpiae apud Plantinum. Ego usus sum rara editione cuius hic titulus est: „*M. Val. Martialis* Epigrammaton libri XII. Xeniorum liber I. Apophoretorum liber I. Omnia ad vetustiorum codicum fidem diligenter emendata, scholiis in margine illustrata, apposita etiam varietate lectionum; ac demum decem epigrammatis ex eodem vetusto codice suis locis adiectis aucta, opera HADRIANI IUNII Medici. ANTVERPIAE, Ex officina Christophori Plantini. AN. M. D. LXVIII."

Narrat Iunius in Dedicatione ad Ianum Doesam a Noortvviick inter alia haec: „Nactus olim ante annos complures lepidissimi poetae pervetustum ex abdito *τῶν Βιβλιοτάφων* specu in Anglia erutum exemplar, cum se mihi valde probasset ob lectionis varietatem et sententiarum argutiam" sqq. Idem accuratiora in Epistola „*Ad Lectorem* haec: „Ne sis inscius, benigne lector, quid in hisce Epigrammatarii libris toties iam recusis praestitum sit, id latere te nolim, praeter Epigrammaton aliquot accessionem de manuscripto exemplari Anglicano (quod nota. V. in margine praefixa denotat) vetustae lectionis fidem me indicasse. — Nonnulla seorsum e Pulmanni codicis, quem ad me miserat, fide adnotavi; servata etiam est simili ratione Gallicanorum aliorumque codicum ratio, addita nota, al." Denique in Animadversionum libr. III, p. 182. (edit. Cornel. van Arckel Roterod. 1708.) codicem illum Anglicanum vocat „veterem suum manu exaratum." Rursus ibidem libr. II, p. 112. „Manuscriptus codex, quo vetustissimo emaculatissimoque ab amico quodam Anglo donatus fui."

Ego codicis illius notam 𝔄 esse volui. Sed cum in diversis exemplaribus Iunianis non ubique eadem sit lectionibus marginalibus nota praefixa, ut v. gr. in alia editione scriptura aliqua V. notam habeat, in alia non habeat: saepe dubium est, num recte ad 𝔄 provocemus. Ego ea omnia 𝔄 tribui, quae disertum haberent in una aliqua Iuniana *V.* signum vel quas ex eodem libro ductas esse familiae eiusdem librorum congruentia doceret.

Simpliciter *marginem Iunii* dixi, ubi fons lectionis incertus erat. *Codicem Pulmanni* totidem litteris perscripsi. Et 𝔛 quidem, ut pro illius saeculi consuetudine, satis diligenter inspectus est; pauciora ex Pulmanni codice, paucissima ex *Gallicanis* allata sunt, velut II, 19, 2. Alias *cod. antiq.* ponit, ut I, 20, 4., *alius vet. cod.* XI, 91, 1., *codex Lutetiae* IX, 99, 7. et XI, 52, 18.

Pulmanni ille *codex* est unus omnium impudentissime interpolatus. Vide modo, ut his utar, I, 10, 4. 11, 1. 15, 1. 24, 2. 34, 2. II, 62, 4. Sed cavendum ab errore iam pervulgato est. Nam cum post Iunium ipse Pulmannus editionem curaret Argentinensem a. 1595. et Iunii marginalia scholiis suis aucta seorsum collocaret, evaluit, ut codex 𝔛 ab omnibus postea editoribus *codex Pulmanni* vocaretur. Nos suum cuique reddidimus.

Hadr. Iunius Martialem ex libris suis, maxime ex 𝔛, permultis locis correxit, saepe tacite; multa in verborum textum recipere non ausus in margine annotavit. Sed nec Aldinam scripturam, cui suam recensionem superstruxit, ubique expulit, ubi et facile poterat et debebat, nec in expendendo codicis 𝔛 pretio satis caute versatus est. Nam 𝔛 est ille quidem bonus liber, qui ad familiam *C,a.* pertineat, sed idem mirifice ab integritate vetustissimorum eius familiae membrorum deflexit. Librarius enim aut corrector — nam Iunium manus secundae scripturas non curasse opinor — permulta suo ingenio in ordinem cogere conatus est, quae in vetusto exemplari, quod describebat vel ob oculos habebat, labem traxerant. Velut VII, 31, 2. cum in libro archetypo repperisset *Effluas* vel *Efflas*, posuit *Et furvas*, cum *Et flavas* oportuisset. Libr. II, 56, 1. ante Iunium recte vulgabatur *male audit;* ille *notatur* suffecit, procul dubio ex 𝔛. Nam eiusdem familiae libri vetustiores levi corruptela *ma laudit*, *me laudat* praebent, unde alii alia. Tamen istam apertam interpolationem ab

omnibus posthac editoribus fideliter custoditam nunc demum oblitteravi. Libr. VI, 44, 5.

At si ego non *belle*, sed vere dixero quiddam, familiae *C,a.* antiquissimi *non velle* ex frequenti utriusque litterae confusione exhibent. Recentiores libri inde in errorem inducti:

At si ego *non vellem*, sed vere dixero quiddam. Ulterius gliscente vitio 𝔄:

At si ego *nunc vellem* tibi vere *dicere* quiddam.

Cfr. XIII, 47, 1. XIV, 34, 1. Alia infra proposuimus, ubi de familiae *C,a.* codicibus data opera explicavimus. Iunius autem eximio exemplo comprobat, quanta cautione opus sit, si quis veterem scriptorem ex uno aliquo libro emendare periclitetur. Nam saepe ea specie quadam veritatis fallunt quae, si omnem librorum cognationem perspexeris, mera librariorum commenta ad occultanda vitia scripturae in vetustis libris obvia excogitata esse intelligas. Quare satis iusta de causa a Grutero Scriverioque identidem Iunii recensio vapulat. Quorum Scriverius cum ad Libr. I, 6. dicit: „Iuniana hoc loco, ut etiam non paucis aliis, Martialem corrupit ac deformavit: vitio potius correctorum, quam illius viri longe omnium doctissimi," amice culpam in correctores confert, non vere. Imprudentior Iunius in recipiendis vel apertissimis 𝔄 interpolationibus reperitur fuisse. Sic ille III, 20, 15. pro *Titine thermis*, quae superiorum erat editionum scriptura, *Stertitne thermis* poetae obtrusit absurde, quod ex 𝔄 haustum arguit margo codicis *G.* Eiusdem farinae est quod ex eodem libro I, 49, 9. tacite inculcavit *Tepidum natabis lene Congedi vadum;* IV, 53, 6. *Cuique datis latrat obvia turba cibis*, vel versu oblatrante; IV, 10, 5.

Curre, sed instruc*tum* comitetur *pumice* librum

pro: Curre, sed instruc*tus:* comitetur *Punica* librum. Quaedam a Iunio tacite novata cum vel Scriverii limam effugissent, omnia exemplaria ante hoc nostrum infecerunt, ut II, 1, 6. *iste* pro *ille*.

Licet autem recensio Iunii, quae inde ab editione a. 1566. confusum in prioribus libris epigrammaton ordinem discrevit prima, haudquaquam ab omni parte probanda sit, hoc ipsi manet laudis, quod primus sordes vulgati ante se textus ope codicis 𝔄 saepe feliciter eluit ascriptisque diversitatibus scripturae instrumentum emendaturis non contemnendum suppeditavit. Quid ipse in textum recepisset tum demum notavi, cum a prioribus divortium fecit nullo in margine fonte scripturae indicato. Tum dixi *Iunianae:* contra ubi coniecturam periclitatus est, dixi *Iunius*. Octo illa epigrammata ex codice 𝔄 protracta in Suppositiciorum farraginem coniecimus cum Scriverio.

11. Ex editionibus Iunianam recensionem secutis non indigna commemoratu est Argentinensis, aere Lazari Zetzneri MDXCV. edita, quae *post Hadr. Iunium recognita et lectionis varietate doctissimorumque virorum observationibus accuratissimis illustrata* fertur in titulo. A pag. 381—453. extant marginalia Iunii, quibus suas quasdam leviusculas notas adiecit Theod. Pulmannus. Sequitur a p. 454—456. disputatio Lucae Fruterii e Verisimm. I, 9. petita; a p. 456—466. excerpta ex Iani Gulielmii Verisimilium libro III. Ianus Gulielmius saepe in partes vocat codicem ms., *quem ab optimo et eruditissimo theologo Iacobo Huttero habuit.* Cuius libri is (*G*)est cum *G* nostro consensus, ut eundem fuisse librum quovis pignore contenderim. Nisi quod Gulielmius priorem ab altera manu nusquam distinguit. Vide I, 78, 5. 96, 12. II, 46, 3. VI, 3, 1. 11, 3. VII, 28, 8. IX, 17, 3. et maxime IX, 49, 5. Paucis locis leviter utriusque libri memoria differt, ubi errasse Gulielmium nemo negabit. Idem alibi *membranas Colonienses* memorat, quae et ipsae sunt codex *G*, vide IX, 22, 2. Quaedam scite correxit Gulielmius, saepius a codice sibi imponi passus est, quem familiae *C,a.* accensendum non paucis locis praeter fas correctum esse infra demonstravi.

Illa excipiunt a p. 467 — 488. excerpta ex *Novantiquis Lectionibus Francisci Modii*, Epist. XXXIII. CIX. XXIII. Is usus est ad emendandum Martialem, cui operam parum adiutabilem praestitit, codice suo, de quo infra diligentius dicemus, littera *m* nobis notato. Denique a p. 485 — 491. finem faciunt *Christophori Coleri Franci Observationes et Castigationes in quaedam Martialis Epigrammata.* Is quaedam pauca inscite tentat, semel bisve *vet. cod. Iaminum* nescio quem antestatur, vid. XIV, 185, 2.

12. Pervenit iam narratio uostra ad laudatissimam editionem Iani Gruteri, quae Martiali persalutaris extitit. Titulus libri rarioris hic est:

„M. Val. Martialis Epigrammaton libri XV. hoc est, Spectaculorum liber I. Epigrammatum variorum libri XII. Xeniorum liber I. Apophoretorum liber I. Mille amplius locis serio correcti atque emendati a Iano Grutero, ope et consilio MS. Palat. Bibliothecae. Francofurti ex officina Paltheniana Sumtibus Ionae Rhodii MDCII."

Exemplar debeo bibliothecae Wolfenbuttelanae, quod olim fuit Cl. Salmasii; qui quae marginibus allevit, licet pleraque ab ipso posthac in diversis scriptis suis occupata sint, accurate notavi. Epistolae Gruteri Dedicatoriae ad *Ianum Dousam Nordovici dominum* subscriptum a. MDXCVI., ut eo anno liber prodisse, post novo titulo exornatus videatur. In illa Epistola affirmat, venire Martialem „multum mutatum a priore, plane sui meliorem, *ope inprimis vetustissimi exemplaris, quod est in illustri Bibliotheca serenissimi Electoris Palatini.*" Accuratius Gruterus de omni apparatu emendationis exposuit anno demum MDCXVI. Nam cum Petrus Scriverius auctor fuisset Grutero, ut annotationes suas ipsi in editione sua repetendas committeret, obsecutus Gruterus addidit a p. 99 — 102. Scriv. edit. „Commissa et Omissa in Notis I. Gruteri ad Martialem" et praeter illa a p. 103 — 138. „Appen-

diculam ad Martialem sive Notas aliquot repetitae lectionis." Cui appendiculae haec praefatus est:

„Ut domum Francofurto redii, nonnullis locis interpolavi schedas Martialis easque statim dedi describendas librario meo. Verum *ut haerebam in aliquo loco ideoque consulebam M. S. Palatinum eumque invenio discrepantem a manu prima descriptore Richardo Thompsonio, subito invasit ecce me furor totumque iterum a capite ad calcem percurri. Atque haec sunt, quae tumultuaria lectione in oculos incurrerunt. Interim centum alia fortean a me praetermissa.* Sed quid? aliis occupabar, quam ut liceret diutius istis inhaerere. Ne autem ignores, mi Scriveri, quibus subsidiis editionem istam auspicatus sim, fuere praeter editiones aliquot veteres ad manum scripti codices quattuor: duo Bibliothecae Palatinae; quorum primus, instar omnium, iam denuo a me collatus, descriptus est ab homine litteras tantum pingere docto, non etiam intelligere; ideoque qui nihil de ingenio suo immutarit. Praeferebat autem censorem usque ad librum sextum Torquatum Gennadium, aevi Constantiniani. Altero rarius usus sum, quod esset recentior neque recederet ab editione Domitii Calderini; cuius item praeferebat notas sive commentaria. Tertius dicebatur fuisse Theodori Zwingeri, medici, dum fata deusque sinebant, celeberrimi. Quarto videbatur usus Franciscus Modius: certe ab ipso pervenerat in manus Zachariae Palthenii; ab eo ad me. Huic quadrigae accessit quoque editio Iuniana, ad fidem cod. Angl. emendata; cuius item margines variantibus aliquot lectionibus insigniverat amplissimus Bongarsius, descriptis quidem ex codice Gallicano, sed cuius possessoris haud item meminerat. [„Credo maximi ICti Cuiacii fuisse" *Scriverius.*] Tegnagelius quoque Vienna usque exemplar Caesareae Bibliothecae permiserat. Sed vix libuit inspicere, adeo undiquaque interpolatum erat a petulanti manu, qui Martiali affingere volebat nasum non suum. Etiam comitate A. V. Marci

Velseri vidi fragmenta Valerii nostri in codice Frisingensi. Verum bonitate non accedebant ad Palatinum: cuius augustam maiestatem tu, pro ea qua me amas teneritudine, tueberis contra ronchos et sibilos Neotericorum. Vale. Heidelbergae MDCXVI. VIII. Novembris."

His Gruterus praesidiis varie usus est. *Frisingensia fragmenta* ne semel quidem in usum adhibita memini, raro *Viennensem* codicem, quo vix alter foedius interpolatus fuisse videtur, vid. II, 41, 10., ubi vel Scriverium in transvorsum rapuit; nec multo saepius *palatinum alterum*, paullo tamen saepius *tertium*, qui codices non supra vulgus deteriorum librorum eminent. *Quartum* saepius memorat, de quo infra erit locus accuratius dicendi pariter atque de *Bongarsii* notationibus marginalibus. Praeter codices supra enumeratos tribus locis mentionem factam vidi *codicis Io. Ulrici Iurisconsulti*, vid. II, 73. VI, 65, 3. et, quo loco cum Thuaneo facit, II, 82, 1. Respexit praeterea satis accurate commentarios Domitii et editiones aliquot vetustas, inter quas Romana (*O*) fuisse videtur, vid. IX, 3, 12. 20, 3. De *margine Colinaei* supra commemoravi p. XXXVIII. Denique prae reliquis omnem suam operam ab editione Iunii aptam esse voluit, cuius novationes fere in causa fuerunt, cur de Palatini sui scripturis admoneret. Iunianam castigare facile fuit Grutero, cum Palatinus ille codex, *cuius nutui non aliter acquiescebat, quam olim Pythagorae sui cohors discipulorum* — ipsius verba sunt ad X, 98. — plane diversae familiae liber saepissime in alia omnia discederet.

Palatinum igitur suum μάντιν ἀψευδῆ veneratus est. Verum ipsius extat testimonium, se codicem illum non suis oculis usurpasse fidemque habuisse Thomsonii Angli manui. Quod quam temere fecisset ipsum non fugit postea. Quapropter in *Notis repetitae lectionis* errores a se commissos saepe emendat. Quae cum ita sint, vide modo iactantiam et vaniloquentiam hominis ad IV, 82. „Puderet talia (*ipse* pro Iunii *ille*) monere,

nisi religionem in emendaudo Martiale praestandam putarem, etiam in minimis." Et ad V, 85. „Levissimum hoc fateor, sed nihil addendum, uihil detrahendum arbitror classico auctori, cuius non reddatur ratio." Cave credas. Thomsonii collatione negligenter usus est: postea ipse *tumultuaria opera* Palatiuum *se percurrisse* cum verbis testatur tum re ipsa. Quod mihi collato denuo libro praeclaro aperire licuit. Ubi autem Gruterus Palatinum advocaverat, 𝔓 sigillo usus sum; a cuius testimouio ubicuuque dissonabat accuratissima collatio nostra, quod saepissime factum est, dissensum illum annotare non praetermisi. Quae contra nunc demum ex Palatino enotata sunt, *P* littera distinxi. Quae ubi in quovis paene epigrammate uumero plura esse videris, de *tumultuaria opera* Gruteri statues. Cui nolo in crimen vertere quod Palatinum suum praestantia libri et Torquati Gennadii subscriptione permotus *annosum* (ut VII, 71.) vel *vetustissimum* iactat: nam is error esse poterat. Videlicet librum saec. XV. non superare in recensu codicum infra narravi. Illud vero culpo, quod ubique *membranas Palatinas* crepat, ut fucum hominibus litteratis faciat. Chartaceus liber est.

Ab hoc igitur codice — cuius virtutes infra aequa lance ponderavi quodque esset temperamentum in eo sequendo tenendum exposui — profectus Gruterus Martialem emendare aggressus est, scite hercle et ut novae recensionis laudem ipsius editio mereatur. Sed cum Iunii perversitatem, qui se codicis 𝔛 auctoritati ultra quam fas fuerat mancipasset, vitabat, iucidit iu similem reprehensionem ipse. Palatinus enim quantumvis praeclarus codex, sed haudquaquam ubique certus dux et auctor, adeo aciem hominis perstrinxerat, ut non dubitaret haec profiteri ad II, 40. „Latum unguem recedere religio a membranis saeculi prisci." Et XI, 104. „Neque improbarem ego, nisi iurassem in verba libri illius nostri vetustissimi." Quem sane in minimis saepe testatur, in rebus gravissimis altum silentium. Cum autem se ita addixisset Palatiuo, saepius est a P. Scri-

verio, qui in emendatione poetae Iunio Gruteroque successit et dum bona utriusque sua facit, ab erroribus utrinsque universe cavet, iure reprehensus. Qui saepe cum alias tum ad VIII, 44. professus est: „Palatinum cave incorruptissimum dixeris; in multis ridiculus est;" ad VIII, 68. „Nollem admisisset Gruterus tam insulsam codicis Palatini scripturam. Mirum in modum viri quidam docti se membranis addicunt, in quibus multa futilia sunt et saepe centuplo peiora vulgatis. In lectione veterum codicum opus est delectu." Diversitatem scripturae textus Gruteriani non annotavi. Sufficiebat codicum ipsius memoria et notatio eorum quae Scriverius probasset. Coniecturas Gruteri ipsius nomine exornavi.

13. Emendandi poetae Bilbilitani provinciam post Gruterum gnaviter sustinuit Petrus Scriverius — nam Ramiresius de Prado Hispanus et Matthias Raderus nostras in unam interpretationem intenti codices non curarunt —, qui quae Iunius et Gruterus diversa uterque via et ratione inchoaverant, pro virili portione ad finem perduxit. Titulus editionis est:

„M. VAL. MARTIALIS NOVA EDITIO. Ex Museo Petri Scriverii. Lugduni Bat. apud Ioannem Maire. MDCXIX." Post ipsa verba poetae sequuntur novo titulo exornatae „P. SCRIVERII ANIMADVERSIONES in Martialem. Opus iuvenile et *nunc primum ex intervallo quindecim annorum repetitum*. Ibid. MDCXVIII."

Haec postrema quorsum spectarent inter homines litteratos varie disceptatum est. Nam aliis quoque locis Scriverius ita loquitur, quasi iam XV. annis ante Martialem recensuerit. Sic ad II, 16. p. 71. „Ante annos quindecim et quod excurrit cum primum hunc auctorem recenserem;" XIII, 20. „Edidimus iam ante tria lustra *quem Setia misit;*" IX, 101. „Tantam absurditatem membranae optimae detexerunt, quarum fide iam ante annos quindecim ita reposuimus;" XI, 29. „Legimus atque edidimus olim viri magni — Scaligerum dicit — manum correctricem secuti." Iam in epistola ad I.

Isaac. Pontanum a. 1605. die XIV. Mai. Leidae scripta, quae extat post Andr. Alciati Tractat. contra vit. monast. Hag. Comit. a. 1740. p. 157. (Lugd. Bat. 1695. p. 225.) ait: „Ego in Martiale meo sex florenos in singula folia dedi et charta mihi seorsim persolvenda fuit.“ Haec omnia Ebertus Lex. Bibl. ratus est ad libellum pertinere hunc: „Anthologia Epigrr. Martialis. Ios. Scaliger vertit graece, Petrus Scriverius publicavit. Lugd. Bat. 1603.“ Quae coniectura ut ab anni congruentia probabilis est, ita vix vera videtur esse posse. Etenim tria quidem carmina II, 16. IX, 101. et XI, 29., ad quae spectant notae illae Scriverii, a Scaligero graece versa, quod sciam, non sunt. Videturque Scriverius in priore illa sua editione Animadversiones addidisse, quod et ex titulo supra ascripto et ex hoc loco in Epistola illa ad Pontanum (cfr. Miscell. Observatt. VI, 1. p. 168.) clarescit. Nam de Xen. XIII, 104. locutus „Quis,“ inquit, „ibi Romulus sit non satis enucleant interpretes et mihi profecto haeret aqua. *Conieci in Animadversionibus meis M. Antonium Primum*, de quo Tacitus et Martialis non uno loco, intelligi.“ Huius sententiae in editis a. 1619. animadversionibus ne tenuissimum quidem vestigium deprehendas. Quare nihil iam relinqui video, nisi ut editionis illius prioris exempla prorsus interiisse credamus. Quae cum ipsius sumptibus impressa esset, fortasse numerus exemplarium perexiguus fuit.

Accessit autem Scriverius ad Martialem emendandum non solum subsidiis luculentissimis, sed et acumine ingenii et doctrinae ubertate atque elegantia si quis alius instructus. Multa Scaligeri ope subtilius enodavit, a quo et plura exemplaria acceperat manu ipsius annotata. Ipse in Dedicatione ad Iacob. Dyckium professus est: „Plus quam sexcentis locis Iuniana castigatiorem praesto. Factum id cum V. C. Iani Gruteri tum mea diligentia atque opera.“ Valde dolendum est, quod de codicibus suis editionibusque vetustis nusquam accuratius rettulit. Plerumque per lancem saturam

codices appellat *vetustos*, *bonos*, *optimos*; *membranaceos*, *chartaceos*, immo *innumeros* ad X, 92, 7. Quos autem nomine addito distincte appellaverit, hos observavi:

1. *MS. Roelandii Antverpiani* ad I, 66, 12. et VI, 39, 7., sed ut ex Iano Douza se audisse dicat, quid in eo libro scriptum esset.

2. *Codex Dousanus* ad VIII, 14, 6. 59, 4. Eundem memorat Iunius ad VIII, 44, 10.

3. *Optimus codex Germanicus* ad VIII, 59, 4. An *P* volebat?

4. *Codex Turonensis, quo usus Turnebus,* ad IX, 42.

5. *Codex Cuiacianus*, quem Gruterus *Bongarsianum* vocat, ad IX, 38. aliisque locis.

6. *Optimus codex Excerptorum* ad X, 73, 2.

7. *Codex semilacer Excerptorum* ad II, 79.

8. *Codex Florentinus*, *quem contulit Richardus Thomsonus*, ad V, 19, 8. IX, 1, 1. et alibi. *Thomsoni* coniecturas affert ad I, 109. IV, 29. „notatas in ore codicis sui." Hunc praestantissimarum lectionum fontem fuisse Scriverio mihi repperisse videor. Codex enim dubitari nequit quin fuerit idem quem ego *F* littera notatum volui. Ubi *optimum codicem* testatur, plerumque *F* dicit, vide lemma V, 77. VII, 12, 9. Quanquam sic et *P* videtur appellasse, ut IV, 60, 1. VIII, 6, 12. 15, 1. VII, 20, 8. aut librum utriusque simillimum, velut III, 3., quod epigramma in *P* quidem non extat.

Denique commemorat *Excerpta variarum lectionum, quae amici secum humanissime communicarint*, vid. IX, 87, 5. Plerosque Scriverii libros ad familiam *C,a.* referendos fuisse docere videtur V, 86, 3. In afferendis varietatibus longe autem quam Gruterus negligentius versatus est. Nam editionem suam fere Gruterianae, cuius textum universe suscepit, supplementum esse voluit. Editiones veteres passim consuluit, sed interdum ita loquitur, ut appareat eum vix ultra Aldinam ascendisse, λμx neglexisse, velut IX, 98, 2. Cognationem illorum librorum fidemque perspectam non habuit. Summis autem laudibus celebrat identidem *editionem omnium*

principem, de qua ad VIII, 75. „Instar optimi scripti est editio prima;“ ad IX, 92. „omnium editionum prima et primaria quaeque facile antistet milibus aliis trecentis.“ Quae praeconia cum in Romanam (*O*) cadere statuissent Bipontini, omnibus id persuaserunt. Perperam. Nam interdum quidem Scriverii princeps cum *O* consentit, ut VI, 8, 6. VIII, 15, 4. IX, 85. bis, 99, 7. X, 11, 6. et qui locus maxime notabilis est, IX, 41, 8., ubi utraque pro *foeda* commisit *feba*. Contra tot locis diversa sequuntur, ut res valde ambigua reddatur. Expende modo hos locos:

Scriverii princeps:	*O:*
I, 6, 5. utr*is*que	utr*i*que
VI, 25, 8. et patr*iae* miles et esse decus	et patr*is* miles et esse decus
IX, 87, 5. *Nascam*	*Zonas*
95, 5. 6. *omissi.*	*habet O.*
42, 1. *Semuranis* (μ)	*sic Myrinis*
101, 7. *afris*	*undis*
X, 19, 5. 6. *inversi.*	*recto ordine O.*

Aliquando Ferrariensem dici opinatus sum, vid. IX, 92, 3. Sed ne eius quidem scripturae concordant, v. gr. VI, 8, 6. Scriverii princeps: *Dic numquid fatue Severe fecit*, contra φ: *Dignum quid fatuus Severe fecit.* Aut igitur Scriverius incredibili negligentia principem suam inspexit eiusque scripturas cum aliorum librorum confundit, aut editionem aliquam in manibus habuit ex iis, quas nemodum curiosius perscrutatus est. Ego ubique ipsius Scriverii verba apposui sive de codicibus suis sive de editione principe loquebatur.

Scriverii recensioni palmam deferamus necesse est. Sed is quoque multa imprudentior propagavit quae omni codicum auctoritate destituta in vulgatis exemplaribus vel ex μx vel ex α ducta circumferebantur. Quorum quaedam supra tangebam ubi de Aldinae virtutibus sermo erat, vid. p. XXXV. Ingenue Scriverius ipse ad XIII, 5. confessus est: „Non libenter quicquam muto quod tolerari possit.“ Qui si fidem vetustarum editionum

suorumque codicum sedulo explorasset, saepe illarum sordibus spretis poetae verba longe emendatiora potuerat edere. Nunc mihi haec decerpta ex maioribus copiis contemplare, quae securius ex gregariis editionibus assumpsit:

II, 11, 5. Et dextra *μχα Scriv.*	Quod dextra *libri.*
36, 5. Sunt tibi crura	Nunc sunt crura
40, 3. modo	nunc
IV, 15, 1. nocte	luce
V, 16, 11. non hac veteres	non et veteres
19, 12. Flammataeve	Flammarisve
VI, 85, 10. nostros	totos
VII, 29, 6. pauca	parva
51, 3. quaeras	quaeres
IX, 47, 4. Praependet mento	Praependet sane *et aliter.*
XIV, 153, 1. dives	locuples

Curae secundae Scriverii extant in bibliotheca Leidensi, vid. quae dixi ad X, 2, 10.

Emendatiorem etiam edidit poetam suum anno 1621. Lugd. Bat. forma minima, quod exemplar ad hunc diem omnium est praestantissimum. Nam licet nuda exhibeautur verba poetae, si excipias varias lectiones in margine notatas perpaucas, textus ipse multis locis ad integritatem longe est propius admotus: rarius Scriverio ad deteriora relabi placuit. Didici ex accurata collatione Palatini, pleraque nova eademque bona ex eo ipso codice vel simillimo ducta esse. Veluti IX, 75, 8. *misit* iam in ed. priore ex eo libro tacitus ascivit; III, 13, 1. *pullos* in altera recepit, priore retinuerat *mullum*. Illud aperte ex *P* hausit. Cuius libri Excerptis iam a. 1618. a Gruterianis diversis utebatur, vid. ad XII, 31. „Eandem in optimo Palatino legi testes mihi sunt Excerpta variarum lectionum." Praeterea non pauca coniecturae ope sustulit vitia et interdum felicissime. Quae post alteram hanc repetitae sunt editiones Scriverii annis 1628. 1650. 1664. 1696., earum nullam mihi praesto fuisse

est cur aegre feram. Nam interdum in his quoque scripturam immutasse Scriverium suspicor.

Redeundum ad lustrandas copias annotationum editionis amplioris a. 1618. Praeter Gruteriana et Scriveriana insunt: *Cl. VV. Iusti Lipsii, Iani Rutgersii, I. Is. Pontani Notae in Martialem. Ad Petrum Scriverium. Ibid. MDCXIX.* Et Lipsii quidem litterae Lovanio a. MDCIII. datae fere eadem continent quae sunt ab ipso prodita in Epp. Quaestt. I, 5. non admodum fructuosa. In Iani Rutgersii notis Hamburgi a. MDCXVIII. scriptis sunt optimae quaedam emendationes, ex quibus aliquot si ab ipso ordine verborum procul habuissem, verendum erat, ne ingenio praestantissimi viri iniuriam facerem. Vide III, 82, 33. IV, 61, 6. IX, 84, 5. Denique I. Is. Pontani Spicilegium ad Martialem scriptum est Hardervici a. MDCXVIII. (𝔇) Narrat Pontanus haec: „In Daniam cum nuper evocatus excurrissem essemque in eo, ut quaecunque ad historiam ac res Daniae illustrandas propius pertinerent, conquirerem atque indagarem, accidit ut illustris ac magnifici viri Christiani Friis instructissimam bibliothecam ingressus inter ceteros litteraturae elegantioris auctores Martialem in membranis reperirem.“ Ex hoc codice non pauca tum nova profert eaque paene omnia tanquam exquisita et pulchra commendat. At Pontani quoque disputatio eximio documento confirmavit, quam nihil agant qui unum aliquem librum venerati de universa librorum cognatione eoque quo cohaereant inter se vinculo parum solliciti sunt. Scripturae codicis illius — 𝔇 notavi — adeo cum *C* nostro conspirant, ut si non idem codex sit, certe ovum ovo non possit similius esse. Vide modo, ut haec usurpem, I, 6, 6. 8, 3. 67, 2. II, 14, 3. VI, 93, 1. Nam ubi in diversa abeunt, id quod raro fit, ut VII, 12, 9., facile errorem subesse tibi persuadebis.

Praeter 𝔇 Pontanus bis mentionem iniicit alterius codicis Danici. De quo p. 21. haec habet: „Nuper admodum ex Dania alterum MS. Cod. nobilissimi Cancellarii

Chr. Friis accepi," vide ad VIII, 59, 4. XIV, 199. Neuter codex hodie in bibliotheca Hafniensi, ubi quaerebam, extat. Si illi codices in bibliothecam academicam illati fuerint, fortasse a. 1728. incendio esse absumptos me certiorem fecit praestantissimus Madvigius. Nunc utrumque inter Leidenses servari a Pontano in Hollandia retentum suspicor. —

Post illa in Scriveriana extat a. p. 139 — 168. „*Iosephi Scaligeri diatribe critica, qua Theodori Marcilii Commentarius notaeque in Epigrammata de Caesaris amphitheatro et Venatione ordine expunguntur auctorque pluribus locis illustratur.*" Marcilium confutare Scaligero pronum fuit. Crisin non admodum promovit.

Tum a p. 169 — 208. *Ioannis Brodaei in Martialem notae.* Pleraeque ad explicationem spectant, sed interdum Brodaeus verba poetae scienter emaculavit, ut IV, 14, 9. V, 18, 8. XIII, 54, 1.

Has subsequuntur *Hadriani Turnebi notae* ex Adversariorum libris decerptae. In quibus non solum plurima rectius enarravit, sed etiam ad codices veteres provocat. Unum ex iis *Turonensem* vocat Scriverius, vid. supra p. XLIX. Repperi hos codices fuisse familiae *C,a.* socios nec fere habere quod non in nostris quoque extet. Neque tamen propterea neglexi.

Claudunt librum a p. 267 — 280. Excerpta ex *Angeli Politiani Miscellaneis*, ex quibus supra p. XXXI. insignem de codicibus Martialis disputationem narrationi nostrae interposuimus.

Triumvirum Batavorum coniunctis viribus Iunii, Gruteri atque Scriverii effectum est, ut Martialis epigrammata fere sine impedimento legi possent. Ego absolutissimam Scriverii editionem alteram ad verbum contuli variasque lectiones inter textum ipsum et commentarios criticos consignavi, ut nulla mora intelligi posset, quid ex nostra opera, qui Scriverio successimus, in verba poetae rectius constituenda emolumenti profectum esset. Centuplo plura futura erant, si vulgarium edi-

tionum nostraeque discrepantiam perpetua notatione sublicere voluissem. Nam cnm posteriores editores incredibili scriptoris damno a Scriverii arbitrio declinassent, ego textum aliquanto propius ad Scriverium retraxi. Superest ut addam epigramma *Ger. Ioann. Vossii*, quo trinm illorum doctorum hominum in Martialem merita scite descripsit:

Hispauus foeda vates properabat ad Orcum
 Tabeseens sesbie vulneribusque suis.
Nou tulerunt Belgae, sed eum triplicata reduxit
 Inui, Gruteri Scriveriique manus.
Prima quidem virtus tollebat Iunia signum
 Ad bene sperandum. Quis neget esse aliquid?
Attamen est quanto vatem praestantius isto
 Bilbilicum penitus restituisse sibi!
Haec Critices biuis laus servabatur ocellis,
 Summis Grutero Scriverioque meis.

§. 8. 14. Illorum opera invicem a se apta ne divelleretur, in hunc locum distuli quae de editionibus aliquot intra idem tempus emissis dicenda habebam. Iam a. 1615. Londini prodiit editio cum notis *Thomae Farnabii*, quae deinde saepe est repetita. Textum vulgarem nunquam fere recte emendavit. In editionibus posterioribus sane quaedam a Scriverio sua fecit, saepius duci certissimo obsequi nescio quo torpore ingenii noluit. Itaque textns ipsius ex bonis malisque nulla sana ratione conflatns est. Vel sic Farnabii vestigia seqnaces editores pressisse sibi non dedecori fore arbitrati sunt. In Epistola ad *Robertum Killigraeum* Richardum Thomsonum, de quo supra p. XLIX. dixi, *si mortalium alterum, magnam eminuisse Martialis lucem* celebrat. Quod in quem finem fecerit non exputo. Nam neque Thomsonus quidquam eorum quae in emendationem poetae apparaverat publici iuris fecit nec Farnabius Thomsonianis schedis usus offenditur. In Praefatione *Ad Lectores* narrat Farnabius: „Hic agnosco me secutum editionem P. Scriverii; *consuluisse MS. unum venerandae antiquitatis et fidei bonae in bibliotheca Bodleiana, ut et alios duos codices Oxonienses.*" Fal-

litur. Ex ipsa bodleianarum lectionum indole pervideram, fuisse codicem recentem et Italorum hominum ludibria expertum. Nec me ratio fefellit. Confirmavit enim sententiam meam *Thomas Gaisfordus*, qui in bibliotheca Bodleiana quinque vel sex codices extare asseverat eosque omnes saeculo XV. in Italia scriptos. Oxonienses illos duos singulis aliquot locis memorat Farnabius, ut III, 5, 5. Ego *bodleiani* nomine appellavi codicem illum *venerandae scilicet antiquitatis*, qui tamen VII, 12, 9. cum paucis optimis verae scripturae sponsor est. Quam illius laudem non silendam putavi.

15. In editione Parisina a. 1617. ab *Is. Casaubono* curata, qui tamen nihil de suo adiecit, praeter superiorum interpretum commentarios a p. 626 — 647. *Flosculi Annotationum Stephani Claverii* comparent. Is saepius *veterem codicem* citat; quas notationes cum non ubique accurate in meis notis proposuerim — nam ex solo Scriverio Lemairioque noram, unde fluxissent incertus — h. l. supplebo.

Spectacc. IV, 3. *Tradita Gaetulis* S. Marionis liber.
VI, b. 1. *Prostratum Nemees in vasta valle leonem* quidam codex.

Libr. I. Praef. p. 22, 8. *strigat* codex vetus (quem ego cum Scriverio codicem *Cagnerii* dixi, cum Claverius *Flosculos suos* inscripserit Petro Cagnerio.)
I, 53, 10. *offendit* duo libri.
114, 2. *tenet* vetus codex. (Nempe Iunianae *tenent.*)
115, 6. *cogitabas* et 7. *vives* vet. cod.

Libr. II, Praef. p. 77, 8. *togam saltanti inducere personae* „ubique" invenit.
II, 8, 7. *quasi nos* vet. liber.
17, 5. *Non tondet? inquis. ergo quid faciet? radit.* vet. liber.
46, 3. *Sic tua compositis perlucent praela lacernis* vet. liber.

Libr. II, 66, 8. *Dignior ut speculo* vet. liber.
82, 1. *Quid foedas* vet. cod. (*Alias* dixit Scriverius.)
Libr. III, 5, 5. *primi qui limine tecti* vet. exemplar.
38, 5. *Caius* vet. liber.
67, 3. *Resina Venetoque pigriores* ex priscis vestigiis.
68, 6. *dicat* vet. liber. (Innianae *dicas.*)
93, 18. *nupturire* vetus liber.
Libr. IV, 15, 1. *luce* vet. codex.
25. „Ante hoc Epigr. multa erant in alio codice ex libro I.“
Libr. V, 37, 8. *nidelam* liber vetus excusus.
Libr. VI, 42, 9. „Hic versus videtur esse transpositus ac duos sqq. recte sequitur in vet. libro.“
Libr. X, 83, 8. *Hermeroten* vet. liber.
Libr. XII, 21, 7.

Te cito ridebit peregrini gloria partus,
Romanam deceat quam magis esse nurum,

vetus liber.

(Id in nota tetigi, sed cum Lemairio ridiculo prorsus errore dixi *codicem Flosculi.* Nempe ex *Flosculis Annotationum Claverii* delibatum.)

Libr. XIII, 120. *Mista* vet. codex.
Libr. XIV, 196.

Haec tibi quae fontes et aquarum nomina dicit
Ipsa suis melius charta natabit aquis

ex optimis codicibus. —

In *Desiderii Heraldi* Animadversionibus bonae frugis plenis iam a. 1600. Parisiis editis, postea recognitis in ed. Parisina, saepius advocatur *Puteaneus codex,* idem qui mihi *X* est, et rarius *Petavianus,* ut IX, 44, 1. —

16. *Cornelii Schrevelii* editiones, quarum prima a. 1656. Lugd. Bat. foras data est, silentio praetermittere non possum. Accesserunt enim inde ab altera editione saluberrimae annotationes *Io. Fr. Gronovii.* Qui cum ex aliis codicibus — veluti ad I, 70, 11. duos me-

morat — tum ex *codice Arondelliano* profecit, de quo Elench. Antidiatrib. p. 213. Hand. „*MS. Pirckhaimeri* quondam," inquit, „nunc illustrissimi comitis Arondelliani; cuius denuo inspiciendi copiam fecit mihi *V. Cl. Franciscus Iunius.*" Anno 1653. ad Salmasium scribens Syll. Epp. T. II, p. 523. Burm. vocat *proximum bonitate post Palatinum Gruteri*, simul questus nefariam manum sibi omnes chartas, quae Excerpta illius codicis habuerint, furto abstulisse. Appellat autem varie *Noricum*, *Pirckhaimeri* — quo nomine a Scriverio nescio ubi memoratum vidi —, saepissime *Arondellianum*. Scripturas eius per varios Gronovii libros sparsas ut conquirerem omnes operam dedi. Nam in Schrevelianis haudquaquam omnes inveniuntur. Est codex gemellus Palatini, quocum in plerisque conspirat, vid. I, 104, 10. 93, 6. 89, 5. 90, 3. VIII, 18. IX, 61, 11. X, 4, 8. 12, 8. Vel propter XI, 8, 1., qui locus est in reliquis libris omnibus foedissimam depravationem passus, huius ope libri a Gronovio persanatum codex magni faciendus est. Quem tamen non valde antiquum fuisse habeo quomodo evincam. Mixta habet enim optimis ea quae arguant, doctiorem correctorem sibi aliquid iuris in conformandis verbis poetae sumpsisse. Veluti VI, 38, 1. in Palatino *trieteride*, omisso *plena*; Arondellianus *fretus* propinat, lacuna archetypi audacter expleta. Similiter VI, 41, 1. cum esset in libro vetustiore, ut in *X*, *lana* casu omissum, Arondellianus cum deterioribus *lauro* suffecit de suo. Valde dolendum, quod de scripturis boni codicis non usquequaque constet.

17. Post Gronovium nemo repertus est editorum quidem, qui apparatum criticum augere studuerit. Nam in externo splendore *Lemairiana* anno 1825. Parisiis edi coepta praeter negligentissimam editionum quarundam veterum nullo iudicio arreptarum collationem nihil novi attulit nisi *marginem editionis Iuntinae*. Cui quae docta manus alleverat non omnia ex codicibus videntur hausta. Quaedam tamen aperte, ut IV, 8, 6. *excelsos* pro *extructos*, quod in Palatino legitur. Et IV, 17, 2. *vet. codex* diserte

memoratur. Schrevelii textum cum Bipontinis secutus est Lemairius, Lemairium signiferum habuit G E. Weberus in Corp. Poett. Latt., qui nec Iunium, nec Gruterum nec denique Scriverium vidit. Adeo sordibus recentiorum splendori vetustorum editorum tenebrae inductae erant. —

18. Postremo hoc loco in censum veniunt homines docti, qui vel editiones poetae lepidissimi moliti instrumentum criticum conquisiverunt vel singularibus libellis criticis futurae editioni proluserunt. Ex illis est *Hadrianus Beverlandus*, Anglus, cuius Varr. Lectt. edidit *Io. Christ. Wernsdorfius*, Professor Helmstadiensis, in Ferd. Stoschii Mus. Crit. I, p. 48 sqq. et p. 387 sqq. In fronte exempli Collessiani ascripserat ipse: „*H. Beverlandus* cum variis MSS. contulit et Scriveriana lima fecit politiorem emendatioremque. Londini MDCLXXX.“ Fontes variarum lectionum in primis foliis indicavit his verbis: „*Cod. Vaticanus, Thuaneus, Florentinus, MS. chartaceus, editio antiqua Ferrariensis a.* 1471.“ Tenuit autem Beverlandus ita, ut aut nullum certi codicis signum adderet aut his uteretur: *Th.* vocat *Thuaneum; V* Vaticanum; *Fl.* Florentinum. Et hos quidem codices satis diligenter excussit, sed ut ex silentio nusquam quidquam colligi possit. Florentini ratio in ultimis libris rarissime habita. Interdum solam litteram *F* ponit. Putaram aliquando Ferrariensem ostendi. Vix recte, sed illud quoque signum Florentini esse mihi videor iure statuisse. His accedunt signa quibus rarissime tamen usus est, *C*, ut X, 97, 3. (an *chartaceum* volebat?) et *M*, ut VII, 17, 6. 87, 5., qui *Mediolanensis* codex videtur fuisse, quem nominatim advocat XIV, 26, 1. Quas autem scripturas ex solo *T* enotari potuisse viderem, pressi silentio. Nam egregie falluntur qui codicis Thuanei scripturis *Beverlandi codicem* tanquam alterum testem apponunt. *Florentinum*, quem vidi eundem esse quem ego *F* dico, ubi *Fl.* dicit Beverlandus, 𝔉l. dixi; ubi *F*, posui 𝔉; *Vaticanum* 𝔙 notavi. Etsi autem ubi Beverlandus nullo signo

singulos codices distinxit, plerumque tamen ex ipsa scripturae natura satis certo divinaveris, cui ea libro accepta referenda sit, tamen tutius visum est, universe 𝔅 posuisse, omissa certi codicis auctoritate.

Non unum est exemplar illud Wernsdorfianum, quod notas Beverlandianas servaverit. Sunt eae in alia quoque exemplaria transcripta. Unum extat Leidae, v. infra; alterum possidet *Ios. Kehrein*, Moguntinus, vid. Zimmermanni Diar. antiq. Stud. 1834, nr. 146. p. 1176. (cll. Bardili ibid. 1835, nr. 84. p. 680.); tertium C. Lachmannus me certiorem fecit esse penes virum consultissimum, Frid. de Savinio. Cuius exemplari — est autem Leidense a. 1661. — manu Almelovenii, ut visum Burmanno, variae lectiones allitae sunt. Specimen satis largum misit Lachmannus. Ex quo didici, Wernsdorfium accuratissime descripsisse et altero me exemplo tuto posse carere.

19. Beverlando comitem adiungo Antonium Roium (*de Rooy*), Hollandum, qui edidit: *Coniecturas Criticas in Diversorum poetarum Spectacula, M. Val. Martialis Epigrammaton libros XIV. Traiecti ad Rhenum MDCCLXIV.* In hoc libello praesidia codicum ad emendanda poetae verba non habebat. Praemissa autem est Epistola R. M. van Goensii, cui praesto fuit collatio Thuanei ab Is. Vossio facta et codicis Vossiani ad marginem Aldinae a. MDL. (MDI. debebat dicere.) Ille ut optimus codex, ita hic ad extremam barbariem corruptus est. Goensius tamen summa iudicii perversitate varias scripturas *optimas et vulgatis praestantiores tantum non semper* praedicare sustinuit. Praetermissa sunt a me *vossiani* libri decora haec: I, 49, 9. *Tepidum natabis lene cogendae vadum.* Ibid. 18. *Et in metas quae.* Liber quam ultra modum ineptiis afflueret sensisse videtur Vossius, qui non sit ultra I, 54. in comparando libro progressus. Quis sit ex Vossianis Leidae nunc servatis ignoratur.

Interim Roius plura rei bene gerendae subsidia nactus edidit a. MDCCLXXXVII. *Animadversiones Criticas in M. Val. Martialis Epigrammaton libros XIV. Hardervici Gelrorum.* Habuit trium librorum excerpta a Io. Schradero sibi donata: quae ille ab *Abr. Gronovio* acceperat: *Vossiani codicis*, qui incipiebat ab I, 59, 3. (nobis *A*); *alterius Vossiani* duabus columnis exarati (nobis *B*); *libri incerti* ad marginem editionis *bibliothecae Remonstratensium Amstelodami*, quae collatio ad librum IV. perducta erat, instituta, ut videbatur, cum codice Florentino, quia in p. 35. legebatur: *deest in Flor.* Obtulit idem Schraderus *varr. lectt. codicis Arondelliani* ad edit. Gryph. a. MDLIII. allitas, a Gronovio acceptas. Quas Roius rarissime citat. Usus est praeterea Beverlandi copiis et collatione *codicis hannoverani* librorum I — VI, 42. a Klotzio transmissa. Postremo accessit κειμήλιον quoddam a. MDCCLXXIII. in auctione librorum Withoffii Duisburgensis emptum. De quo *Roium* p. XI. exponentem audiamus: „Exemplar Gryphianum a. MDLIII. cum compluribus MStis docta, forsan *D. Heinsii,* manu, nec non ab eiusdem filio Nicolao collatum. In libri margine quamplurimas quantivis pretii emendationes et coniecturas suas *N. Heinsius* alleverat, quarum nonnullas hoc volumine exhibui, plures daturus, si edere M. licuerit. Dantur in hoc exemplari manu Nic. Heinsii *Excerpta Fr. Modii ex codice Weidneriano*" (nobis *m*). — „Libri antiqui, quorum lectiones ad hanc editionem exhibentur, hisce notis insigniuntur: *M.* (Modian.) *P. T. V. Vat.*, h. e. *Puteanus, Thuanus et Vaticani codices.* Horum Vaticanorum collatio altera extendebatur a principio libri I. usque ad VI., iterum ab XI, 50. ad finem libri XIV. Altera erat tantum libri XI. XII. Extabat et alia insuper collatio littera *R* signata, cuius vero codicis haec nota sit, indagare nondum potui. An forte *Rottendorf.* fuit, quali ad Aurel. Prudent. est usus?"—

Hactenus Roius. De Heinsiano libro, quem Roii uxor post mortem mariti bibliothecae Leidensi donavit,

paullo explicatius disseram. Ascriptae sunt scripturae codd. *T* et *X* (*Puteanei*) satis accurate; tertium erravit Roius cum Vaticanum interpretatus est. Est enim noster *B*, Vossianus. Qui autem in solis libris XI. XII. consultus est *Vat.*, non discrepare intellexi ab eo, quem *V* vel *V*4. appellavi. Denique qui *R* notam prae se fert, est profecto *Rottendorfianus*, nobis *G*. Hunc librum saepius Heinsius per editos a se libros illo nomine usurpat. *Excerpta Modiana* (*m*) a Graevio habuisse N. Heinsius in fronte libri annotavit. Ego ex his Heinsianis solas lectiones libri *Vaticani* ad libr. XI. XII. deprompsi. Reliquos haud paullo accuratius collatos habebam.

Pretium libro hoc facit, quod vir praestantissimus non margines solum, sed quicquid ubique spatii superfuit, notis suis opplevit. Mihi ut ad voluptatem iucundissimum fuit, ita ad fructum uberrimum videre, quid Heinsio in locis difficilioribus expediendis in mentem venisset. Is enim non semel, sed repetitis vicibus Martialem tractavit: ascripsit diverso tempore singulis locis saepe duas, tres, quattuor et quinque coniecturas, rursus induxit ipseque *male* suo liberaliter appicto damnavit. Licet autem Heinsius praestantissima quaeque ex emendationibus suis, quarum incredibilis silva sponte ipsi subnascebatur, publicasset ipse Roiusque multa protulisset alia, tamen non parvam messem mihi faciundam reliquerunt. Nec vereor, ne nimis multa proferendo Heinsiani nominis immortali gloriae male consuluisse iudicer. Praestitit se eum, qualem aliunde novimus, elegantiarum rariorumque vel vocabulorum vel structurarum praeter fas captatorem; fontium scripturae non satis circumspectum iudicem; sed felicissimum ingenium assidua poetarum latinorum lectione subactum ea effecit, quae si non probabilia, certe multis nominibus memorabilia essent. Codicum fidei adeo incuriosus fuit, ut licet praegravem Thuanei auctoritatem agnovisset, inter *X* autem et *G* lectionibus iuxta consignatis qui esset nexus in oculos incurreret,

tamen ineptis novationibus libri *m* approbandi signum saepissime apponeret et libri *G* atque *B* indubitatis correctionibus haud raro faciles aures praeberet. Ego *paene* omnia quae crisin habebant interque ea protraxi, quae vel in textum inferenda erant vel magnam commendationem cum a vestigiis codicum tum ab interna necessitate habebant.

Ex ipsius coniecturis Roii, si infinitam turbam spectas, perpaucas; si pretium earum, permultas attuli. Fuit ille vir optimus, sed idem infelicissimus Criticorum, qui inaudita levitate vel sanissima quaeque lusibus suis vexare sibi indulserit. Neque mirum qui sexcenta moverit singula promovisse. Quam laudem lubenter tribuo. De Korttii, Boettigeri, Schmiederi copiis infra loquor.

Nunc his absolutis codicum recensus agendus est. Quo munere ita fungar, ut qui codices hodie in singulis singularum Europae terrarum bibliothecis asservantur, simul enumerem.

Caput Alterum.

A. Codices bibliothecarum Germaniae.

1. Codices Wolfenbuttelani.

(*G*) 1. Antiquissimus codicum Wolfenbuttelanorum — vulgo Guelferbytanos vocant — est Gudianus nr. 157., Eberto Cat. Codd. nr. 562., mihi *G*, membranaceus, formae quartae oblongae, binis in singulis paginis columnis scriptus, non ab eadem manu. Litterae hic illic evanidae, membrana crassa et subfusca; simillima prorsus species Leidensis *B*. Constat nunc foliis 37. Perierunt enim octo circiter folia, in quibus liber X. ab epigr. 5. ad finem, totus liber XI. et XII, 1 — 79. perscripti fuere. Lemmata manus secunda rubro colore

addidit. Eadem errores librarii, qui permulti sunt, corrigere aggressa est, addito fere *al.* aut ł (*vel*). Ex prava multorum verborum scriptura non iniuria suspicere, librario alterum verba voce praeisse. Certe is nihil eorum quae concepit calamo mente perceperat, nisi singula verba. In posteriore parte codicem longe emendatius scriptum observavi. Ebertus saec. XIII. assignat, mihi XII. exeuntis videbatur. Spectaculorum quem vocant libellum non habet.

Ipse contuli totum Gottingae a. 1831. Ante me contulerat N. Heinsius, qui *Rottendorfianum* appellat ad Ovid. Fastt. III, 675. et Adversariis p. 616. Nam a Bern. Rottendorfio ad Marq. Gudium pervenerat. Eundem a I. Gulielmio *membranas Colonienses* et *codicem Iac. Hutteri* vocatum supra docui p. XLII. Praeter hos Frid. Schmiederus versavit.

Pertinet liber egregius ad familiam codicum *C,a.* Sed optimorum parentum degener factus est vel filius vel nepos. Multa enim imprudens librarius, plura corrector imprudentior suo periculo in viam reducere prave ausi sunt. Raro solus verum conservavit, raro corrector perversam prioris manus scripturam scite emaculavit.

2. Alter codex est 50, 5. MS. Aug. 4., Eberto(*a*) nr. 564., mihi *a*, membranaceus, forma quarta octavae proxima, saec. XV. ineunte in Italia eleganter scriptus, foliorum 282. In calce ascriptum est: *Antoni Panhormitae liber. Aurispae donum.* Hic codex partim manu prima, partim et plurimis quidem locis ab altera, quae et notulas aliquot satis pueriles in margines coniecit, emendatus est et variis lectionibus exornatus. Mihi liber cetera vulgaris propterea iucundissimus fuit, quod Antonii Panormitae conamina — vid. supra p. X. — ex eo cognoscere limpidissimo fonte licebat. Eius enim ipsius manu correctum esse nihil dubitationis relictum est. De qua re commodius infra exponetur, cum de Spectaculorum codicibus dicam. Ceterum Panormita multa felicissime emendavit, inter quae sunt quae non

ex ingenio profecta sed ex praestantissimo aliquo codice patet. Vide VIII, 6, 12. XIII, 65, 2. (condere *corr.a cum P*); 66, 2. (periuro *cum P*); 68, 1. Galbina *cum P*); 84, 1. (adesus *cum optimis*); 99, 1. (despicit); 102, 2. (fasciosum); 105, 1. (mediae); 112, 1. (Setia); 119, 1. (Nomentana malum t. d. v. Bacchum); 120, 1. (quae sint); 123. (Massiliense). Haec ex Schmiederi schedis repetii speciminis gratia. Nam ultimos libros huius codicis ipse non collatos habui. Libros quattuor priores ipse olim comparaveram; reliqua auditores quidam mei. Sed cum inter *a* et *w* summum consensum intercedere agnovissemus, alterum abiecimus. Sero poenituit: debueramus *w* mittere. Quae autem Panormita codice vetusto non adiutus ipse conatus est corrigere, ea saepe sunt in recentiores codices transumpta. Veluti VIII, 19, 2. pro *platanona ferae* margo *a nova prata ferae*. Id suscepere *bcmzφ et pr.h.* Ceterum librarius affectabat formas priscas, ut solebant novicii Itali, *quom*, *quor*, *quoi*, *epistulam* et quae sunt reliqua.

(*w*) 3. Tertius est codex 19, 26, 1. MS. Aug. 4., Eberto nr. 563., membranaceus, forma quarta, foliorum 227., *anno* 1446. *scriptus Ferrariae per Theodericum Nicolaum Werken de Abbenbroeck.* In usus meos contulit H. I. Ditzen, Emdensis. Hic liber — mihi *w* — ex ipso codice *a* descriptus est summa fide, sed antequam ille a docta manu Panormitae correctus esset. Quae ipsa librarii manus emendaverat, nec Werken neglexit. Patet igitur, Panormitam post annum demum 1446. codicem illum suum elimasse et codices Panormitae coniecturis infectos recentiores esse illo anno.

(*s*) 4. Quartus codex est Gudianus 94., Eberto nr. 565., chartaceus forma maxima isque ab homine non Italo scriptus, saec. XV., foliorum 170. Multitudo vitiorum, qua codex scatet, librarium arguunt nec magnopere doctum fuisse et non temerarium. Interdum tamen margo eas notationes monstrat, quae eruditum, ut illa aetate, hominem prodant, veluti X, 57. 59. Codex — mihi *s* — libris *aw* cognatus est ille quidem, sed ut

non raro praeter spem a peioribus ad bonos desciscat. In meos usus comparavit Frid. Schreiberus, Brunopolitanus. Hunc quoque Schmiederus habuit.

5. Quintus his accedit codex olim Helmstadiensis nr. 338., Eberto nr. 567., chartaceus, anno 1461. Ferrariae scriptus, qui inter multa variaque quaedam Martialis epigrammata complectitur. Quae mihi suppeditavit C. P. C. Schoenemanni mei liberalitas, qui reliquos codices pro insigni sua humanitate Gottingam transmisit.

Codices illos quattuor olim comparavit Theophilus Korttius eorumque diversitates marginibus Raderianae Mogunt. ann. 1627. intulit. Eosdem G. A. Boettiger exploravit, cuius excerpta nunc ad A. Weichertum venerunt. Korttius praeterea ascripsit „*varr. lectt. MS. Ed. Gryphianae adiectas, quam habuit a Cl. Fabricio.*" Est hic codex Thuaneus, de quo Fabric. Bibl. Lat. I, p. 462. Didici ex specimine libri Fabriciani nunc inter Hafniensis bibliothecae thesauros repositi, quod mecum Madvigius communicavit. Denique Korttius addiderat varr. lectt. editionum Aldinae, Gryphianae a. 1548. et Lips. a. 1498. editionis Xeniorum et Apophoretorum. Korttii liber a Goerenzio illatus est bibliothecae gymnasii Suerinensis. A Car. Wexio accepit Weichertus: ego lubenter carui. Ceterum hi sunt *sex illi codices* Ferd. Handii in Gronov. Diatrib. I, p. 146. Cfr. ad II, 79, 1.

Iudicium de libris Wolfenbuttelanis sibi excidere passus est summus Lessingius Opp. T. VIII, p. 504. edit. Lachm. minus circumspectum. Qui cum haec dicit: „Sie haben fast durchgaengig die Lesarten des Domitius und ganz eigene, welche Aufmerksamkeit verdienten, sind sehr dünne gesäet," fallitur. Nam neque cum Domitii scripturis conspirare dici possunt et codex *G* a reliquis toto caelo diversus est.

2. Codex Hannoveranus.

Codex bibliothecae regiae est membranaceus, saec. XV. eleganti manu in Italia scriptus, forma octonaria. (*h*)

Spectaculorum libellus inter libros XII. et XIII. interiectus est. Adhaeret codici schedula Leibnitii, qui honorificentius de usu codicis statuit. „Videtur codex," inquit, „bonae notae, diligenter scriptus. Video, eum non raro consentire cum Palatino cod., quo usus est Gruterus." — Hoc iudicium deinde prolatis aliquot libri lectionibus et calculo suo probatis firmat. Pleraque non recte iudicavit. Excusabilis tamen error. Nam id mirandum non est, codicem Hannoveranum multa rectius scripta praestare, quam exemplaria ante Gruterum vulgata. Vel sic tamen est liber gregarius et Italorum correctionibus refertus, simillimus libris *lp*𝔅, qui antiquitus propius erant cum familia *C,a.* cognati, paullatim ab ista praestantia et saeculorum et librariorum culpa defluxerunt. Peculiaribus bonis raro explendescit codex *h* — sic voco —, vilibus non raro conspicuus est. Solus exhibet verum aliquoties tamen, ut VII, 7, 5. Doctus lector multa in textu et in margine emendavit, multa recte, plura perperam.

Habui collationem codicis, qui mihi exiguo usui fuit, a beato Schmiedero marginibus Bipontinae ascriptam accuratissimam; alteram e schedis Boettigeri a Lenzio olim factam, minus accuratam. Libri primi partem pernegligenter excerpendam curavit Seebodius Bibl. Crit. Hildesiens. 1820, VI. p. 492 sqq.

3. Codices Berolinenses.

(*b*) 1. Codex Berolinensis primus — mihi *b* — in Bibliotheca Regia MSS. Latt. octon. form. nr. 8. est membranaceus, saec. XV. in Italia nitide scriptus, foliorum 184. In hoc codice pariter atque in *h*, quocum magnam similitudinem habet, praeterquam quod *b* erroribus scribendi longe magis refertus est, Spectacula extant inter libros XII. et XIII. Orthographia codicis pessima vel, ut cum ipso loquar, pe*x*ima, veluti *numptius*, *mictere*, *sagipta*, id genus alia scribit. Ubi ad meliores liber aggregatur, id quod perraro contingit, casu magis id

factum est quam voluntate. Gemellus est Leidensis codex *c*.

Accuratissime contulit Schmiederus, cuius copiis usus sum.

2. Alter est codex MS. Diez. Occidental. nr. 60.,(*D*) forma maxima, saec. XIV. Is inter *Flores Poetarum* continet fol. 27. rect. et 28. vers. *Proverbia Marcialis*. Quae meos in usus excerpsit C. Lachmannus. Ex antiquissimo libro ducta interdum mihi profuere, velut II, 53, 3. una sola veram scripturam monstraverunt. Sententias generales fere excerpsit quicunque excerpsit; nominibus gentilibus solet Christiana substituere, ut VIII, 9. pro *Sexte* dedit *Petre*. Alias nominibus exturbatis generalius verbum reposuit, ut XI, 67, 2. pro *Maro* dedit *bene*, XI, 68, 2. *bone*.

3. Tertii libri, olim Erfordani, nunc Berolinensis (*e*) *Excerpta Martialis* nuper demum eiusdem Lachmanni benignitate ad me pervenerunt. Est is liber inter libros Lat. Theol. nr. 381., forma maxima, saec XV. pessime scriptus. Post Lactantium extant ea Excerpta quae in Analectis rettuli. Immixti sunt aliorum poetarum versus, quos non omnes potui ad auctores suos referre.

4. Codex Monacensis.

Extat in Bibliotheca Regia Monacina codex olim Frisingensis, saec. XI. scriptus in membranis, qui fol. 118—119. vers. exhibet *Excerpta Martialis*. Posuit excerptor vel singula vocabula vel sententias vel denique integra epigrammata. Titulus est: MARTIALIIS EXENIORUM. Ex Spectaculis nihil inest; nec ultra VI, 44. procedere videntur. Certe nihil ultra enotavit L. Spengelius, qui intercedente Frid. Halmio apographum suum mihi cessit. Liber quaedam ministravit egregia, solus verum custodivit II, 7, 7.

Vidisse se *Fragmenta Frisingensia* a M. Velsero transmissa supra p. XLV. testatur Gruterus. Est autem idem, ut opinor, codex qui *Excerptionem Tibulli* habet,

quam Spengelius Lachmanno, Lachmannus Dissenio nostro commisit, vid. Dissenii Praef. Tibulli p. IV. Nec alius videtur is ex quo a M. Velsero misso Publii Syri Sententias eximie auctas correxit M. A. Muretus. Vide Mureti Oratt. Epp. et Poemata ed. *I. E. Kappius.* Lipsiae a. 1750. p. 148 sqq.

5. Codices Vindobonenses.

(*H*) 1. Antiquissimus librorum Vindobonensium est is quem descripsit *Steph. Endlicherus* in *Catalogo Codd. Philologicorum Latt. Bibl. Pal. Vindobonensis* nr. CCXXVII. p. 121., mihi *H* notatus. Liber membranaceus est, foliorum 73., forma octonaria. Continet praeter alia foliis 71—73. Martialis Epigrammata quaedam saec. IX. decimove scripta, Spectacc. 25. 26. 29. 27. 32. 28. Libr. I, 3. 4. Spectacc. 19. 20. 21. 22. 24. De hoc codice praestantissimo post Cramerum Scholl. Iuvenal. p. 568. et *Hauschronik* p. 219. dixit diligentissime Maur. Hauptius Praefat. Ovid. Halieut. p. VI sqq., cui variae lectiones l. c. propositae debentur. Adde quae de eodem codice a Sannazario sacc. XV. in Italiam allato exposuit A. G. Zumptius Praefat. Rutil. Namat. p. XIV sq. Est liber gemellus Thuanei verissimeque Hauptius Quaestt. Catull. p. 3. „Cum hoc Sannazari libro,“ ait, „tantopere convenit Thuaneo codici, ut multis indiciis utrumque eadem fere olim continuisse atque ex eodem exemplo descriptum esse appareat.“ Sed ut Hauptius in Ovidianis hunc codicem Thuaneo etiam integriorem deprehendit, sic nos in Martiale. Veluti I, 3, 5. — ne quid de Spectaculis nunc loquamur — *rhonchi* vel *ronchi* in *H* abiit in *rūnt*, in *T* longius progressa manus librarii inde fecit *fuerunt*, nempe ut vox esset latina, sententia periret. Tam pauca ex hoc eximio libro interitum evasisse sanequam dolendum est.

vindob. 1. 2. *Vindob.* 1., apud Endlicher. nr. CCXXXII. p. 124. est chartaceus, saec. XV., foliorum 255., forma

quarta. Continet libros XIV. cum Spectaculis, nisi quod in fine duo folia avulsa sunt. Fuit olim Ioannis Sambuci.

3. *Vindob.* 2. apud Endlicher. nr. CCXXX. p. 124. membranaceus, saec. XV, litteris initialibus pictis et auro distinctis, in fronte exhibens arma Io. Francisci Gonzagae I, Marchionis Mantuae, foliorum 211., forma quarta. Continet libros XIV. cum Spectaculis. Fuit et ipse olim Io. Sambuci. *Vindob.* 2.

4. *Vindob.* 3. apud Endlicher. nr. CCXXXI. p. 124. Est codex membranaceus, saec. XV., litteris initialibus pictis, foliorum 229., forma octava. Donaverat *Hieronymus Beck a Leopoldsdorf* a. MDLXVIII. *Richardo Steinnio Baroni Schwarzenavio.* Bibliothecae Palatinae e bibliotheca Windhagia accessit. *Vindob.* 3.

Hos tres libros in gratiam Schmiederi contulit ad libr. I. Praefat., epigrr. 4. 16. 28. 50. 62. 77. 79. 80. 105. 114. C. E. Chr. Schneiderus, professor Vratislaviensis; postea Schmiederus ipse festinans excussit Spectacula, epist. ante libr. XII. Denique solum Vindob. 3. Schneiderus ad IX, 44—88., Schmiederus ad libros XII—XIV. et passim ad epigrammata quaedam reliquorum librorum. Ego vindob. 1. 2. excerpta quaedam repperi in schedis Boettigeri. Satis ex his enotatum variae lectionis. Nam *vindob.* 1. 2. sunt Sardi venales; *Vindob.* 3. est is quidem bonus liber, pertinens ad familiam *C,a.*, sed cuius librarius multa ex deterioribus libris suscepit, corrupta saepe suo ingenio emendare indulsit. In eo quidem religionem suam probavit, quod quae legere non poterat vel sibi insanabilia deprehendebat, neglexit signata lacuna. Sic in Spectaculis proximus bonitate est *HT*. In ultimis libris observasse mihi videor, librum saepe praeter expectationem Thuanei scripturis peregregiis calculum addere. Ego cum nonnulla ex his libris Vindobonensibus a Schmiedero enotata nunc demum repperissem, in Analectis supplere coactus sum.

5. Describit Endlicherus nr. CCXXIX. p. 122. Est codex membranaceus, saec. XII., foliorum 21. forma octava. Continet 224. Epigrammata. Pertinuit olim ad Theod. Pulmannum, qui eo in editione sua usus dicitur Endlichero. Pervenit deinde eius munere ad Io. Sambucum.

Diversus tamen hic codex ab eo esse debet, quem Iunius *codicem Pulmanni* usurpat. Is enim advocatur etiam in iis, quae Endlichero teste in libro Vindobonensi non extant. Codex collatus non est.

6. Codex Endlicheri nr. CCLXXXII. p. 165., membranaceus, saec. XII. foliorum 145. formae octavae exhibet inter complura alia fol. 27—33. Valerii Martialis selecta epigrammata numero 89. Inscriptio est: *Versus excerpti de libro Valerii Martialis.* Fuit olim *Sebastiani Tengnagelii.* Ab eo accepit Gruterus, cuius hic videtur fuisse liber Viennensis, quem supra dixi singulari nequitia interpolatum esse.

Postremo in codice CXIII. p. 55. Endlicher., membranaceo saec. X. extat fol. 76. rect. Epigramma IX, 97., quod deinde a manu saec. XII. est repetitum. Descripsit mihi *St. Endlicherus.*

6. Codex Godvicensis.

Godvici in Austria extat codex Martialis, teste Iaeckio in Seebodii Archiv. 1824, 3. p. 684. Multam operam frustra consumpsi, ut mihi certe paullo accuratiorem codicis notitiam compararem.

7. Codex Wittianus.

(*W*) Carolus Wittius, Professor olim Vratislaviensis, nunc Halensis, folium codicis sub integumento veteris libri Perusiae a se repertum et Vratislaviam allatum Francisco Passovio commodavit, ~~qui in~~ Schmiederi usum contulit cum vulgari textu. Passovius in Epistola ad Schmiederum Vratisl. d. 23. Nov. ann. 1829. data saec. XIII. litteris minutis codicem

scriptum fuisse testatur. Continebantur illo folio libri X. epigrr. 36, 7. — 41, 5. sed ut epigr. 39. praeter pauca verba iam legi nequiret et 38, 3. pariter atque 36, 6. abscisa essent. Lemmata olim colore rubro appicta plane evanuerant. Sola igitur epigrammata 37. 38. legi poterant. Subirascor scelestis manibus, quae egregium librum, Palatino per omnia simillimum, discerpserunt. Notavi *W.*

8. Codex Casp. Barthii.

Caspar Barthius Adversariorum libr. XXXI, 1. ex *casca scheda sua*, quam et *fragmentum suum* vocat, tria profert ad I, 92, 7. II, 42, 1. III, 5, 12. prorsus solitaria.

Martialis Epigrr. in membr. memorat *Index vetus Codd. Mss. bibliothecae Peutingerianae in Collegio Soc. Iesu ad Sanct. Salvatorem August. Vindelicor.*, quem edidit *Murrius* in Diariis hist. artt. XIII, p. 311—318. Vide *Hirsching.* de Biblioth. German. II, p. 92. Quo codice quid factum sit nescio. Putabam esse Pirckhaimeri, de quo supra dixi p. LVII. — Codicem *vetustissimum et optimum, in quo habebantur varr. lectt. plane discrepantes ab omnibus codicibus, quibus utimur* refert Labbeus Nov. Bibl. MSS. Suppl. X, p. 371. a. 1652. cum aliis multis ex Anglia Parisios apportatum *et nobili cuidam Germano* venditum esse. Is liber quo devenerit ignoratur.

B. Codex bibliothecae Helveticae.

Extat in bibliotheca Bernensi exemplar Colinaei a. 1539. (Bongars. Poet. 93. G, 52.), cui duae manus doctae veterum librorum discrepantias ascripserunt. Prior litteris elegantissimis in titulo notavit: *Recens cum manuscripto codice vetustissimo diligenter collati.* Haec *Petrum Danielem* scripsisse monuit me C. G. Muellerus, Professor Bernensis, qui editionem mihi perhumaniter Gottingam transmisit. Codex fuit is ipse

quem ego *B* notavi, nunc Leidensis bibliothecae. — Altera collatio est a Bongarsio facta, qui in titulo ascripsit:

Sponte fui pauper, tam re quam nomine felix;
Quaesivi nomen, quaerat avarus opes.

(*M*) Haec non ex uno libro petita videri possunt. Plurima enim adeo cum *B* scripturis concordant, ut vix potuerint ex alio libro manare. Sed si Bongarsius, qui post Petr. Danielem sua ascripsit, id credidisset, inanem laborem non subiturus fuerat. Uberioribus notationibus solos libros priores instruxit, deinde libros XIII. XIV. In quibus quae notata erant, *M* vocavi. Sed cum iisdem excerptis Gruterus Scriveriusque usi essent, quorum alter *Bongarsiani* codicis nomine vocat, alter *Cuiaciani*, ubi iam alteruter has scripturas apposuisset, idem nomen iuxta *M* cancellis septum apposui. Et Gruterus quidem alio utebatur exemplo, vid. p. XLIV. Scriverium hoc ipsum Bernense trivisse pro certo habeo. Aliter enim XIV, 183. et 219. non in errorem incidisset, quem locis illis notavimus.

Is codex, quocum libri XIII. XIV. collati sunt, fuit ex praestantissimis. Plerumque cum *T* et *P* conspirat; saepe peculiaria bona emicant. Quae in reliquis libris notata sunt, licet non contemnenda sint, ab illorum tamen praestantia absunt. Ego in Analectis — sero enim ad me pervenerunt — excerpsi ea quae non essent ex *B* enotata; quae ex *B*, omisi.

Pauci versus Martialis continentur *Florilegio Sangallensi*, cuius specimen ex codice saec. XI. protulit Cramerus Praef. Scholl. Iuvenal. p. 15 sqq. Vide II, 82, 2. X, 10, 7.

C. Codices Hollandi.

(*A*) 1. Vetustate pariter atque bonitate inter codices *Leidenses* principem locum tenet codex olim Vossianus nr. 56., pagg. 373., membranaceus, saec. XI. vel XII. eximie scriptus, forma quarta minore. Ego *A*

notavi. In fronte legitur: *Danielis Rogersii s.* Inspexit codicem Scriverius, cuius manu ad XIII, 15. ascriptum est: „Fortasse *manhis* pro mannis. P. S." Commemorat Roius, contulit Oudendorpius, cui est *V*.1, in meos usus denuo libros I—XII. auditores quidam mei. Incipit ab I, 59. Reliqua amissa sunt, sed Spectacula nunquam habuit.

Est hic egregius codex gemellus codicis Puteanei (*X*), cuius praestantiam paene ubique consequitur, non raro superat. Cavit enim a quibusdam scribae libri *X* hariolationibus, qui verbum Latinum interdum exculpere tentavit, intellectum sententiae susque deque habuit. Velut I, 59, 3. pro *Lupi A* — sic voco — *Luci*, *X lucem.* V, 78, 3. *propinin* (*προπίνειν*) *A*, *propinqui X.* VI, 80, 5. pro *veris honos A venis honos*, *X venit honos* cum deterioribus. Uterque a librario fidelissimo et litteras tantum pingere docto ex uno eodemque archetypo descriptus est. Singulorum is vocabulorum litteras fere pessime diduxit, conflavit aut uno tenore scripsit quae discernenda fuerant. Correxit manus antiqua, sed ea quoque a temerariis coniecturis abstinuit. Reliqui eiusdem familiae — *C,a.* — libri possunt ex neutro horum codicum fluxisse. Nam v. gr. II, 41, 11. *A* omittit ea quae reliqui habent praeter *pr.G*, qui codex saepe cum *A* in privis et singularibus congruit.

2. Codex olim Vossianus, nr. 121., saec. XII.(*B*) pagg. 363. in membrana subfusca scriptus, forma quarta, binis columnis. Codex multis partibus lacer et a bibliopego perverse habitus ab eadem manu et ab altera, sed ea satis vetusta, rubro colore est correctus. Litterae tenues et exiles; librarius homo a litteris alienus fuit, sed qui non raro sibi scilicet sapere videretur. Habebat enim quem sequeretur codicem antiquissimis familiae *C,a.* persimilem, a cuius tamen simplicitate tum fere descivit, ubi is monstra verborum offerret vel versuum mensuram pessumdedisset. Tum scriba suo periculo rem gerere non erubuit. Hinc multa *B* habet peculiaria, raro feliciter reperta, plerumque flagitiose

novata. Infinita seges errorum ab ipso librario vel a sapientissimo correctore importatorum. Sic cum VIII, 11, 1.

Pervenisse tuam iam te *scit Rhenus* in urbem

librarius pro *scit* aberrasset in *sat*, ex *sat Rhenus* corrector extudit *Saracenus*. I, 12, 10.

Quae *par tam* magnae non erat invidiae

B vocabulis perperam copulatis *partam*. Quid corrector? Mirare caput hominis. Scripsit *partem* idque ut haberet unde aptum esset, *non erat* transformavit in *noverat*. Haec satis in gustu.

Collationes habui quattuor, Heinsii, qui saepe sibi huius codicis lusibus imponi passus est; Petri Danielis, tertiam Oudendorpii, cui est *V*.2, quartam eamque accuratissimam ab A. Fleckeisenio, Helmstadiensi, et C. Rosenbaumio, Brunopolitano, auditoribus meis, factam.

(*C*) 3. Codex Vossianus membranacens, folio minore, nr. 89., paginis 383. saec. XIV. in Germania scriptus. Mihi *C* vocatur. In hoc codice saepenumero metra ut prosa oratio scribuntur continua serie. Usum olim eodem Scriverium prodit ipsius manus ad VIII, 28. Codex initio lacer, desinens XIV, 177. Spectaculis caret.

Dixi supra p. LII., tantum esse huius libri cum Pontani Danico (𝔇) consensum, ut idem codex esse videatur. Pertinet et ipse ad familiam *C*,*a*., sed ut clarissimo exemplo demonstret, qua ratione progressu temporis auctaque librariorum temeritate ab optimis ducibus defectum sit. Nam librarius multa in archetypo per errorem corrupta emendabat pro captu suo, unde haud raro portenta scripturae orta, alias deliciae, quae nulla fide dignae de origine scripturae securos et fallere facile poterant et vero fefellerunt. Nam *C* fere in locis dubiis antesignanus evasit librorum recentiorum, veluti IX, 6, 4. *avari* in *A* factum erat *auri*, *C aut vir* emendavit, quod sequacium turba arripuit. Cfr. IX, 29, 9. 47, 8. 59, 19. Hominis audaciam indignere v. gr.

VIII, 56, 15. ubi pro *Et libata dabat roseis X Et libabat roseis* omissis intermediis litteris proclivi in tanta similitudine errore: *C* absurde *Libans Albani roseis.* Qualia singillatim enotata mirifice fallunt, quod in Pontano supra notavimus. Interdum tamen *C* verum servavit vel solus vel cum optimis, velut I, 87, 3.

Contulit Oudendorpius (*V.*3), cuius copiis usus sum.

4. Codex Vossianus folio minore, nr. 48., membranaceus, saec. XV. in Italia scriptus. Librarius negligentior fuit, qui frequenter ea posuerit, quae et intellectum excludant et versum perturbent. Coniunctissimus est *l* — sic notavi — cum *hp*𝔅; licet hi principio ad familiam *C,a.* accensendi sint. Rarissime hic liber profuit ad veram scripturam stabiliendam. Usus sum copiis Oudendorpii, cui *V*4. est. (*l*)

5. Codex Vossianus chartaceus, nr. 1., forma quarta, saec. XV. in Italia scriptus. Hic illic varia lectio notatur in margine. Fuisse olim P. Scriverii manu eius constat. Codex vulgaris nec ulla fere virtute a vitiis redemptus, cum *b* fere conspirans. Usus sum copiis Oudendorpii, cui *C*1. audit. Librarius cum ad III, 67, 7. pro *meridiana* in marginem coniecerit „*al.* meruliana,“ Merulam voluisse traducere opinabar. Vocavi *c.* (*c*)

6. Codex bibliothecae publicae Leidensis, nr. 201., paginis 333., forma octonaria, membranaceus, saec. XV. in Italia scriptus. Fuit olim H. Bleyenburgii. Usus sum collatione Oudendorpii (cui est *L*), qui eundem librum a. 1637. a N. Heinsio collatum annotavit. Vocavi *z.* Mirus codex, qui saepissime sua via et minime inepta incedat, cum Palatino haud raro conspiret vel solus vel una cum *φ*, quae est editio ex persimili fonte ducta. In maxime solitariis saepe *P* sequitur, ut IV, 14, 7. pro *vagus* uterque *piger;* XII, 97, 8. pro *blandis* habent *sentit.* Licet autem codex universe ita a *P* degeneraverit, ut fere *hlp* ab *XA*, contaminatusque sit multis scripturis cum pessimo quoque libro ipsi (*z*)

communibus, tamen egregia mihi officia praestitit dignusque est, qui ex grege vulgarium librorum eximatur.

(*g*) 7. Codex Leidensis chartaceus (*C*2.), mihi *g*, ab Oudendorpio in Spectaculorum libro solo consultus est. De quo nihil praeterea constat.

Extant autem in bibliotheca Leidensi hi praeterea codices, quos ex schedis Geelii novi:

a. Cod. Voss. fol. 106. XV. saec. initio lacer. Manus rec. annotavit. In charta.

b. Voss. fol. 65. saec. XV. Initio aliquot foliis annotatus est. In charta.

c. Voss. quart. 4. XV. saec. in Italia scriptus. In charta.

d. Voss. quart. 10. XV. saec. in Italia scriptus. In charta.

e. Bibl. Publ. Oct. 137, c. XV. saec. in Italia scriptus. In charta.

Illos septem codices supra descriptos anno 1741. contulit *Fr. Oudendorpius*, qui in marginibus Schrevelianae a. 1670. scripturae diversitates accurate annotavit. Editio ista est Ondendorp. libror. nr. 103. in bibliotheca Leidensi. Raro diligentiam desideres, modo discesseris ab anxia illa cura, cui vel apicem mediocrium librorum praetermisisse piaculum est. Ex silentio tamen non ubique licere colligi, quid in libris scriptum esset, docuit me nova collatio codicum *AB*. Apposita est schedula, in qua de locis aliquot librorum trium primorum Oudendorpius sententiam suam breviter consignavit. In quibus consensum librorum suorum unice sectatus est. Sic I, 15, 2. *canaque iura* commendat, quorum in locum quod in Farnabianas Schrevelianasque irrepserat *castaque iura*, omnes adhuc editiones deturpavit. I, 20, 2. *Expulit* his verbis vindicat: „homo ipse *expuit* dentes, non tussis, quae expellit.“ Et in hunc modum reliqua.

Codices Vossianos saepe Burmanni in libris a se editis commemorant. Instituit patruus collationem

septem codicum, vid. ad Suppositic. I. In quibus quaedam sunt cum nostris non conspirantia, velut II, 86, 2. —

8. Codex *Francisci Modii* hoc loco reponendus fuit. De quo Modius Novantiqq. Lectt. Epist. XXXIII. ad *Io. Posthium*, Archiatrum Wirzeburgicum, haec scribit: „Dono dedit mihi his diebus *Io. Weidnerus* noster manu exaratum Martialis codicem; non quidem vetustum omnino illum, quippe qui Romae anno demum MCCCCLXVIII. scriptus fuerit, sed haud dubie ex bonae plane notae exemplari expressum." Postea Gruterus habuit, vid. supra p. XLIV.; Scriverius mentionem eiusdem facit ad I, 68. Ego usurpavi ex bibliotheca Leidensi acceptum exemplar Iunianae (XVIII. Perizonii D. 1. B.) Plantin. a. 1679., cuius oris Modius ipse scripturae diversitates illevit. Testatur ipsius manus in fronte libri: „Contuli cum scripto libro Romae a. 1468. ex optimo exemplari membranaceo ut apparet. Wirzeburgi Kal. Maii MDLXXXIII. MS. fuit mihi donatus a Weidnero." Ex eodem exemplari, quod „Ex Legato Clariss. Iacobi Perisonii" bibliothecae Leidensi illatum est, in suum exemplar varias lectiones festinantius transtulit N. Heinsius. Universe aestimanti Modius, qui tamen non ultra librum XII. processit, satis accurate officio suo functus est, nisi quod manifestos scribendi errores omisit. Silentium nusquam tamen testimonii loco habui. Longe certe nunc accuratius de scripturis libri constat, quam ex notis Gruterianis. Est codex intermedius quidam bonorum et deteriorum, descriptus ille et interpolatus ab homine non illitterato. Veluti Spectacc. IV, 3. Panormitae correctionem adoptavit. Est ubi cum *O* conspiret, ut II, 73, 2. in versu ficticio; VI, 52, 5. et aliis locis, vid. supra p. XXV.

Servantur praeterea in locupletissima bibliotheca Leidensi exemplaria edita viginti septem vel a doctis viris annotata vel collationibus codd. mss. instructa. Eorum indicem a Geelio transmissum in doctorum

hominum notitiam proferre visum est. Sunt igitur exemplaria haec:

1. Vetus editio. In charta inserta *Abr. Gronovius* hic illic de lectione et interpretatione disputavit. (Non magni pretii, ut videtur.)

2. Edit. in usum Delphini. Multa ascripsit marginibus *P. Burmannus patruus:* collatio inest codicum et varietatis diiudicatio.

3. Ead. editio. Passim quaedam annotavit *Ian. Broukhusius.*

4. Paris. 1607. Ascripta varietas codicis Vossiani, ut videtur.

5. Plantin. 1606. Ascripsit *Is. Vossius* varietatem codicis.

6. Lugd. Bat. 1619. Varietatem lectionis aliaque annotavit *I. Fr. Gronovius.*

7. Ead. editio collata cum cod. Parisino.

8. Ead. editio cum collatt. et nott. *H. Beverlandi.*

9. Amstelod. 1629. Quaedam contulit et annotavit *Is. Vossius.*

10. Edit. Sedan. 1624. Quaedam ascripsit *Is. Vossius.* Partim, ut videtur, proprium, partim alium codicem contulit.

11. Lond. 1633. Pauca ascripsit *I. Fr. Gronovius:* vel cod. vel edit. hic illic contulit.

12. Lugd. Bat. 1661. Hic illic ascripta sunt, ut videtur, ex aliorum commentariis decerpta.

13. Ingolst. 1602. Satis multa ascripsit *Scriverius,* fortasse non omnia in ipsius editione occupata.

14. Antv. 1579. „Collatus cum MS. partim membranaceo, partim chartaceo, in 4o. manu recenti: item cum chartaceo in 8o. oblongo: item cum edit. vetustissima s. l. in 4o." *Oudendorpius.*

15. Amstelod. 1621. Contulit *Oudendorpius* cod. Thuaneum.

16. Venet. 1501. Pars libri primi collata est. (Videtur collatio libri Vossiani, qua usus est Goensius, v. supra p. LIX.)

17. Paris. 1528. Ab initio libri VII. ad finem cum antiquo cod. contulit *N. Heinsius*. (Intellexi antiquum illum cod. fuisse nostrum *X*.)

18. Paris. 1544. Inscripsit *I. Gruterus*, se anno 1601. contulisse cum MS., quod *Modius* Francofurti reliquisset (nobis *m*).

19. Lugd. 1610. Contulit *N. Heinsius* cum cod. Vaticano, ut videtur.

20. Eadem edit. Contulit hic illic *Is. Vossius* cum cod. Thuaneo.

21. Lugd. 1553. Hic illic varietatem annotavit *Abr. Gronovius*.

22. Lugd. 1559. Satis multa margini ascripsit *Ian. Dousa*.

23. Antv. 1579. Multa annotavit et contulit V. D. qui in Catal. vocatur *Ian. Dousa*. De quo dubitat *Geelius*.

24. Lugd. Bat. 1595. Quaedam annotavit *N. Heinsius* in charta inserta.

25. Lugd. Bat. 1592. et 1595. uno volumine. Quaedam hic illic adnotavit *Ruhnkenius*. (Ex quibus quae referebantur ad crisin, apposui.)

26. Francof. 1602. „Contuli hunc cum MS. Viennensis Bibl. item cum fragmento Frisingensis Epātus." Haec fronti ascripsit *Ian. Gruterus*. [Quae ascripsit dabo in Analectis.]

27. Lugd. Bat. 1595. Contulit et annotavit *Ian. Dousa*.

D. Codices Belgici.

1. In Bibliotheca Bruxellensi codex est nr. 1543. (*q*) fol. saec. XV. nitide scriptus, multis glossis marginalibus ab eadem manu instructus. Scripsit codicem *Golenus van t' Sestich*. Haec mecum L. Bethmannus meus communicavit addito specimine diversae scripturae ex Spectacc. libro et libr. I, 1—13. excerptae. Unde perspexi, librum vix posse non ex Merulana Venet. 1475.

(μ) descriptum esse. Glossas illas coniicio esse Domitii Calderini commentarios a Goleno Romae ex ipsius magistri ore exceptos. Quorum sexcenta exemplaria ab auditoribus descripta, circumferri Domitius supra p. XXIII. testatur ipse. (Talis fuit palatinus alter, vid. supra p. XLIV.) Liber prorsus inutilis, cuius specimen in Analectis posui.

(r) 2. Codex Biblioth. Burgund. nr. 9805. fol. saec. XII. Olim *liber hospitalis S. Nicolai prope Cusam.* Codex binis columnis scriptus quinque foliis exhibet *Excerpta Martialis.* Delibavit Bethmannus quantum satis esset intellecturo, nihil magnopere ex hoc codice lucri posse fieri. Proposui Excerpta sero allata in Analectis.

E. Codices Britannici.

1. Codex Edinburgensis.

(*E*) Est in bibliotheca Facultatis Iuridicae Edinburgensis codex Martialis saec. X. scriptus, membranaceus, forma quarta. Cum hoc codice unum adhuc carmen I, 49. collatum habeo, repertum in schedis Boettigeri, cui Dalzelius, Professor Edinburgensis, procuraverat. Unde cum intellexissem, codicem ad optimos testes familiae *C,a.* pertinere, multa tentavi, ut integri codicis collationem nanciscerer meoque rogatu etiam complures amici quid precibus suis consequi possent periclitati sunt. Frustra omnes. Thomas Gaisfordus, qui codicem ipse versavit, haec mihi rescripsit: „Codex talis est, cuius usus magnus futuro editori esse possit. Eum forte fortuna nuper per Scotiam animi causa peregrinatus in manibus tenui; et licet exinde nihil quidquam enotarim, quod facere non neglexissem, si tuae ad me litterae paullo maturius pervenissent, satis mihi constat ex externo eius habitu et aspectu, dignum eum esse qui ad minutissimum usque apicem excutiatur." Nuperrime tamen laetissima spes affulsit fore, ut libri

discrepantiae in meos usus enotentur. Etenim F. G. Welckerus meus, mortalium candidissimus, adiit E. L. Lushingtonem, Professorem Glasgoviensem, qui sibi partem codicis conferendam curaret. Isque rara humanitate haec de codice rescripsit, communicata secum a Gulielmo Hamiltone, Logicae Professore Edinburgensi, Viro Praestantissimo, qui se codicem in Welckeri gratiam excussurum officiose recepit: „Codex Spectaculorum libro caret; desunt libri X. Epigrr. 57—72. In Scotiam advexit *I. Balsoun* (si recte lego) ineunte saec. XVII. In fronte ascripta haec: *Iacobus Marchant hunc librum possidet ex dono Francisci Dein....* (legi non potest nomen) *amici sui. Sedani* 3 *Dec.* 1632." Collatio si satis mature ad me pervenerit, in Analectis exhibebitur.

Fertur extare de hoc codice libellus sic inscriptus: „*John Graham Dalyeli* some account of an ancient manuscript of Martial's epigrams, illustrated by an engraving and occasional anecdotes of the manners of the Romans. 8. Edinburgh 1812." Triginta tantum exempla huius libelli impressa fuisse narrat Schweigerus Lex. Bibl. p. 603. Gaisfordus in litteris: „Dalyeli libellum semel tantum vidi; exemplar eius non possideo neque extat in bibliotheca nostra publica."

2. Codices Oxonienses.

Perstrinxi supra p. LV., ubi de Farnabii libris exponebam, sex codices Martialis in bibliotheca Bodleiana servatos, recentes omnes et Italos. Catalogus Codd. Angl. et Hibern. tria tantum exemplaria exhibet, nr. 1810. (*Excerpta Martialis*), nr. 2187. (*M. libri XIV.*) et 2482. (*Epigrr. Mart. satyrica* [sic] 138.)

3. Codex Cantabrigiensis.

Codicem C. C. C. Cantabrigiensem quinque vel sex locis commemorat Ios. Wassius in Sallustii editione ad Iugurth. 114. (vid. II, 19, 3.) et in Indice.

Quae protulit **Wassius**, salivam non moverunt. Adeo interpolationibus abundat, vid. instar omnium II, 56, 1.

Reliquos codices bibliothecarum Angliae nemodum accuratius perquisivit. Mihi hi praeterea innotuerunt:

1. In Bibl. Harleiana nr. 2700. extat cod. membran. Martialis Epigrammaton libros XIV. continens, saec. XIV. conscriptus. Vide Bibl. Harleian. T. II, p. 708.

2. In Bibl. Cottoniana est codex partim chartaceus, partim membranaceus, forma octava, qui exhibet *Martialis XII. librorum epigrammatum Coci epitomen* fol. 132, b. — 135. Vide *Planta* Catal. Codd. Cottonian. p. 566, a.

3. Codex membranaceus fol. saec. XV. extat in Bibliotheca Baronis *Phillips in Middlehill Worcestershire*, nr. 3549. Vide Catal. Biblioth. ab Haenelio recusi in Iahnii Nov. Annall. Suppl. 1840, VI, 4. p. 564.

4. In Bibl. Norfolciana teste Catal. Codd. Angl. et Hib. p. 77, a., nr. 3034. (135.) *Valerii Martialis Epigrammaton libri cum notis et emendationibus Torquati Gennadii.*

5. Ibidem inter libros Th. Galei nr. 5254. (220.) Martialis cum plurimis MSS. collatus. Cfr. ibid. p. 190, b.

6. In Bibl. Edvardi Bernardi nr. 7456. p. 227, b. commemoratur *Martialis cum Commentario.*

7. Ibid. nr. 7539. *Gennadius*, *Martialis et Mansuetus.*

Tenet Bibliotheca Bodleiana duas editiones cum mss. collatas. Altera, olim P. Pithoei, est Lugdunensis a. 1535. Specimen variarum lectionum proposuit V. D. in Annall. Litterar. Helmstadiensibus a. MDCCLXXXII. p. 97 sqq. a Brunsio Oxonii descriptarum. Ex quo patet, e Thuaneo esse lectiones depromptas. In margine alterius Basil. a. 1559. variae lectiones *V. C.* addito notantur. Ex his quoque lectio-

nibus quasdam delibavit V. D. l. c., quas apposui in Analectis.

F. Codices Francogallici.

1. Parisinorum codicum vetustissimus idemque longe (*T*) omnium praestantissimus est Thuanens, quem *T* vocavi. Audiamus C. B. Hasium in litteris ad Schmiederum haec de codice egregio referentem: „Codex 8071. in fol. foliis 61. constans, primo Iac. Aug. Thuani, postea inter Colbertinos codd. nr. 1346., deinde inter Regios 5619. In eo continentur 1. fol. 2. recto (nam primum Evangelii fragmenta occupant) Iuvenalis Satirae tribus prioribus desideratis. 2. fol. 23. rect. Beati Eugenii Toletani carmina nonnulla. 3. fol. 24. rect. *Martialis Epigrammata selecta.* Incipiunt quaedam epigrammata ex libro de Spectaculis (?). 4. fol. 51. rect. Epithalamium Catulli. 5. fol. 51. verso usque ad finem sunt epigrammata et poematia passim in Anthol. Lat. Epigrr. et poematt. occurrentia, edit. a Petr. Burmanno. Inter illa habes Pervigilium Veneris, Pentadii et Floridi et Luxorii multa, Ennodii et Damasi quaedam, Excerpta ex Senecae tragoediis, versus Eucheriae poetriae, Ovidii Halieutica, Gratii Cynegeticon, poema in laudem Solis a P. Pithoeo p. 445. ex hoc ipso codice editum, alia. Codex est fine mutilus, scriptus binis columnis, saec. X., a librario plane rudi atque barbaro."

Hunc codicem qui versaverunt — factum id autem post renatas litteras a plurimis est — ad unum omnes laudibus in caelum tollunt. Primum vestigium libri in usum Martialis adhibiti mihi repperisse visus sum in notationibus marg. Gryphii, vid. supra p. XXXVIII. Deinde Is. Vossius contulit, qui ad Melam I, p. 63. scribit: „Optimus codex Thuani, iam ante octingentos annos" — liberalius Vossius — „exaratus, qui excerpta continet Martialis epigrammata." Idem in notis Catullianis identidem ad partes vocat. Postea D. Heinsius contulit; Nicolaus filius ubique honorificentissime

de eo sentit; deinde I. Fr. Gronovius, qui cum in Schreveliana, tum alibi laudat, vid. Observatt. libr. IV, 22. p. 782 sq. Platner. Post hos Beverlandus, tum Oudendorpius et quis non excussit? Extant in pluribus Bibliothecis collationes laudatissimi libri; veluti in Hafniensi repositum est exemplar illud Fabricianum, cuius supra memini p. LXV., Libr. Fabric. impress. form. min. nr. 75.; in Leidensi plures Thuanei collationes servari index docet supra propositus p. LXXVIII. sq; de Bodleiano exemplari modo locutus sum p. LXXXII. Videndi praeterea de hoc codice Catal. Codd. Thuan. p. 459., Burmann. Anth. Lat. 1, p. LIII., M. Haupt. Ovid. Halieut. p. XII. sqq., Iul. Sillig. in Iahn. Annall. 1828. T. VIII, 2. p. 201 sq., Frid. Duebner. Zimmermann. Diar. Antiq. Stud. 1837, 2. p. 20. et Eichstadius Prooem. Pervigil. Veneris Ienae 1839. editi. Qui minus magnifice de codice locutus sit novi unum Achaintrium Elencho Codd. Iuvenal. T. II, 34. nr. IV. „Adde Martialis libros tres tantum (!!) et alia quaedam opuscula minimi pretii.“ Contra quae Boissonadius in Nicet. Eugenian. T. II, p. 287. „Thuaneus continet inter alia Martialem fere integrum, quidquid dixerit nuper vir doctus.“

Ego praeter Heinsii et Beverlandi collationes habui pauca excerpta ab Hasio, pauciora a L. Ianio, Suevofurtensi, olim facta; illa ex schedis Schmiederianis, haec a Frid. Halmio transmissa. Plenissimam vero et exactam collationem dono accepi a I. Fr. Boissonadio. Nam cum Vir Egregius saepius per editos a se scriptores classicos Thuanei virtutes praedicasset, ipsi collationem paratam esse opinatus, ut illam usibus meis parumper concederet, ausus sum rogare. Collationem se non habere, sed statim codicem e bibliotheca Regia petivisse, ut voluntati meae satisfaceret, humanissime rescripsit. Post paucos menses allata est collatio. Viro illustrissimo eidemque candidissimo, qui antiquitatis scientiam singularem cum humanitate re ipsa coniunxit, ob tam eximiam benignitatem quas animus complecti potest maximas ago gratias.

Excerpta Martialis codex offert. Saepe ipsa difficillima carmina versiculosque singulos ignorat, vide, ut his utar, I, 54, 4. 5. III, 72, 6. Ipsum librarium demum paullo integriorem codicem, sed et ipsum iam compendifactum, coartasse inde suspicere, quod interdum lemmata quidem apposuit, epigrammata ipsa omisit, vide VII, 99. X, 80. XI, 76. Saepe epigrammata decurtat resectis omnibus iis quae aliquo modo abesse possint. Consequitur, ut saepe singulorum versuum vincula vel sustulerit vel importaverit, velut XII, 95. omissis vv. 1. 2. pro *Et* vers. 3. scripsit *Has*. Stupidissimus ceteroquin librarius, qui vix verba singula intellexisse videatur. Tam turpiter vel in apertissimis titubat. Sed idem hanc barbariem compensat summa religione vel dicam superstitione, qua vetusti exemplaris ductus imitatus est. Correctiones singulas pietatis gratia admisit, veluti I, 12, 12. *deum* maluit quam *deos* scribere. Idem odio plus quam Vatiniano in verba nupta saevit. Poterat epigrammata obscena omittere tota. Noluit, sed singula verba verecunde velat. Nam quoties verbum lascivum occurrebat, castus homo clanculum aliud subiecit. Sic I, 90, 6. 7. pro *fututor* posuit *adulter*, *turpes* pro *cunnos*; I, 77, 6. *Lingua nefas Carinus* pro *Cunnum Charinus lingit*; 91, 2. *medium* pro *moechum*; III, 60, 2. *tedimicus* pro *te clunibus*; 72, 5. *ungue* pro *inguen*; 6. *monstri* pro *cunni*; cll. 87, 1. 2. XI, 78, 10. *mundus* pro *cunnus*. In nominibus propriis saepe risum movet, velut III, 24, 13. *Turcus* pro *Tuscus* dedit; II, 2, 6. *castis* pro *Chattis*; IX, 35, 3. *paucorum* pro *Pacorus*. Sed haec mitto: nec in elementaribus non vacillat. Denique saepissime ille non verba scribit, sed imagines quasdam et umbras verborum.

Vel sic codex est unus omnium emendatissimus, si summam spectes, cuius vel errores pluris sunt quam reliquorum munditiae aestimandae. Infinitis locis unus solus veri sponsor est, a reliquorum bonorum partibus ubique stat; saepe ad verum manu ducit, rarissime, si aperta vitia exceperis, deteriora offert ceteris codicibus.

Veluti III, 91, 12. *cervo* expulit glossa *puero;* XI, 29, 3. *vitam* pro *murem*. Correctoris manum expertus rarissime est. Hic si integra carmina contineret, non essent magnopere alii libri circumspiciendi. Nunc quantum praestet reliquis omnibus, Spectaculorum libellus manifestum reddit, quem ego ex hoc demum codice plurimis locis emendavi; arguit Suppositic. I. Nam in reliquis libris novarum lectionum et probabilium numerus minor fuit, cum Grutero Palatinus, Scriverio alii libri boni non pauca suppeditassent, quae cum Thuanei scripturis conspirant. Codicem *H*, Thuaneo simillimum, huius virtutes vel superasse olim admonui supra p. LXVIII.

(*X*) 2. Quem ego *X* signavi, codex est Bibl. Reg. Parisinae nr. 8067., membranaceus, in 4o. quadrato, fol. 89., binis columnis, olim *Claudii Puteani*, ut liquet ex nota praefixa. Lemmata sunt maiusculis litteris exarata, prima manu, non miniata. Liber de Spectaculis desideratur: primus liber sine ullo est titulo. Item epistola ad Lectorem libro praefixa. Membrana crassa est et flava. Scriptus est a diligentissimo librario saec. X.

Haec fere C. B. Hasius, qui codicem praestantissimum in Schmiederi gratiam accuratissime contulit. Primus, quod sciam, usurpavit Desid. Heraldus; tum D. Heinsius, cuius collationem habui; accedit tertia ex schedis Boettigeri a Geisslero Gothano a. 1786. negligentius facta. Hic codex cum Leidensi (*A*) et Edinburgensi (*E*) familiae *C,a.* non pater, sed caput est. Raro correctus est: librarius vel monstra verborum religiose ex archetypo derivavit, quae monstra posteriores librarii saepe praepostere domare in animum induxerunt. Neque tamen ex hoc ipso codice eiusdem familiae reliquos originem traxisse sunt quae evincant. Sic II, 68, 9. *ABCG* servant versum in *X* omissum; VII, 94. in *X* solum lemma superest, in reliquis epigramma ipsum. Denique saepe *X* plura epigrammata consociat, quae reliqui recte discriminaverunt.

Habuit archetypus liber litteris continuis scriptus genera quaedam vitiorum ex singularum litterarum confusionibus orta. Velut *c* et *g* fere non distinguuntur. Sic I, 33, 3. *X* pro *Non luget* dedit *Non licet*, *V Non licecit*, *B*, ut metri integritatem revocaret, *Non liceat*, *G* alia ratione idem consecuturus *Hoc licet hunc*, ad extrema provolutus 𝔄: *Non dolet hic quisquis.* Adde *e* et *i* vocales saepissime in libro vetusto conflictantes. Hinc cum *X* I, 67, 2. pro *qui dicit* exhibeat *quidegit*, iam *A* ad *quid degit* delapsus est, *BG* ad *qui degit*, *C*𝔇 ad *quisquis agit.* Exquisita quaedam in posterioribus eiusdem familiae libris ad vulgarium exilitatem attenuata saepe solus custodivit illibata. Sic X, 35, 11. 12. unus suae familiae verum servat.

3. Quem *p* signavi, est codex Bibliothecae Regiae nr. 8068., membranaceus, fol., foliorum 219., saec. XV. vergente scriptus, bona Italica manu ab homine non indocto. Continet 1. libros Martialis XIV. satis integros. 2. fol. 191. rect. Epigrammata satirica tributa Godfrido, monacho et Priori Wintoniensi, de quo vide Mansi Bibl. Lat. med. et inf. aet. T. III. Patav. 1754. p. 70. (Vide quae dixi supra p. IX. et ad Suppositic. XXIV.) 3. fol. 211. vers. librum I. Epigrr. Martialis inscriptum: *M. Val. Marcialis Amphitheatrum.* 4. fol. 216. rect. carmen Anonymi in laudem ficus sine titulo. Incipit: *Alma parens hominum tellus rerumque creatrix.* 5. fol. 218. rect. carmen item Anonymi de cena in villa Pallavicina sumpta, sine titulo. Incipit: *Stat vetus et multos domus haud habitata per annos.* 6. fol. 219. rect. Epitaphia brevia in Leonardum Aretinum, quorum primum incipit: *Siste pedem ad tumulum, qui fletis lumina: cuius Hic iaceant cineres, cuius et ossa, lege.* (*p*)

Hactenus Hasius, qui diligenter contulit epigrammata librorum III. IV. ea, quae et in *T* extabant. Collationem integri codicis habui ex schedis Boettigeri, ab eodem Geisslero factam, sed minus accurate. Neque id aegre tuli. Est enim liber persimilis *fhl*𝔅,

principio familiae *C,a.* cognatus, sed qui saepe suis pedibus insistat nec raro in avia abripiatur. Raro profuit.

(Parisinus 8284.) 4. Quartus est codex Bibl. Reg. nr. 8284. fol. 30., forma quarta, olim Tellerianus, saec. XV., membranaceus, egregie scriptus. Exhibet tantum 114. Epigrammata. Hunc Hasius contulit ad III, 34. 35. 113. IV, 42. III, 72. 75. 76. 85. 88. 92. IV, 84. E Boettigeri schedis accessere quaedam a Faehsio excerpta, ut I, 54. 64. 65. 85. 97. II, 56. IX, 73. X, 47. Codex ubique vulgaribus adhaeret.

Codex Bibl. Reg. nr. 8069., membranaceus, saec. XI., qui exhibet secundum Catalogum *Excerpta Martialis* aliorumque poetarum, teste Hasio anno 1809. diu iam desiderabatur. Nuper tamen Carol. Maninius descripsit et quaedam ex eo prodidit in Biblioth. schol. diplom. Paris. T. I, p. 522 sq. et Iul. Quiceratus ibid. T. II, p. 115 sqq. (Vide quae dedi post Incerti Auctoris de Figuris Verss. Heroicc. Gotting. 1841. emissos p. 41 sqq.) Selecta Martialis epigrammata teste Lud. Ianio continet etiam codex 8072. De codice 7999. dixi ad Suppositic. epigr. XXV.

De codicibus sua aetate Parisiis servatis Is. Vosius ad N. Heinsium scribit in Syllog. Epistt. Burm. T. III, p. 562. „Diu est quod Martialem e manibus deposuerim. Sed si tu etiam in eo corrigendo me iuvare volueris, aliquid audebo. Eius auctoris paucos codices vidi Parisiis, et ne illos quidem contuli nisi ex parte. Inter quos est codex Puteaneus (*X*), scriptus forma quadrata, *at parum antiquus,* ut videtur. Itaque sex tantum priores libros absolvi. Excerpta Martialis, quae extant in illo optimo cod. Thuaneo, satis diligenter examinavi, uti et alterum cod. epigrr. satis vetustum, in quo itidem eius auctoris epigrammata aliquot habebantur, qui extabat in Bibliotheca Petavii Senatoris. In eiusdem quoque Senatoris Bibliotheca vidi alium codicem, illum quidem chartaceum, sed de quo tamen plura mihi promittam, quam de illo *antiquo* Puteaneo. Plures Martialis codices Lutetiae videre mihi non contigit.“

Ubi superiore loco de *X* loquitur, aperte quaedam exciderunt. Neque enim verum est quod refert et verba infra posita reluctantur. Fere scripserat: *antiquus*, *at parum emendatus*.

G. Codices Itali.

1. Codices Mediolanenses.

De codicibus Bibliothecae Ambrosianae, quibus ego thesauris frustra inhiavi, loquitur Is. Vossius in Epist. ad N. Heinsium apud Burmann. Syllog. Epistt. T. III, p. 571. „Moraberis vero aliquanto diutius ea in urbe; nam et (nec?) singulis diebus patet ingens illa Bibliotheca Ambrosiana et invenies in ea quae tibi, ut arbitror, placebunt. Vidi in ea exemplaria duo vel tria Martialis, quibus tamen non sum usus. Unum aliquot tantum locis inspexi, doluitque quod non permiserit tunc valetudo, ut integrum conferrem. Est quidem istud in charta scriptum, sed tamen egregias ex eo lectiones haurire est. *Perottus*, qui bonam commentariorum suorum partem orae ascripsit, etiam varias aliquas lectiones ex aliis, ut puto, codicibus excerptas addidit. An etiam bonae notae sint alii Martialis codices, id dicere non possim.“ Rursus Vossius ad N. Heinsium Syllog. III, p. 565. „In Bibl. Ambrosiana Martialis ter MS. habetur. Unus codex ex iis in charta scriptus, cui varias lectiones et commentarios suos ad oram ascripsit *Perottus*, longe est optimus. Illum tantum aliquot locis inspexi. Alios duos, quamvis et illi sint boni, ut arbitror, vix vidi.“ Eadem tria exemplaria commemorat Montefalc. Bibl. Bibl. p. 502, b. „Martialis poemata, cum notis. Codex bombycinus. Item Epigrr. antiqui characteris, bis, bombyc.“ Nihil praeterea de iis rescivi. Nisi quod Beverlandus Spectacc. XXII, 5. *rapido* ex *Fl. et Med.* ascripsit, quod *Mediolanensem*, non *Mediceum* interpretor, cum Florentinum — qui tamen a *F* nostro Spectaculorum libello destituto h. l. diversus esse debet — addiderit.

Et XIV, 26, 1. aperte in auxilium vocat *codicem Mediolanensem*. (Vide nunc et Anall. ad XIV, 93.)

2. Codices Veneti.

J. Phil. Tomasinus Bibl. Venet. p. 104. memorat codicem Martialis apud V. C. Nicol. Crassum.

Alterum *Mittarellus* Bibl. Codd. Mss. Monasterii S. Michael. Venetiar. prope Murianum. Venet. 1779. p. 745. „M. Val. Martialis Epigrammata nitidissime scripta. Codex membran. fol. saec. XV. nr. 696. In primis et postremis paginis nonnihil iniuriae passus ab aquis pluviis."

Ibid. Append. p. 276. recensetur exemplar Mediolanense a. 1478. cum spissis notis mss. *Federici Ceruti*, Veronensis.

3. Codices Patavini.

Codex cum Spectacc. libro saec. XV. scriptus monstratur a Tomasino Bibl. Patav. Mscr. p. 25, a. et Montefalc. Bibl. Bibl. p. 486, a.

Alter erat penes *Nicol. Trivisanum*, vid. Tomasin. p. 107. Montefalc. p. 488, b.

Codices Patavini nunc dispersi sunt, vid. Weberum de Lucani Intpp. T. III, p. LIV.

4. Codex Parmensis.

Bibliotheca Ducalis tenet codicem chart. form. 4. saec. XV. Vide Blumii Bibl. Libror. Mss. Ital. p. 235.

5. Codex Mutinensis.

Codicem saec. XV. in Bibl. Ducali servatum notavit in schedis suis C. O. Muellerus.

6. Codex Caesenas.

De codice Caesenate refert haec Ios. Mar. Mucciolus in Catal. Codd. Mss. Malatestianae Caesenatis

Bibliothec. Fratr. Minorr. Conventuall. Caesenae 1780, II, p. 7. (Plut. I, nr. 9.) „*M. Val. Martialis Epigrammaton primus liber incipit.*“ Ad calcem libri ultimi scriptum iisdem characteribus legitur: *Haec quae sequuntur epigrammata Martiali falso sunt attributa; vetustissimi enim codices non habent, quanquam nonnulli ex recentioribus in prima totius voluminis fronte et habeant et posuerint. Laus Deo.* In fine: *Haec viginti et septem epigrammata, sive sint alterius, sive Martialis, favente deo expliciunt, cui semper unusquisque suppliciter pieque gratias pro acceptis a se beneficiis agat. Deo gratias.* Hoc Epigramma eiusdem codicis scriptor exaratum edidit:

Hoc opus, o Lector, transcripsit Petrus Avorum,
Cuius Cennina est nomine dicta domus.
Error si quis inest, exemplar semina sevit;
Si secus esse putas, invidiosus abi.

In fine: *Absolutum hoc opus est IX. Kalendas Septembris anno ab Incarnatione Salvatoris nostri sexagesimo tertio supra millesimum quattercentesimum. Laus Deo.*“

7. Codex Bononiensis.

De quo Hier. Amadutius in Anecdd. Litterar. T. II, p. 379. „Commode V. Cl. *Ioh. Aloysius Mingarellius* Abbas communicavit Epigramma M. V. Martialis ex codice MS. membranaceo saec. XIV. bibliothecae S. Salvatoris Bononiae.“ Id Epigramma in Vind.3. quoque repertum posui Suppositic. XXIII. Adiecit Amadutius scripturae diversitatem decem locorum ex libris VIII. prioribus decerptorum. Ex quibus satis superque claret, esse codicem familiae *C,a.* aggregandum, sed qui nihil admodum praeclari conservaverit solus. Ita enim degeneravit a vetustissimis familiae testibus, ut fere faciat cum libris *CG𝔄* et maxime *Vind.* 3. Vide IV, 10, 1. 56, 1. Excribendas illas lectiones ex Amadutii libro, quem apud nos frustra quaesiveram, curavit Welckerus meus.

8. Codices Florentini.

Florentia sex tenet codices Martialis Epigrammaton: tres in Bibl. Laurent. Medicea, duo in Gaddiana, unum in Leopold. Laurentiana.

(*F*) 1. Primus est Plut. XXXV. cod. 38., apud Bandinum Catal. Codd. Latt. Bibl. Laur. Med. T. II, p. 217. Continet codex — quem *F* notavi — Epigrammaton libros XIV. omisso Spectaculorum libro. Est membranaceus, forma quarta, saec. XV., sed ab antiquissimo fortasse descriptus exemplari, fol. 161.

Libro X. desunt Epigrr. 57 — 72. et 88 — 91. Libro XII. desunt 2. 5. pars sexti, 11. 15. 26. 29. 36. 46. 78. (fere ut in familiae *C,a.* codicibus vetustioribus.) In calce librorum legitur: *Emendavi Torquatus Gennadius.* Libro XIV. deest 65. et 142. Subscriptum: *Torquatus Gennadius emendavit.*

Egregius liber, qui, licet identidem ad familiae *C,a.* societatem deflectat, universe cum *P* conspirat. Accuratissime collatum habui librum I. paene totum et IV, 55. a Viro Nobilissimo Franc. de Furia. Hic codex procul dubio ipse ille est, quem a Thomsono consultum interdum appellat, saepius tacite secutus videtur Scriverius, nec diversus a *Fl.* (𝔉l. mihi) Beverlandi.

(*f*) 2. Alter, quem *f* nota signavi, Plut. XXXV. cod. 39. apud Bandinum l. c. p. 119. continet *M. Valerii Martialis Coqui Epigrammaton libros XVI.* De libro XV. dixi Suppositic. XXIV., ubi pro 𝔉 reponendum est *f*. Liber XVI. continet Spectaculorum libellum, in quo Epigr. VIII. cum IX. conflatum (vid. not. crit. l. c.). Inter Epigrr. XXVI. et XXIX. quaedam ex aliis libris repetita intercedunt. (Nempe ea quae in libro I., ut factum in recentioribus libris, exciderant.) Codex est chartaceus, 4o. minor., saec. XV. In calce legitur: *Liber ser Anastasii Vespuccii ac Georgii Antonii eius fratris.* Fol. 241.

Inter primum et secundum distichon I, 104. inseruntur IV, 25 — 69., ut fere in *bh* aliisque noviciis libris. In calce: *Ego Torquatus Gennadius emendavi feliciter.* Sic et in sqq. usque ad libr. VII. inclus. In subscriptione libri III. additum: *Constantine feliciter floreas.*

Liber vulgaris, qui fere cum *hlp*𝔅 faciat. Cum *p* id quoque commune habet, quod Godefridi Epigrammatis inter Martialis locum concessit, vid. supra p. LXXXVII. Ex hoc eadem accuratissime excerpta habui quae ex *F*, eiusdem humanissimi viri benignitate. Collatio librorum 1 — 9. servatur in Bibliotheca Hafniensi. Id didici ex specimine lectionum a praestantissimo Madvigio transmisso. Ceterum licet emendatorem Torq. Gennadium iactet et ipse, a *FP* tamen longissime dissidet. De quo infra data opera exposui.

3. Plut. XXXV. cod. 37. Bandino l. c. p. 217. est membranaceus, fol., saec. XV., elegantissimus et ornatissimus, fol. 212. Non caret Spectaculorum libro. Adduntur Iuvenalis et Persii Satirae. Cum III, 63, 5. teste Bandino *Cantica qui Nili et qui* (cum nostro *l*) exhibeat, vel inde satis certo intelligas, cuius sit farinae. Collatus non est.

4. Bibl. Gaddianae Plut. XCI. cod. 29, 1. T. III, p. 763. est membranaceus in 4. minor. saec. XV., teste Bandino optimae notae, fol. 187. — *Optimae notae* non dixerim eum librum, qui I, 49, 9. monstret *Tepida natabis Line congendi vada*; V, 34. *Pallida ne nigras horrescat Heritios umbras.* Praeterea confusa sunt Epigrr. libri I, 17—42., quae inter 104. et 105. redeunt; statim sequuntur IV, 25—68. Inter XIII, 70. et 71. eadem exhibet duo epigrammata, quae in nota ad eum locum appinximus. (Unde apparet, Gronovio collationem libri praesto fuisse)

5, Ibid. 29, 2. Bandino l. c. p. 763. *M. Val. Martialis Epigrammaton libri.* Spectacula inter libr. XII. et XIII. reiecta. Codex est chartaceus, forma quarta, saec. XV., optime servatus, fol. 247. Pleraque

epigrammata titulis carent. Lectiones ab editis identidem discrepare collatio docuit **Bandinum**. Non magnopere desidero. Nam is quoque eandem epigrammaton libri I. confusionem habet, quam codex superior.

6. Recenset **Bandinus** Bibl. Leopold. Laurent. inter Strozzianos T. II, p. 505. codicem CXXV., qui libros XIV. complectens chartaceus est, fol., saec. XV., fol. 153. „cum variis correctionibus, quae novae editioni moliendae magno usui esse possent, et notis perquam bonis instructus ab aliquo fortasse ex litterario ludo **Angeli Politiani** profecto, cum nomine possessoris in principio, nimirum *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. nr. 532.“ Cum X, 56—72. et 88—91. desint, codicem ad familiam *C,a.* pertinere manifestum est.

His accedit codex Riccardianus apud **Lamium** Catal. Codd. Bibl. Riccard. p. 279. „Martialis versus. Cod. Chart. in 4. M. III. nr. VII.“ Excerpta videntur.

9. Codices Romani.

(V4. = P) 1. Vaticanorum codicum vetustissimus—mihi *V4*.—est nr. 3294., forma quarta, fol. 99., membranaceus, saec. X. vel XI., ut videtur, scriptus. In fronte legitur: *Val. Martialis Thadaei Ugoleti Parmeñ.* Infra haec: *Marciale antichissimo di* 800. *ò* 900. *anni, della forma che é il Cesare della Vaticana, in pergamena in 4o. fol. Ful. Urs.*

Prima folia huius libri, quem supra p. XXXII. dixi iam ***Ang. Politianum*** ostendere, postea ab ***F. Ursino*** ad III, 91, 2. *vetustissimum ipsius* vocatum, longe recentiore aetate scripta supplent ea Epigrammata, quae in vetusto codice ipso desiderabantur. Post illa sequuntur Spectacula ab alia rursus manu saec. XV. addita. Tum demum a Praef. I. incipit vetus codex hoc libri I. titulo: *Valerius Marcialis Lectori suo Sal.*

Libr. X, 56, 7. 8. omissi a **Fulv.** demum **Ursino** suppleti sunt: tum codex deficit usque ad epigr. 73.:

Digitized by Google

Littera facundi (marg. rubr. *gratum* addit) *mihi munus* (suprascr. rubr. *pignus*) *amici Pertulit ausoniae dona se u̧ raque togae*. Eodem libro epigr. 87, 20. supplevit manus secunda, quae totum codicem ad aliorum librorum fidem, opinor, exactum rubro colore annotavit; tum omissis reliquis sequitur epigr. 92. Etiam XII, 26. 29. exciderunt. In folio membranaceo affixo legitur: „In quibusdam codicibus hoc legitur penultimum epigr. libri VIII. *Rure morans quid agam respondeo*" sqq. Vide Supposit. I.

Ex hoc libro collata habui I, 4—11. 27. 32. 33. 45. 50. III, 15. IV, 1—3. 30. V, 21. 34. Praef. libri VIII. Repperi in schedis Schmiederianis a nescio quo diligenter non collata, sed plane excripta. His accessit beneficio C. O. Muelleri I, 49. III, 17, 1. 2. Denique Heinsianum illud exemplar (vid. p. LX. sq.) suppeditavit collationem librorum XI. XII. Quem sat accurate suo munere functum intelligere potui ex schedis Guilielmi Abeken, viri doctissimi, Instituti Archaeologici ab epistolis, qui meo rogatu libr. XI, 1—12. ipse diligentissime contulit. In libris superioribus, ut ab reliquis Vaticanis distinguerem, *V*4. vocavi, in libris XI. XII. simpliciter *V*. Heinsio *Vat.* est; qui interdum et tres alios Vaticanos inspexit. Sed illum per libros a se editos *Vaticanum antiquissimum* appellare solet.

Codicem ad familiae *C,a.* testes locupletissimos accensendum esse et scripturae eius et omissiones supra notatae declarant. Errores scribendi maximam partem correxit manus altera, partim scite, partim ad coniecturae periculum redacta parum feliciter. Quod autem in libris XI. XII. quaedam epigrammata in reliquis omissa servat, Heinsium puto non annotasse, ea manu recentiore suppleta esse. Integrum codicem contulit Alb. Dresselius, Magdeburgensis, qui ut collationem suam publici iuris faciat optabile est.

2. *v*1. vocavi codicem Vaticanum 2821., octav. (*v*1.) mai., chartaceum, pagg. 233., scriptum MCCCCXLVII.

V̊ kl Octobris Perusie, ut ad calcem legitur. Codex totus negligenter scriptus manu secunda emendatus est. Collatam habui Praefationem libri I. ex schedis Schmiederianis. Sed quovis pignore contenderim, hunc esse eum ipsum Vaticanum, quem contulit Beverlandus (nobis 𝔅). Nam etsi de Spectaculorum libello nihil annotatum video in schedis, quae a libro I. incipere dicunt, illum inter libros XII. XIII. videtur habere, plane ut *h*, quocum pariter atque cum *lp* ubique fere consentit. Est ex deterioribus.

(*v*2.) 3. *v*2. est codex Vaticanus 2822. membranaceus, forma quarta, saec. XV., pagg. 173. Post Plinii Epistolam sequitur Spectaculorum libellus hoc titulo: *Assentatoria ad Domitianum cesarem Vespasiani filium pro eius Amphitheatro.* Spectacula excipit *Epistola in qua se purgat contra obtrectatores.*

Collatum habui Spectacc. I., Praef. libri. I. et quaedam ex libr. I. excerpta. Haec ex schedis Schmiederianis. Addidit C. O. Muellerus I, 49., quod est in codice I, 23., et III, 17. Codex si quis alius ubique maxime vulgaria offert.

(*v*3.) 4. *v*3. est codex Vaticanus 3295., elegantissime scriptus, initialibus litteris eximie coloratis, saec. XV., membranaceus, fol. 161. Lemmata habet nulla, ad marginem colore rubro et atro correctus est. Incipit: *M. Valerii Martialis Epigrammaton ad DIVŪ Domitianum Caes. Augustum Germ. L. I.* Collata habui Spectacc. I. et libr. I, 117. 118. Liber plebeius.

5. Codex Vaticanus 2820. chartaceus, form. octav. minor., saec. XV., recentissimus et negligenter scriptus. Habet a fronte Spectacula. Collatus non est.

6. Codex Vaticanus 2823. form. octav., chartaceus, scriptus est ab *Oliverio Palladio Romae a.* 1446. Hic illic notae marginales variaeque lectiones et ab eadem et a recentiore manu ascriptae. Nec is exploratus est.

7. In Bibliotheca olim Palatina, anno 1621. in Vaticanam recepta, extat nr. 1696. Palatinus ille optimus Gruteri, de quo supra dicebam p. XLIV. sqq., quem eundem commemorare videtur Blumius Bibl. Mss. Ital. p. 128. Codex est chartaceus, fol. minor., saec. XV. non vetustior. Spectaculis caret. Post Praef. libri I. sequitur Epigr. *ad Catonem*, tum omissis epigrr. 1. 2. statim 3 sqq. Codex a religiosissimo homine satis emendate scriptus saepe correctus est colore rubro. Lemmata post V, 82. nusquam appicta. Librarium Gruterus dixit litteras tantum pingere doctum fuisse. Recte. Vetustum quod sequebatur archetypum tam fideliter reddidisse videtur, ut sibi vix quidquam mutare licere putaverit. Sic, uno ut defungar exemplo, IX, 20, 6. pro *pia creta polo* scripsit *placeret apollo*. (P)

Subscriptiones quinque priores tantum libri conservaverunt has: Libr. I. *Epigrammaton liber primus explicit. incipit secundus. Ego torquatus gennadius emendavi feliciter qui floreas.*

Libr. II. *Epigrammaton liber secundus explicit. incipit liber tertius. Ego torquatus gennadius emendavi. lege feliciter.*

Libr. III. *M. V. Martialis Epigrammaton liber tercius explicit. incipit quartus. Emendavi ego torquatus gennadius constantine feliciter flores.*

Libr. IV. *Epigrammaton liber IV. explicit. incipit liber quintus. Ego torquatus gennadius emendavi floreas.*

Libr. V. *M. V. Martialis epigrammaton liber V. explicit. incipit VI. Gennadius torquatus emendavi Constantiē.*

In calce libri XIV. hos lusit versiculos scriptor codicis:

Ut gaudere solet fessus iam nata (corr. *nauta*) *labore,*
Desiderata (*Exoptata* marg. m. sec.) *diu littora nota videns,*
Haud aliter scriptor viso iam fine libelli
Exultat laetus lassus et ipse quidem.

Codicem, Heidelbergae frustra quaesitum nec in codicum Vaticanorum schedis Schmiederianis significatum Romae repperit is quem nunquam elugebimus, C. O. Muellerus, vir immortalis. Is I, 49. et quaedam alia mihi excerpsit. Unde cum suborta suspicio esset Palatini, G. Abeken coniecturam meam verissimam esse singulari humanitate me certiorem fecit. Eidem, cui in partem tamen laboris venit Aemil. Braunius, olim studiorum societate in Academia Georgia Augusta nobiscum coniunctus, nunc Instituto Archaeologico ab epistolis, eidem igitur debetur, quod iam ubique de praestantissimi libri scripturis constat. Nam nemo dubitabit, quin, ubi Gruteri testimonium et recentis collationis discrepant, longe sit maior fides nobis tribuenda. Gruterum enim supra vidimus quam negligenter usurpaverit thesaurum illum suum. Librorum I—IV. scripturas in Analectis supplevi, cum sero ad me perlatae essent. Reliquorum librorum discrepantiae in apparatu critico appositae sunt. Ego *P* vocavi. Sed ut facile iudicari posset, quid Gruterus attulisset, quid reticuisset, Gruteri testimonium 𝔓 signavi. Quod ubi simpliciter positum est, nostram collationem conspirare scito: ubi dissonabat, id notare consilium fuit. Verbi gratia IX, 33, 2. *Maronis* 𝔓 (? *Morionis P*). Et sic ubique. Confer quae supra dicta sunt p. XLVI.

---

8. In Bibliotheca Chisiana extant codices Martialis saec. XIV. XV. Vide Blumii Bibl. Libror. Mss. Ital. p. 177.

9. In Bibliotheca Ottoboniana „Lucani, Martialis multi. codd. XV" Montef. Bibl. Biblioth. p. 187, b.

10. Codices Neapolitani.

(*ı*) 1. *ı* est codex Neapolitanus is, de quo Catald. Iannellius in Catal. Bibl. Lat. ms. Mus. Borbon. (Neap. 1827.) p. 207. „Nr. CCC. est codex membranaceus in 4o., amplo quidem et claro, sed non uno charactere

descriptus saec. XV. Insunt Martialis libri quot extant. Ad calcem haec: *Anno ab Incarnatione Domini MCCCCLXIX. die X. Iulii, Pontificatus S. D. N. D. Paulli Papae II. anno quinto, fuit finitum opus Valerii Martialis per me Radulphum Gertrudem clericum Remensis* (*Gertrudittum Remensem* Muellerus) *Dioecesis Notarium Apostolicum et Canonicum Corbeiensem, familiarem praestantis ac clariss. viri D. Antonii Tridentini Parmensis iuris doctoris et comitis Palatini ac poetae laureati.* IV, F. 52." Huius ego codicis, de vulgarium grege unius, scripturas ad I, 49. accepi a Muellero, qui et singulos aliquot alios locos inspexit, III, 17, 1. X, 68, 5.

2. *n* est codex nr. CCXCVIII. Iannell. p. 206., (*n*) chartaceus, fol., scriptus saec. XV. Praecedunt Spectacula. Ad calcem haec maioribus litteris: *M. V. M. Epigrammaton liber mei Roberti de Blanchellis de Arimino XIV. et ultimus in Dei nomine finit. Amen. Laus Deo.* Deinde: *Bononiae* . . . . ceteris atramento et ferro plane deletis. Postremo: *Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento.* Habet glossulas interlineares et marginales: lemmata primis tantum et postremis libris apposita. IV, F. 50.

Eadem Muellerus ex hoc codice enotavit quae ex *i*. Cui virtute similis est et compar.

3 — 7. In eadem Bibliotheca quinque praeterea extant codices chartacei saec. XV. Vide Iannell. nr. CCXCIX. p. 207., nr. CCCI. CCCII. p. 208., nr. CCCIII. CCCIV. p. 209., nr. CCCV. p. 205. „Sylloge quaedam Epigrammaton." Quem codicem Montef. Bibl. Bibl. p. 233, a. commemorat, saec. XV., in Bibl. S. Ioannis de Carbonara Augustinorum, is nunc in Bibl. Regia Neap. videtur esse.

H. Codices Hispani.

1. Codices Matritenses.

In Bibl. Regia Laurentiana Escorialensi tres feruntur extare codices, Litt. E. Plut. III, nr. 16. Litt.

M. Plut. II, nr. 16. Litt. S. Plut. III, nr. 11. Videndus Nic. Antonius Bibl. Vet. Hisp. I, 13. p. 88, not. 2. In G. Haenelii Catal. Codd. p. 951. inter Escorialenses cod. chartaceus saec. XV. vergente ex ipsa Merulae Veneta a. 1475. descriptus memoratur, III, E. 18.

„Extitit quoque MS. in Olivariensi Litt. M. MS. p. 207." N. Antonius l. c.

2. Codices Toletani.

Tres codices membranaceos saec. XIV. XV. exhibet inter libros mss. Toletanos G. Haenelius l. c. p. 995.

Caput Tertium.

Hactenus et codices Martialis enumeravi breviterque significavi, quale singulorum pretium esset, et quid editores ad pristinam Epigrammaton formam restituendam singuli contulissent edocui. Flagitat suscepti operis ratio, ut iam apertum faciam, quae sit singulorum inter se librorum cognatio, quae familiarum communio, denique qualis singularum familiarum quasi dignitas et virtus. Nam his demum recte constitutis emendatio verborum poetae incerta fluctuare desinet et in quo hodieque multi opinantur lubidini et ratiunculis suum honorem constare, id ad certam artis formulam, universe quidem, revocabitur. Nemo id quod dixi ad hunc diem in Martiale facere conatus est. Nam superiorum saeculorum vel doctissimi grammatici in hoc quoque poeta ita sunt versati, ut ubi haesissent libros bonos mediocres, veteres recentes, sinceros interpolatos, prout casus obiecisset, inspicerent eorumque scripturas et ad vulgata exemplaria et ad suum saporem ponderarent. Qui cum omissa aequabili constantia ea demum ex libris suis annotassent, quae ipsis memoratu digna

viderentur — visae autem sunt saepe quisquiliae, gravissima quaeque saepissime sicco pede transmissa —; de librorum quasi consortione atque ordine vix quicquam suspicari licebat. Sed ad rem veniamus.

§. 1. Ut in plerisque scriptoribus, sic in Martiale universe meliores et deteriores libros facile distinguas. Deteriorum autem librorum corruptelae non aliam in hoc quidem poeta habent originem, quam quod meliorum scriptura aut errore vitiata est aut per fraudem vel leviter corrupta prave corrigentium vel glossulas exolventium. Ego quo statim externa specie oculi criticorum ad meliores libros converterentur, hos litteris maiusculis designavi, deteriores minusculis. Scriptura in libris omnibus antiquitus constans et eadem quibus vel casibus paullatim degeneraverit vel machinis detorta sit, hi loci docebunt:

1. *) Libr. XII, 17, 3.

Gestatur tecum pariter pariterque lavatur.

Sic *TP*. Proximi bonitate libri familiae *C,a*. *tecum* (*tectum* XB) *pariterque lavabatur* (*labatur* AB). Nempe in alterius vicinia exciderat alterum *pariter*. Numeri amissi ut recuperarentur, quod antiquioribus librariis cordi non fuit, varias vias instituerunt recentiores: plerique *Gestatur tecum sella pariterque*; l: *Gestatur tecum febris pariterque*; h𝔅: *A te gestatur pariter tecumque*; codex incertus Anglicanus (vid. supra p. LXXXII.); *Gestatur tecum sella tecumque lavatur.*

2. III, 5, 5.

Protinus hunc primae quaeres in limine Tectae.

Familiae *C,a*. antiquiores testes: *Protinus hunc primae que in crimine tectae;* unus eiusdem stirpis recentior: *Protinus hunc primae res in crimine tectae.* Patet igitur, in communi familiae capite vocem *quaeres* minus distincte scriptam extitisse. Quid reliqui? Partim cum *P* recte exhibent *quaeres in limine*, corrigunt

*) praefixi iis locis, qui in *T* (Thuaneo) extant.

tamen cum eodem *primi — tecti; O*, quae editio est ad codicem familiae *C,a.* exacta, *quaeras in limine tecti.* (Nimirum cum editor *quae* invenisset, *quaeras* de suo fecit, cum *quaeres* debuisset.) Codex *p: primum quaeres in limine tecti.* Maiores turbas omissa forte vocis *quaeres* alterutra syllaba dedit in aliis codicibus. Nam awφ: *Protinus hunc adeas primaeque in vimine* (*crimine* wφ) *tecti* (vel *tectae*); denique priscae editiones susceptis utriusque classis vitiis:

Protinus hunc adeas primique in limine tecti.

3. * VI, 32, 3.

Damnavit multo staturum sanguine Martem.

Sic *TP* et, nisi quod *staturam*, *z*. Leviter corrupti *XAB: multos saturum* (*aturum* AB). Reliqui *saturum* ad numerorum legem retracturi vel *saturum iam* vel *saturatum* vel *saturatam* finxerunt.

4. * VII, 12, 9.

Ludimus innocui: scis hoc bene; iuro potentis.

Sic *TPF.* Sueto ipsis vitio libri *XA* in similis confinio syllabae *is* lapsi dederunt: *innocuis hoc bene;* G *innocuis hoc pene;* C *innocuis verbis hoc bene;* vel *innocuis verbis hoc iuro* vel *Ludimus, innocuus hoc iuro* vel *Ludimus innocui, verbis hoc iuro* turba reliqua.

5. * VI, 52, 5.

Sis licet, ut debes, tellus placata levisque.

Sic *TPFG.* Ex proclivi permutatione litterarum *i* et *t*, *is* et *es XAB* monstrant: *Sis licet videbis.* Id perperam interpretati reliqui scripserunt: *licet indebitis*, *licet usque sibi*, *licet inde sibi*, *licet inde illi*, *licet imposito.*

6. * III, 4, 7.

Quando venit? dicet. Tu respondeto, poeta.

Sic *TPCO* cum aliquot ex deterioribus. Nec aliter voluit *A*, qui dedit: *Quando veniae dicit tu respond e poeta.* Excidit enim *to* propter finitimum *po.* Iam scriptor codicis *X*, cui idem ante oculos fuit, ut syllaba

Digitized by Google

perdita restitueretur, *si* infarsit, *Quando si veniet dicit responde poeta*; paullo aliter succurrebant *GXp*: *Si quando veniet dicet responde poeta*; rursus aliter *B*: *Et quando veniet dicens responde poeta.*

7. * VIII, 6, 12.

Largius Aeacides vividiusque merum.

Sic *TPF* et pauci alii. Facili lapsu *A* et *pr.B* omissa syllaba *di: viviusque.* Iam *corr.B*: *vivius atque*; *G* man. pr. *vivusque*, corr. *et bibit usque* cum *X*; *ebibitisque merum* iam codicem *X* infecit, quod mirere, cum aliis. Reliqui autem omnes *et bibit ipse* vel *et bibit ille.*

8. * VI, 50, 3.

Obscenos ex quo coepit curare cinaedos.

Optime Beverlandus ex scriptura *T*: *ex cocepit* elicuit manum poetae. Addicunt, si nutus prudenter interpretere, *XP* et *pr.AB*, qui *Obscenos coepit*, cum *quo*, quod *co* scriptum erat, a sequentis vocis initio absorptum esset, casus autem *ex* voculam hausisset. Hinc librarii variis artificiis defectum reparant, aut duplicato voc. *coepit* sic: *Obscenos coepit, coepit curare cinaedos*; aut *Obscenos coepit postquam*, aut *Sed postquam coepit* aut denique *Obscenos postquam coepit.*

His adde VII, 74, 8. et considera mihi * I, 29, 4., ubi similiter accidit atque ultimo illo loco. Nam cum *T* daret:

Si dici tua vis, eme ne mea sint,

omnis sententiae ratio postulavit, ut illo indicio nixus reponerem:

Si dici tua vis, en, eme ne mea sint.

Nec aliorsum ducunt vestigia reliquorum librorum, qui in locum extriti a proximo *eme* vocabuli *en* suffecerunt varie *hic*, *haec*, *hoc.* Iam ut poeta I, 2, 3. verissime dixit:

Hos eme, quos artat brevibus membrana tabellis,

ita isto loco pronomen demonstrativum vim sententiae evertit.

Sed haec sufficiant. Nam studiosi semel moniti quid rei sit commentariorum criticorum nutus facile ipsi assequentur. Nos verbis pepercimus, cum, ex ordine consignatis scripturae discrepantiis, res ipsa loqueretur. Ut autem illis in locis, modo quos tractabam, gradus quidam corruptetarum conspici poterant, ita sunt plurimi loci, in quibus diversarum familiarum incorrupti libri conspirant, varie titubant deteriores vel quod novos errores importarunt vel ob praeposteram mutationem. Potiores quosdam hac tabula repraesentabo:

Optimi (TXP):	*Deteriores:*
I, 3. 7. iactas	captas, raptas
92, 7. scripta	trita
II, 66, 4. saevis icta	sectis icta, ulta, laeta; saevis laeta, aegra, ulta.
VIII, 59, 4. piperata	piceata
IX, 17, 7. iuvenale	iuvenile
IX, 47, 6. rigidam	rigidum
103, 2. alio nuda Lacaena cygno	cygno nuda (*vel* nupta) Lacaena alio
X, 48, 9. tonsile	sectile
XI, 58, 1. tentumque	tensumque, certumque, tecumque
59, 11. sub umbras	sub undas
84, 14. pyctae	picta
XIII, 92, 2. mattea (*vel similiter*)	bestia *vel* gloria.

Ubi autem nunc *TXP* diversa praebere videntur, saepe re accuratius pensitata intelligitur, summam esse optimorum testium concordiam. Id paucis exemplis confirmabo. Sic X, 13, 10. *Cotta* TP, reliqui *Tucca.* Sed cum in lemmate *X* quoque *Ad Cottam* monstret, antiquitus libros omnes consensisse et quod turba habet deteriorum, id errore unius librarii partum esse, in confessis est. Sic plane XI, 98, 1., ubi *Flacce* P (*T* non habet id epigramma) *Basse* reliqui. Sed lemma in *XAC Ad Flaccum.* Postremo XII, 12, 2. *Pollio* TP,

Postume reliqui. Sed lemma codicum familiae *C,a.* *Ad Polliam* (vel *Pollam*) vitii originem manifestat.

Infinitus est numerus locorum, ubi si errores calami leniter emendes, optimi sani et unanimes, deteriores contra absurde corrigendo depravarunt. Quanquam interdum, ubi attentum scribam lectoremve sententia ipsa commonefaceret, a vitiis vetustiorum caverunt. Nam omnes libri pleni errorum, vetustissimus quisque maxime. Sed optimorum errores impunitatem habent ab oscitatione librariorum et sermonis sententiaeque ignoratione; qui si quando vitia corrigere ipsi periclitabantur, tam sinistre egerunt, prorsus ut intelligas, nihil eos nisi verba latine sonantia quaesivisse; reliquorum autem errores censuram merentur propter emendandi quaevis et demutandi effrenatam licentiam, quae haud raro externae cuiusdam speciei lenociniis falleret.

§. 2. Verum non licet consistere in dirimendis optimis codicibus ab iis qui paene ubique deteriora ostendunt. Inter ipsos enim optimos *trium diversarum familiarum* distinctio elucet. Licet autem sic fere dispescere:

I. Codices meliores.

Familia A: *TH*, qui soli Spectaculorum libellum ab importunis hariolationibus vacuum servarunt.

Familia B: *PF* et, ut videtur, *MW et Arondellianus.* Hi libri Spectaculorum libello carent. *PF* a Torquato Gennadio emendati.

Familia C,a. *XABCEGVX* (𝔇) *et ex parte O.* Hi libri praeter *O* Spectaculorum libello carent. Unius archetypi scripturam alii fidelius, alii minus fideliter referunt.

Familia C,b. *fhlp*𝔅 *Vind.* 3. *et Bononiensis.* Hi libri primitus ex eodem archetypo ducti fere omnes Spectaculorum libellum aliunde acceptum assuerunt. Iidem familiae notas

saepe scripturis ex alio fonte petitis occultarunt et novis erroribus commissis correctionumque licentia sumpta a sinceritate classis *C,a.* defecerunt, sed ut universe pristina communio aperte prodatur.

II. Codices deteriores.

Inter hos codices sunt quidem, qui artiore vinculo inter se nexi sint, ut *zφ*, *Om*, *bc*, *saw*, sed ut vix familiae investigari possint. Nam hi libri omnes saec. XV. demum orti praeter vitiorum sibi propriorum copiam inter diversas meliorum familias varie fluctuant. Pertinent huc libri reliqui praeter meliores supra indicatos omnes. A quibus familiam C,b. non distraxissem, nisi illius socii originem tamen suam aliquanto clarius ostentarent.

I. Codices meliores.

Familia A.

§. 3. Familiae, cum codicis *H* exigua particula conservata sit, unus *T* testis habetur, sed is locupletissimus. Interdum *M* accedit, h. e. is liber, unde Bongarsius hausit ea quae ad libros XIII. XIV. allevit. Sed propius is tamen ad *P* admovendus visus est. Thuanei autem praestantia, de quo supra explicavi p. LXXXIII sqq., qui vetustissimi archetypi — profecto saec. IX. vetustioris — et fide dignissimi ductus summa superstitione refert, non solum eo censetur, quod ubique reliquorum librorum bonorum virtutes aequat, sed maxime eo, quod permulta a reliquis omnibus vel oblitterata erroribus vel interpolationibus dissimulata salva et integra custodivit aut solus aut cum uno alterove codice alio. En recensum aliquot locorum, quos non curiose conquisivi, sed ut casus obtulit usurpo. Vel ex his patebit, reliquos Thuanei luci vel interpolando vel labendo mirifice offecisse.

Digitized by Google

T.		Reliqui.
I, 43, 6.	Punica grana	Punica mala
II, 5, 3.	disiungunt	distinguunt
III, 24, 2.	focis	tuis, satis, sacris
31, 4.	massa	mensa, mappa
65, 8.	passa	parta, sparsa
99, 3.	Non nocuos	Innocuos
IV, 31, 1.	iste tibi	esse tibi
32, 10.	Hippodame	Hippodamus
V, 16, 13.	iuvat et laudabimus	satis laudabimus *vel* satis laudabimur *vel* satis est, laudabimus (laudabimur)
50, 3.	velis	potes, putes, paras, petis
VI, 8, 1.	Praecones	Praetores
32, 4.	tota	iuda, mula, multa, nuda
64, 3.	deprensa	rubicunda
VII, 35, 4.	nuda	nulla
VIII, 21, 4.	axe	igne
IX, 20, 3.	Felix o quantis	Felix quanti, O felix quantis, Felix quae tantis
XI, 21, 3.	intacta	impacta
39, 10.	temperat ira sua	abstinet ira manum (manus)
XII, 17, 9.	Cum recubet pulchre	Cum sit ei pulchre *vel* Cum sit tam pulchre
19, 2.	domi	foras *vel* foris
31, 8.	dapes	domos
94, 5.	Calabris	doctis
10.	palma	fama
XIV, 37, 1.	Selectos	Constrictos, Constructos.

Pleraque ex his ita sunt comparata, ut primo aspectu cuivis appareat, quantopere Thuanei memoria reliquorum omnium testimonia deprimat. Quare vel nutibus egregii libri malui obtemperare, quam reliquorum clamoribus aures applicare. Sed cum librum mendis scatere iam supra notarim, periculum est, ne interdum praeiudicata quadam bonitatis opinione seductus reliquorum fidem

iniuria spreverim, amplexus sim id quod librarius Thuanei imprudentior per socordiam peccarit. Sed non multos eiusmodi locos repertum iri confido. Universe hic liber mihi pro fundamento emendationis fuit, quem ubicunque fieri nullo sententiae sermonisve detrimento poterat, sum secutus. Vincit enim reliquos omnes fere ita, ut Urbinas Isocrateos, Parisinus Σ Demosthenicos, Ravennas et Venetus Aristophaneos reliquos.

Familia B.

§. 4. Alteram familiam constituunt codices *PFW*, *codex Arondellianus* et, ut opinor, *Bongarsianus*. Sed cum codicis *W.* pertenue fragmentum aetatem tulerit, *Arondellianus* non satis accurate sit excussus, *Bongarsiani* denique memoria valde incerta sit, nos disputationem in duobus illis libris aestimandis (*PF*) continebimus. Uterque a Torquato Gennadio quodam emendatus dicitur *). Quae hoc testantur subscriptiones — vid. supra p. XCVII. — librariorum culpa sunt mutilatae. Integrior reliquis est subscriptio codicis *P* libro III.: *Emendavi Torquatus Gennadius. Constantine, feliciter flores* (*floreas*). Ut in gratiam Constantini, quem Gruterus (vid. supra p. XLIV.) imperatorem intellexit, se emendavisse dicat. Nam quod libri V. subscriptio suadere videtur, ut urbem in qua emendaverit, Torquatum annotasse censeamus, quod fere in aliis scriptoribus addi solet, — credo autem Constantinopoli vixisse — ea vereor ne manu librarii temere sit corrupta. Est quidem ibi: *Gennadius Torquatus emendavi Constantie*, sed reliqui loci arguunt, librarium quod scribere debuerat *Constantine*, *floreas* perperam decurtasse. Inde ab illo libro lemmata pariter atque subscriptiones in *P* neglecta sunt, non quod Gennadii opera ibi substiterit, sed librarii industria eius, qui haec rubro colore addere debebat, languescebat. Docet *F*, qui vel libro

*) Si recte coniicio, codices illi duo Anglicani quos supra posui p. LXXXII. nr. 4. 7., et ipsi a *Torq. Gennadio emendatum* textum Martialis praebent.

XIV. subscriptum habet: *Torq. Gennadius emendavit et f*, qui cum in extremis singulis libris monstret: *Ego Torq. Gennadius emendavi feliciter*, in libro III. addit: *Constantine, feliciter floreas.* Nempe librarii recentiores nec vim istiusmodi notationum intelligebant et supine transferebant in sua exemplaria. Compara modo quae de Livianorum codicum corruptelis disseruit Drakenborchius T. VII, p. 321 sqq.

§. 5. Quod M. Valerium Probum fecisse scribit Suetonius Illustr. Gramm. c. 24., ut *multa exemplaria contracta emendare ac distinguere et annotare curaverit*, idem instituerunt plurimi homines docti ultimis saeculis imperii Romani. Nam cum iam Cicero, Seneca, Gellius — vid. locos apud Burmannum in Valesii Emendatt. p. 180. — ipseque Martialis de stupore librariorum, qui verba scriptorum corrumpant et vitient, conquesti sint, quid vergente imperio factum esse putabimus, cum studiorum ratio angustioribus finibus concluderetur, sermonis autem emendati usus in dies magis magisque raresceret? Et cum paullatim exterae gentes cum Italis se miscuissent, sermonem latinum multis modis infectum esse satis constat. Quae contagio ne auctores classicos corriperet laudabili litterarum amore sedulo caverunt homines et doctissimi, ut illa aetate, et summis honoribus functi. Novimus non paucos scriptores, quorum opera inde a saeculo p. Chr. III. illorum operam experta sunt *). Auctores autem harum recen-

*) Breviter complectar scriptores latinos, qui emendatorum subscriptiones offerunt. Sunt hi: 1. Plautus ex recensione Calliopii. 2. Terentius ex recensione eiusdem. 3. Virgilius ex rec. Turcii Rufii Aproniani Asterii. 4. Horatius ex rec. Vettii Agorii Basilii Mavortii. 5. Lucanus ex rec. Pauli Constantinopolitani. 6. Martialis. 7. Sedulius ex rec. eiusdem Asterii qui Virgilium emendavit. 8. Iulius Caesar ex rec. Iulii Celsi Constantini et Flavii Licerii Firmini Lupicini, vid. Bandinum Catal. Codd. Latin. Bibl. Laur. Med. T. II, p. 839. et Schneiderum de Bell. Hisp. Script. p. 6. 9. Livius ex rec. Nicomachi Dextri et Victoriani. 10. Tacitus ex rec. Sallustii. 11. Appuleius ex rec. eiusdem. 12. Val. Maximus ex rec. Rusticii Helpidii Domnuli. 13. Fronto

sionum, si fas est ita dicere, cum fere essent homines illustrissimi, his deberi credimus, quod posteriorum saeculorum librarii in summa re fideliter illa ipsa exemplaria ab iis emendata describerent.

Illi quaeritur quid secuti fuerint, utrum sua scriptoribus obtrudere non dubitarint, an eo enisi sint, ut fides vetustorum exemplarium integra praestaretur expulsis librariorum erroribus. Et universe quidem bene sperare iubet id quod veteres cum Graecos tum Latinos summum videmus in eo posuisse studium, ut codices vetustissimos et fide dignissimos contraherent, non vanae luxuriae iactantiaeque gratia, sed ut de scriptura ipsorum auctorum certo constaret. Id nube exemplorum contra rumusculos a F. A. Wolfio sparsos probavit Lehrsius de Aristarchi Stud. Homer. p. 366 sqq. Similiter emendatores illos adeo videmus codicum emendatiorum scripturae observantes fuisse, vix ut singulorum audaciae locus videatur concessus fuisse. Nam apographa vitiosa emendabant *altero contra legente* vel *conferente* *). Hoc est, alter librum a vitiis librariorum

---

ex rec. anonymi, vid. Niebuhr. p. 95. 112. 131. 152, aliisque locis. 14. Priscianus ex rec. Flavii Theodori Constantinopolitani, vid. Fr. Osann. Symboll. Hist. Litt. T. II, p. 148 sqq. 15. Martianus Capella ex rec. Securi Melioris Felicis Asperi. 16. Macrobius ex rec. Aurelii Memmii Symmachi.

*) Sic Marciano Capellae subscriptum: *Securus Melior Felix Asper Comes Consist. Rhetor U. R. ex mendosissimis exemplaribus emendabam contra legente Eleutherio Scholastico discipulo meo Romae ad Portam Capenam Cos. Paulini V. C.* Antiquissimis Horatii codicibus: *Vettius Agorius Basilius Mavortius V. C. et inl. excom. dom. excons. ord., conferente magistro Felice, oratore urbis Romae.* Vide Bentlei. Praef. p. X., Peerlkamp. p. XIX sq. Nec seorsum valent haec vetusto Macrobii codici subscripta apud Sirmondum ad Apollin. Sidon. Epist. V, 15. *Aurelius Memmius Symmachus V. C. emendavi Ravennae cum Macrobio Plotino Eudoxio*, h. e. contra legente Eudoxio. Id ubi neglectum, notabant interdum librarii, veluti codicis Lucani Cassellani scriptor: *Paulus Constantinopolitanus emendavi manu mea solus*, vid. Weberi Lucan. T. III, p. X.

purgandum recitabat, alter socius adhibebatur ad librum vetustiorem legendum scripturaeque discrepantiam annotandam. Vide Apollinar. Sidon. Epist. V, 15., Burmann. ad Vales. l. c. Veluti Nicomachus Dexter se Livium *ad exemplum parentis sui* emendavisse dicit, vid. Drakenborch. l. c. Graecis in simili re *παραναγιγνώσκειν* dicitur, ut apud Plutarchum Vitt. X. Oratt. p. 841, F. rogatione Lycurgi factum narratur, ut ὁ τῆς πόλεως γραμματεὺς παραναγιγνώσκοι τοῖς ὑποκρινομένοις fabulas Aeschyli, Sophoclis, Euripidis. Neglexerant id ipsum in Aristoteliis βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, verba Strabonis sunt XIII, 54. p. 609. (T. V, p. 387. Tzschuck.). Tantum igitur abest, ut libri ἀδιόρθωτοι digni sint maiore fide, ut qui subscriptione emendationem contestantur, longe praestare videantur. Quanquam quis neget, fieri aliquando potuisse, ut singuli in singulis scriptoribus plus sibi iuris arrogarent? Quod in perpaucis potest aliquatenus diiudicari, cum fortuna paucissimos codices superstites esse voluerit antiquiores illis, qui certi emendatoris nomen prae se ferunt.

Exemplis aliquot illustribus licet id quod dixi comprobare, codices emendatos a scribendi erroribus vacuos esse et verba scriptoris integriora servare. Sic quod codex Florentinus Taciti, qui Annalium libros VI. priores solus habet, a vitiis gravioribus satis immunis est, gratia habenda est Sallustio cuidam, qui in fine dicitur: ***Ego Sallustius legi et emendavi Romae felix Olibio et Probrino V. C. Coss. in foro Martis controversias declamans oratori Endelechio. Rursus Constantinopoli recognovi Caesario et Attico Coss.*** Sic teste Bandino haec in codice scripta, Catal. Codd. Lat. Bibl. Laur. Med. T. II, p. 835. Confer I. A. Ernesti Praef. Tacit. T. I, p. XVI. Bekker. Eadem fere Appuleio subscripta refert Bandinus T. II, p. 4. et Sirmondus Apollin. Sidon. IV, 8. p. 44. In Graecis Demosthenis

codex: Σ διώρθωται. Et est is liber consensu omnium longe praestantissimus, cuius de origine nuper subtilius quam alii explicavit Herm. Sauppius noster Epist. Crit. ad God. Hermannum p. 49 sq. Emendatores igitur optimos libros prudenter selegisse eosque emendate describendos curasse videntur. Tu si claro documento intelligere volueris, quid sit liber ἀδιόρθωτος, Velleianas lacinias cum codice Tacitino committes. Consentientem mecum habeo P. Hofm. Peerlkampium, qui Praef. Horat. p. XXII sq. coniunctam Mavortii et Felicis operam in eo constitisse censet, *ut emendarent tantum corruptelas in singulis vocabulis a festinatione et imperitia describentium ortas.* Nec contra valent quae Orellius collegit Praef. Horat. II, p. VI.

Sic est profecto. Narrat Petr. Summontius, attulisse Sannazarium in Italiam codicem Solini *authore ab ipso, quod iam titulus indicat nec eius negat vetustas, et recognitum et editum*, vid. Pontani Opp. T. II, fol. 102, b. Ald. Virgilii codicem Mediceum emendavit Turcius Rufius Apronianus Asterius V. C. et Inl., qui anno p. Chr. 494. consulatum gessit. Qui quid praestiterit ipse docet in epigrammate post Bucolica scripto, vid. p. 13. Foggini. LEGI ET DISTINXI CODICEM FRATRIS MACHARII V. C. NON MEI FIDUCIA SET EIUS. CUI SI ET (corrigunt SCILICET) AD OMNIA SUM DEVOTUS ARBITRIO. Tum ipsius epigrammatis initio profitetur:

Distinxi emendans, gratum mihi munus amici
Suscipiens, operi sedulus incubui.

Vide Bandinum l. c. T. II, p. 291., Burmann. Anth. Lat. II, p. 187. (T. I, p. 371.), Meyer. Anth. Lat. nr. 281. In verbis poetae ipsis interdum comparet manus Mavortii, modesta illa et religionem fideliter servans. Quanquam haec scribentem non fugiunt dubitationes Heynii T. IV, p. 607 sq. ed. Wagner.

Sed in paucis illis scriptoribus, quorum codices supersunt et vetusti, emendati ab aliquo grammatico et vetustiores etiam non emendati, cavendus error est, ne,

si forte emendatorum scripturae, ut recentiorum, praestantia non emendatorum vincuntur, continuo in emendatores istos culpam conferamus. Veluti Fr. Ritschelius, amicus suavissimus, postquam repperit, codices Plauti Palatinos et Ursinianum ex recensione Calliopii fluxisse, Palimpsestum Ambrosianum non item, Calliopio tribuit ea, quae a Palimpsesto discrepant. At id aetatis potius discrimen est fontisve principis multorumque deinceps librariorum commune peccatum *).

§. 6. In Martiale — nam de singulis singillatim quaeri debere intelligo, modo illa universe teneantur quae exposui — fieri prorsus nequit, ut Torquati Gennadii opera collatis libris ab ipsius recensione remotis iuste censeatur. Novimus ex codicibus saeculo XV. non antiquioribus. Ponamus, Terentii codices Calliopianos superesse saec. XIV. et XV. non excedentes: quis tandem Calliopii textum sponderet qualis esset? Nam recentiores librarii, licet diversos fontes miscerent, subscriptiones tamen vetusti libri non patiebantur perire. Id eximie corroborat codex *f*, qui raro ab interpolatis libris familiae *C,a.*, quales sunt *hlp*𝔅 dissentit idemque Torquati Gennadii nomen iactat. Et ipsi *PF*, licet saepius conspirent, saepe mirifice dissident. Communem fontem arguunt v. gr. haec:

---

*) Non plane subscribo iis quae Ritschelius praecipit cum in Disputat. de emendat. fabb. Terentii, Vratislaviae n. 1838. p. 10 sq., tum in Epistola ad God. Hermannum in Zimmermanni Annall. Philoll. 1837, nr. 92. p. 746. Ibi haec disputat: „*Der Palimpsest des Plautus verhaelt sich zu der Recension des Calliopius, von der die Palatinischen Hdschrr. nebst der Orsinischen die aelteste Quelle sind, wie der Codex Vaticanus des Virgilius zu dem Mediceischen oder wie der Bembinus des Terentius zu dem Basiliconus, dem Ambrosianus, dem Roemischen Miniaturencodex. So wenig die Virgilische Kritik mit der Befolgung des Mediceus ohne Zuziehung der Vor-Asterischen Recension abgeschlossen ist, so wenig werden wir uns beim Plautus mit der Recension des Calliopius, die für uns doch immer nur die Geltung eines subiectiven Standpunctes hat, beruhigen dürfen, selbst wenn wir sie in solcher Integrität und vermöge einer so alten Quelle haetten, wie die Virgilische des Asterius.*“

PF:	*Reliqui:*
VI, 2, 1. serae	sacrae
3, 6. toto	totam
nibit *F:* nubit *P*	nebit
13, 7. renovetur	revocetur
21, 8. virum	Iovem
28, 6. innocens (λ)	integer
30, 4. rogatus	moratus
42, 18. Martiave	Martiaque
88, 2. Sosibiane	Caeciliane
VII, 13, 1. solibus (*Arondell.*)	collibus
34, 8. Quid te tot	Ut quid tu *vel aliter*.

Conferantur eorundem librorum scripturae Libr. I, 49. IV, 55., ubi utrumque accuratissime collatum habemus. Longe maior eorum numerus locorum, ubi diversa sequuntur. Veluti

F:	*P:*
Praef. I, p. 23, 11. scribit	scripsit
I, 10, 1. venustus	gemellus
15, 10. fluent	fluunt
18, 6. toxica vina	toxica saeva
20, 3. ventre gulaque	ventri gulaeque
26, 4. bibis	petis
27, 2. Qui nunc est	Quincunces
VI, 21, 10. parce deo	caede duos
32, 3. saturatum	staturum
47, 3. ab amne	ab antris
Praef. VIII. *habet.*	*omittit.*

Gennadii recensionem ex his apparet restitui non posse. Quanquam *P* universe aestimanti longe integrior videtur testis; *F* contra ad familiam *C,a.* multo propius admotum esse cum scripturae non paucae docent, tum epigrammata eadem libro X. omissa, vid. supra p. XCII. Si Gennadii recensionem ex antiquioribus fontibus haurire liceret, non dubito quin optimum et tutissimum ducem haberemus. Nunc *PF* non effugerunt eandem calamitatem, qua libri recentiores fere conflictati sunt,

ut librarii non unum exemplar fideliter describerent, sed scripturis aliunde corrogatis contaminarent. Dixeris ipso temporis progressu codicum scripturas a pristina bonitate delapsas esse. Nam in certissimis indiciis summae praestantiae Palatini sunt quae confirment, recentiorum librorum contagionem hunc quoque hic illic attigisse. Veluti statim ordo epigrammaton libri I. turbatus est. Nunc *P* est quasi intermedius quidam inter familias *A*, *C,a* et deteriores. Quare cavendum, ne ubique tanquam oraculum adores. Quanquam in locis dubiis et controversis, iis maxime, qui in *T* desunt, unus saepe salutem fert.

Solus *P* his locis, quos rei demonstrandae gratia forte selegi, veram manum poetae servavit:

P:	*Reliqui:*
IX, 2, 2. sola	*om. XABG:* digna 𝔛, laesa *reliqui.*

(Hoc loco in archetypo familiae *C,a.* casu exciderat evanueratve *sola.* Id librarius codicis 𝔛 aliter atque reliqui de suo reddiderunt. Deteriores a familia *C,a.* stetisse intelligas.)

X, 4, 8. dicere vita „meum est."	vita *om. XA et pr. G:* quisque 𝔛, rite *l,* iure *reliqui.*

(Solus *P* cum *Arondelliano* offert quod res ipsa requirit. In reliquorum librorum scripturis vel error versatus est vel diversorum conatus id quod interciderat in archetypo reparandi. Hoc quoque loco omnium reliquorum librorum forma a familia *C,a.* apta est.)

VII, 14, 5. quas	quam
47, 1. Sura	summe
71, 2. et gener atque nepos	et gener atque socer

Haec hactenus. Sed ut intelligatur, *P* propius a *T* abesse quam a familia *C,a.*, locos consignabo aliquot, ubi soli *TP*, quibus interdum addere licet *F* et unum alterumve de deterioribus ex simili fonte correctum, conspirant in scripturis exquisitis:

TP:	*Reliqui:*
I, 13, 2. strinxerat	traxerat
39, 5. mirator	imitator

I, 87, 4.	redit	venit
II, 40, 2.	fraudes	mores
VI, 43, 9.	urbis	urbi
47, 3.	ab antris	ab antro, ab anna *similiter*.
80, 8.	Tonsilibus	Textilibus *et similiter*.
IX, 52, 5.	tanto	tanta, tanti.
X, 14, 8.	venit quando selibra mihi	quando missa selibra mihi est
25, 3.	durusque tibi fortisque	fortisque tibi durusque
XI, 22, 9.	marem	mares
37, 3.	tuus	tuis
54, 6.	eras	erat
56, 1.	mortem—laudas	laudas—mortem
99, 5.	magnis *T*, magni *P*	gemina
XIV, 146, 1.	Cosmi	nardi

Nunc contra eorum locorum delectum propónam, qui infectum esse codicem *P* labe deteriorum librorum et interpolatorum clare loquantur. Sic VIII, 68, 5.

Condita perspicua vivit vindemia gemma

cum *vivit* in libris aliquot vetustioribus, ut *X* et *pr.B*, in *vidit* abisset casu, *P* reliquam orationem huic vitio assimilatam propinat:

Condita perspicuam vidit vindemia gemmam.

Et VI, 39, 20. *PF Iam Niobidarum* licentius conformarunt ex corruptissima optimorum scriptura, quae satis aperte eo fert, quo paucissimi tuto ducunt *Iamque hybridarum*. Imposuit mihi ipsi emendator Palatini fontis, quanquam ab initio, licet accurata libri collatione destitutus essem, diffidebam isti auctoritati, II, 14, 13.:

thermis iterumque iterumque iterumque lavatur,

quod credulus fovi. Indignor factum. Nam optimorum vestigia — *T* non habet — *termis* (*ternis pr.B*) *iterum iterumque* docent *ternis iterum thermis iterumque* antiquam fuisse scripturam, a qua vetustiores solito more deflexerunt propter verborum contiguorum similitudinem. Conferendum est Epigr. X, 51, 12., ubi

triplices thermae, h. e. Agrippinae, Titianae, Neronianae. Postremo IX, 84, 5. interpolatam fuisse originem Palatini docet. Nam cum vetustissimorum scriptura *raptas* id occultet quod sententiae tenor flagitat *Raetus*, *P* ex interpolatione *moestus* recepit. XIII, 91, 2. pro *munera rara dapes* quod offert *munera cara garum*, id ex XIII, 102, 2. praepostere repetitum est, de quo genere vitiorum explanavi supra p. XXVIII.

Certissimum autem argumentum, *P* saepe ad deteriorum sordes declinasse, in familiae *A* et *C,a.* consensu positum est. In quo consensu dubio caret, utri parti fides sit maior. Contemplemur hos locos:

Fam. A et C,a.	*P et deteriores:*
IV, 49, 1. 2. Nescit — vocat	Nescis — putas
IX, 17, 3. rata vota (voce)	sua vota
25, 6. petat	tegam
26, 8. metuit	metuat
32, 6. crassae — Burdigalae	crassi — Burdigali
47, 8. dogma quod est	dogma facit
50, 3. bis senis	bis denis
53, 3. volemus (volenti)	iubemus
54, 10. ad astra	in astra
74, 1. tantum pueri	pueri tantum
2. parva	prima
X, 11, 6. multum	ut multum
31, 1. ducentis	trecentis
6. comes	voras

Mira interdum *P* et deteriorum singularis concordia. Veluti II, 27, 3. *cito* omittunt *Pbs;* VII, 31, 10. 11. invertunt *Pbcmsw;* XI, 49. deest in *Pasw.* Libr. VII, 28, 3. pro *Tartessiacis* cum *b*, quocum saepe *P* solitarios scribendi errores communes habet, exhibet *tartis iaces.*

Igitur Palatino locum iuxta familias *A* et *C,a.* concessi ita, ut quae scripturae sua se virtute commendarent, haud cunctanter susciperem, id quod in iis maxime factum est, ubi reliquorum bonorum scripturae

satis certa vestigia eiusdem lectionis conservassent. Contra ubi solus in alia abiret, vel speciosa sprevi, non tam quod Gennadianae recensionis scrupulus quidam resideret, sed quod verendum erat, ne recentioris aetatis commentis circumvenirer. Malui adhaerescere libris vetustate cum fide coniuncta commendatis. Ceterum ubi familia *B* et *C,a.* in iis quae *T* non habet, concordes sunt, reliquorum omnium consensus tanti non est, ut ab illis discedamus. Nec negari potest, ubi *T* deficiat, saepe unius *P* beneficio veram scripturam acceptam referendam esse. Nimirum saepe accidit, ut familiae *C,a.* archetypum ipsum labem traxisset. Iam ubi deteriores ab eodem fonte promanaverunt aliorumque fontium scripturas non immiscebant, nec ab illis veram scripturam expectari posse patet. Unde saepe uni *P* suus honos, (ad quem paene ubique, si recte iudico, Arondelliani consensus aggregandus esset, si librum Palatini gemellum accuratius collatum haberemus.) Vide modo haec a me demum ex *P* protracta, a Grutero cum sexcentis aliis penitus ignorata, V, 65, 4. VII, 78, 2. VIII, 51, 13. IX, 15, 1. X, 12, 8.

Familia C.

§. 7. Quos supra ad hanc familiam ascripsi codices omnes ex uno libro nunc perdito ductos esse summus in ipsis vitiis consensus ostendit. Idem externis argumentis demonstratur. Etenim non pauca in his codicibus desiderantur omnibus; nisi quod de quibusdam minus accurate collatis non constat, recentiores autem quidam quae desiderabantur aliunde asciverunt. Veluti *hp𝔅 Vind.* 3. saec. demum XV. scripti Spectaculorum libello adaucti sunt. Vetustiores has habent lacunas: omittunt Epist. ante librum II. *XABCG pr.V* et, ut opinor 𝔄, ex quo nihil certe enotavit Iunius; III, 31. *XABCG* (de *EV* et *Vind.* 3. non constat.) nec quidquam ex 𝔄 affertur; XII, 11. et 15. *XABCl Vind.* 3., sed 𝔄 certe 15. habuit, *V* utrumque, sed procul dubio a manu sec. suppletum, ut in Epistola ante libr. II.

factum vidimus. Porro XII, 26. 29. omittunt *XABCVp* et *Vind.* 3. nec quidquam ex 𝔄 attulit Iunius. Vasta lacuna vetustiores libros omnes huius familiae foedavit libr. X, 57—72., *XABC(G)Elp* et eosdem ibid. 88—91. Priore loco in archetypo videtur folium integrum intercidisse. De 𝔄 dubitari potest; ad priorem locum quaedam notantur, ad alterum nihil. De *V* et *Vind.* 3. non constat. Adde XI, 96., quod epigramma in *XACzφ* omissum, credo, quod librarius natione Germanus stomachatus gentis suae dedecus ab archetypo exulare iussisset. Turbant iidem huius familiae codices I, 84, 4. 109, 15. 16. XII, 4, 6. aliisque locis. Inter ipsos autem diversos quasi gradus bonitatis distinguas. Nam vetustissimus quisque archetypum fidelissime cum omnibus mendis descripsit, posteriores aleam coniecturalem audacius ludebant, a qua ne vetustiores quidem prorsus abhorruisse multa manifestant; recentissimi ab iisdem initiis profecti aliorum fontium haustus non expalluere. Nullus autem horum librorum ex uno aliquo eorum qui servati extant descriptus esse potest; sunt qui non, ut *XA*, ex ipso vetusto libro, sed ex alio inde petito profluxisse videantur. Artior quaedam cognatio intercedit inter *XA*, *XC*, *AG*, *C Vind.*3.𝔄(𝔇) et *Bononiensem*, *EV*, ut videtur; *fhlp*𝔅. Veluti *AG* omittunt VI, 80, 8. III, 37. Cfr. IX, 92, 6. 8. Ut autem alter altero fidelior in singulis, sic universe optimi iidem et vetustissimi sunt *XAE et pr. V*, quorum *A* interdum vel vetustiorem *X* vincit, ut III, 20, 7. *An in* in *AB* est *Ani*, omissa lineola, in *X An*. Cfr. VIII, 6, 12. 7, 4. 12, 1. alia. Sed etiamsi omnes librariorum errores humanae infirmitati condonaveris, ad Thuanei tamen praestantiam nullo pacto aspirare iudicabis; vel *P* saepissime post se relinquit. Deteriorem fontem sunt secuti, licet pervetustum.

Illud autem eximio fortunae beneficio evenit, ut librorum tam arte cognatorum tantam multitudinem diversis deinceps saeculis ortorum simul haberemus. Equidem haud scio an nullus sit scriptor, in quo iuxta

enumeratis cognatorum codicum lectionibus clarius illustretur, qnae habuerint fata libelli. In Martialis enim codicibus familiae *C.a*, ab atavo ad seros nepotes vix unum membrum desideres. Universam autem memoriam horum librorum si coniunctam in uno conspectu posueris, quid in archetypo ipso scriptum extiterit ubique fere certissime effeceris. Rursus patet, consensum horum librorum omnium, licet numero sint permulti, in pravis scripturis et ipsa sententiae ratione convictis impune contemni. Is enim consensus nihil declarat aliud, nisi vetusti libri errorem cum fide summa esse propagatum. Sed vetustus ille liber barbaro calamo vitiosissimus factus erat, non temeraria coniectandi lubidine. Recentiores contra librarii, qui suo cerebello nimis confiderent, cum verba depravata esse intelligerent, remedium in promptu habere didicerant. Unde accidit, ut ubi vetustissimi libri huius familiae simulacra quasi quaedam verborum ostendunt, recentiorum testimonia toto caelo diversa sint et ab illis et inter semetipsa. Quae res ut multas dubitationes haberet, si unum solum librum vetustum, alterum recentem eiusdem stirpis haberemus, ita nunc, cum omnem errorum progressum suis vestigiis persequi liceat, in clara luce versatur. Si qui autem grammatici, cum in librum isto modo correctum incidissent, scripturis interdum blandis hercle et fucato nitore splendentibus patulas aures praebuerunt, ii quam saepe erroris laqueis irretiti fuerint supra per exempla commonstravi. Quales errores ne quem nunc seducant successione horum librorum patefacta cautum est in posterum. Ceterum inficiandum non est, non paucos errores superiorum a recentioribus esse prudenter vitatos et interdum scite correctos, veluti VIII, 21, 11.

Iam, Caesar, vel nocte veni: stent astra licebit. Sic *G𝔛*, cum *XAB* omisso *st* dedissent: *venient astra;* correcturi recentiores *veni sint* commenti sunt, quod vel *P* et *Arondellianum* invasit. Rectius *G𝔛* egisse *Thuanei* scriptura documento est, qui habet *venis tenet.* Pariter I, 42, 4.

Credideram fatis hoc docuisse patrem.
Sic *G𝔄*: in *X* reliquisque vetustioribus cum *fatis* abisset in *satis*, varie syllabulae defectus sartus est, *satis hoc edocuisse, te docuisse, sic docuisse, vos docuisse.* Arguit occultationem vitii *T*, qui *satis hoc docuisse* simpliciter et candide offert.

Sed ut quivis iudicare facillime possit, quo vinculo illi quos dixi libri contineantur, de sexcentis locis perpaucos sumpsi et eos rei demonstrandae maxime idoneos. Qui omnes docebunt, casu fere peccasse vetustissimos, scientes et voluntate recentiores.

1. Libr. III, 23, 1.

Omnia cum retro pueris opsonia tradas.
XAG: Omnia cum pueris retro obsonia tractas.
B: Omnia cum pueris tu retro obsonia tractes.
C: Omnia cum pueris retroque obsonia tractas.
lpr.h aliique: Omnia cum pueris retrahens (vel *retrahens pueris*) *obsonia tradas.*

2. III, 18, 2. *Cum te exuraris XAB* casu pro *te excusaris.* Sed *G𝔄 Cum tu exuraris*, sede vitii non perspecta.

3. IV, 5, 1. *Vir bonus et pauper.*
XAB: Vir vanus et pauper (commutatis *b* et *v* litteris)
G: Vir vanus pauper (ut metro satisfieret.)
𝔄: Vir vagus et pauper (idem alia via consectatus.)
Recentiores vel caute vitarunt vel ex aliis fontibus id quod verum est eruerunt.

4. IV, 5, 4. *pavidos tristi.*
XAB et pr.G: pavido stricti
corr.*G*: *pavido stricta.*
𝔄: *pavidos stricta.*
C: *pavidos scisti.*
(*c*: *paucos tristi.*)

5. III, 68, 7. *Schemate nec dubio, sed aperte nominat illam.*

XAG: *Schemate nec dubio per te nominat illam.*

B: *Schemate nec dubio per te nunc nominat illam.*

𝔄: *Schemate nec dubio per te cognoverat illam.*

6. VIII, 78, 2. *Indica quos cuperet pompa, Lyace, tuos.*

A: *Indica quos cuperet pompa lyaetuos.*

X: *Indica quos cuperet pompalie tuos.*

C: *Indica quos cuperet Pompiliane tuos*, quod praeivit *C* pessimis. Reliqui errorem *XA* declinarunt.

7. VIII, 73, 1. *Instanti, quo nec sincerior alter habetur.*

XABG: *Stant quo nec sincerior alter habetur.* (Exciderat *I* et rursus post *t i.*)

C𝔄𝔅: *Stantoni*, Sanctoni, Statori sqq.

blp: Stat corinna quo nec

8. IX, 84, 9. *Omne tibi nostrum quod bis trieteride iuncta.*

XA: *Omne tibi nostrum quo bis trieteride*

C: *Omne tibi nostrum quod bis trieteride lectus.*

Gp: *Omne tibi nostrum quod (quop) bis trieteride plena.* (*Plena* supplevit librarius ex VI, 38, 1.)

9. XI, 20, 4. *Fulvia constituit, se quoque uti futuam.*

X: *Fulvia constituit, se quoque ut futuam.*

Cφ: *Fulvia constituit, se quoque quod futuam.*

hlp: *Fulvia constituit, se quoque vult futuam.*

𝔄: *Fulvia constituit, se quoque ego futuam.*

10. XI, 46, 5. *Quid miseros frustra cunnos culosque lacessis.*

XA: *Quid frustra cunnos culosque lacessis.*

C: *Ergo quid frustra cunnos culosque lacessis.*

hl:	*Quid igitur frustra cunnos culosque lacessis.*
𝔄:	*Quid frustra cunnos culosque lacessis inepte.*
11. X, 20, 3.	*Tu mihi simplicibus, Mani, dilectus ab annis.*
XA:	*Tu mihi simplicibus mansuetus ab annis.*
C:	*Tu mihi simplicibus semper mansuetus ab annis.*
𝔄:	*Tu mihi simplicibus causa es mansuetus ab annis.*
12. IX, 20, 7.	*Curetes texere Iovem crepitantibus armis.*
G:	*Curetes rexere Iovem crepitantibus armis.*
A:	*Cure exere Iovem* sqq.
X:	*Curti texere Iovem* sqq.
𝔄:	*Contexere Iovem Cretes* sqq.
C:	*Cretenses texere Iovem* sqq., quod turbam sequacium traxit.
13. IV, 26, 3.	*Tricenos puto bis, vicenos ter puto nummos.*
XA:	*Tricenos puto vis* (*bis X*) *denos ter puto nummos.*
	(*vi* in *vicenos* a praegresso *bis*, quod *vis* scripserant, absorptum, ex *cenos* coegit *denos* fieri.)
G:	*Tricenos puto vis denos tibi puto nummos.*
B:	*Tricenos puto vis puto nummos.*
C:	*Tricenos puto bis et denos ter puto nummos.*
𝔄:	*Tricenos puto bis de nostris computo nummis.*
14. IV, 53, 6.	*Cui dat latratos obvia turba cibos.*

XAG et pr.B:	*Cui datus* (Dacus *G*) *latrat obvia turba cibos.*
corr.B:	*Cuique datos latrat obvia turba cibos.*
C:	*Cui dat et usque latrat obvia turba cibos.*
𝔄:	*Cuique datis latrat obvia turba cibis.*

15. X, 45, 3.	*Hoc tu pingue putas et costam rodere mavis.*
XA:	*Hoc linguae putas et costam (quostam* X) *r. m.*
Chlp:	*Hoc elingue putas* sqq.
𝔄:	*Hoc languere putas* sqq.

16. III, 50, 5.	*Alter porrigitur dum fercula prima morantur.*
A et pr.B:	*Alter pergetor dum* sqq.
corr.B:	*Alter perge torum dum* sqq.
pr.G:	*Alter perletor dum* sqq.
Reliqui:	*Alter perlegitur dum* sqq.

17. XIV, 34, 1. *Pax me certa ducis placidos curvavit in usus.*

X om. placidos: 𝔄 dociles, *C* quondam, proprios *hp*𝔅.

18. III, 19, 3.	*Huius dum patulos alludens temptat hiatus.*
XA:	*Huius dum patulos adludet temptat hiatus.*
B:	*Huius dum patulos alludit temptat hiatus.*
*G*𝔄:	*Huius dum patulos alludere temptat hiatus.*

19. III, 20, 16.	*An impudici balneo Tigillini?*
XAG:	*An inpudicibus in eo Tigillini.*
C:	*An in pumicibus num Tigillini.*
B:	*An in podicibus meo Tigillini.!!*

Ohe, iam satis est! Vetustissimis igitur huius familiae testibus, utpote universe non nisi erroribus calami et vitiis maiorum suorum deformatis summam esse auctoritatem tribuendam patet. Reliqui nusquam non cum cautione usurpandi, cum emendandi licentia plus minusve in iis grassata sit.

II. Codices deteriores.

Reliqui libri omnes, de quibus quidem exploratius constet, saeculo XV. scripti sunt, plerique in Italia. Hi Spectaculorum libellum initio illius saeculi ex diuturna oblivione vindicatum offerunt paene omnes. Videlicet inde a saec. XI. usque ad XV. solius familiae *C,a.* codices frequenter sunt descripti. Nec aliunde hi sunt codices orti paullatimque demutati. Quod uno exemplo demonstrabo, quo non clarius alterum. Libr. IX, 1, 1.

Note, licet nolis, sublimi pectore vates.

Sic *PF* satis aperte. Cum autem in *XABG* prono errore, non emendandi voluntate haec ita depravata essent:

Note (*Notae*) *lucebis* (*licebis* ABG) *sublimi* sqq., 𝔄 impudenter *Late lucebis* effinxit, reliqui autem omnes *Non te celabis* (celibis *φ*). Quod quis dubitabit quin nonnisi ex errore vetustorum testium familiae *C,a.* originem trahere potuerit? Ita est profecto. Hi libri non iam a primordio sunt ex archetypo illius familiae, sed ex recentioribus codicibus varie detortis derivati. Multa hi libri, ut a scribis non indoctis exarati, quae in antiquioribus sunt male mulcata, bene in integrum restituerunt. Sed non omnia, in quibus familiae suae pristinae vestigia reliquerunt, suo Marte egisse putandi sunt. Nempe dubitari prorsus nequit, quin Itali saec. XV. libros familiae *C,a.* tum vulgo celebratos ex aliis libris familiarum *A* et *B* interpolaverint. Hoc factum esse docet Spectaculorum libellus et carmen supposit. I., quae in familiae *C,a.* libris

omissa ex codice pervetusto familiae *A* (neque ex ipso *H* neque ex *T*) suppleta sunt, aut a capite aut ad calcem noviciorum librorum. Porro Italos deteriores codices ad meliorum normam exegisse docent complures codices, quorum margines scripturas optimas optimorum codicum praeter spem ostendunt. Quales libros habemus v. gr. *a* et *vindob.* 1. Tu mihi vide locum illustrem XII, 50, 1.

Daphnonas, platanonas et aërios pityonas.
Sic ex *T* scripsi, ad quem prope accedit *P*. Vestigium eiusdem lectionis agnoscas in scriptura *XAB*: *et aerios cyparissos*. Nam reliquos omnes *et aerias cyparissos* commaculavit. Hanc scripturam minus exquisitam librarii Itali sequebantur, a libris suis ex familia *C,a*. deflexis ministratam. Iidem cum in codice familiae *A* vel *B* alteram repperissent nec quorsum tantopere ab altera recedens scriptura spectaret intellexissent, vel in marg. notarunt, ut *vindobonensis* 1. *herios pithonas*, vel praegresso epigrammati extremo addiderunt, ut *bchlzφ*, *Platonianas etherios phythonas.*

Sunt igitur hi libri ἀλλοπρόσαλλοι quidam, qui modo ad hanc, modo ad illam familiam transiliant; modo ad depravatissima quaeque delapsi, modo sapienter ad optimorum memoriam deprehenduntur attemperati. Alter altero peior: mixtura varia. Sic supra narravi, libros *zφ*, licet pariter atque ceteri bona confusa malis praeberent, tamen saepius ad optimos codices familiarum *AB* sese applicare. Extremos deteriorum accurate quidem collatorum *bc* non immerito dixeris. Gradus quosdam dignitatis inter hos constituere difficillimum est propterea, quod non sunt, ut familiae *C,a.* libri, perpetua quadam successione a se invicem apti, sed liberius vagati omnia perverterunt. Quare in crisi sunt auxiliarii quidam, qui quae hic illic bona servaverunt in optimis non reperta, aut θείᾳ μοίρᾳ servarunt, aut quod liber vetustus familiae *AB* ab ipsis excussus singula emendatius scripta exhibebat quam nostri, aut denique quod scriptores doctiores ex tenore universi car-

minis et ex lege sermonis errores superiorum scienter emendaverunt. Praeterea hoc praestant, ut bonorum librorum et minus interpolatorum virtutes clarius explendescant.

Caput Quartum.

Minus implicata eorum quaestio codicum est, qui Epigrammaton librum, praeeunte Grutero nunc *Spectaculorum* inscriptum, continent. Etenim duo tantum hodie extare videntur libri veteres, qui saeculum XV. superant, alter integer, alter bona sui parte orbatus, *TH*: saeculo XV. demum ortorum infinita turba est. Uterque saeculo X. descriptus est ex eodem fonte, h. e. ex libro antiquissimo eoque vel annis vel casu aliquo arroso et lacunoso. Librariorum eadem paene in eodem stupore religiositas vel dicam superstitio. Rarus dissensus: utri palmam deferas, dubius haereas, cfr. XX, 2. XXI, 8. XXII, 2. XXIII, 2. 3. XXIV, 2. XXV, 1. et 4. XXVI, 1. lemma XXVII. Universe tamen librarius Thuaneus omissione syllabarum et confusione frequentius peccavit. Archetypum quod sequebatur uterque compendifactum erat. Nam post carmen XXIX. uterque statim ad Libr. I, 4. transiliunt. Sed quod in reliquis libris suspicabar supra p. LXXXV. librarium codicis *T* ipsum quaedam omisisse vel per negligentiam vel taedio laboris adductum, id in hunc quoque libellum convenit. Ignorat enim XX, 4. XXV et XXV, b. tum XXX., quae cum servata sunt in *H*, in archetypo non defuisse apparet. Epigramma X. a *T* omissum in fragmento codicis *H* non reperiri acerbe fero. In eo libro fuisse, dum integer esset, certum est. Alias non haberent libri novicii Italorum, qui sunt ad unum omnes ex libro *HT* simillimo derivati. Sed neque ex *T* ipso ducti esse possunt: alias ea carmina quae in eo libro non extare dicebam non haberent; neque rursus ex *H*,

quem ipsum exeunte demum saec. XV. a Iacobo Sannazario ex Heduorum usque finibus atque e Turonibus in Italiam advectum esse Petri Summontii testimonio discimus, v. Pontani Opp. T. II, fol. 102, b. Ald. et Maur. Haupt. Ovid. Halieut. p. XXIII sq. Adde quod, si *H* fontem adire licuisset, non neglecturi fuerant epigrr. 29. 30.

In Italia igitur saec. XV. initio ex diuturna saeculorum oblivione emersit liber pervetustus, qui hunc libellum in doctorum hominum notitiam reduceret. Tum ei in nova exemplaria transcripto a librariis varia sedes assignata est, cum alii ab initio Epigrammaton collocarent, quo loco in libro vetusto illo repperissent; alii ad calcem reiicerent omnis libri, alii denique aliis locis interponerent. Codex ille nostro *T* coniunctior fuit quam *H:* etenim in Italorum libris desideratur Epigr. XXX. pariter atque in *T.* Id ex nostris libris solus *H* conservavit. Quanquam ab altera parte *T* ignorat Epigr. XXV. et XXV, b., quae in *H* extant et extiterunt in archetypo Italorum. Codices autem Itali ex uno eodemque libri vetusti apographo dimanarunt. Alias primarii errorem librarii XXVII, 8. 9. omittentis declinavissent reliqui. Et archetypum quidem ipsum brevi post evanuit, ut saec. XV. medio nemo hominum doctorum nisi novicios libros nosset. Testis N. Perottus, qui in *Brevi commemoratione vitae M. Val. Martialis*, quae est post Pyrrhi Perotti Praef. Cornu Copiae fol. 2. vers. Ald. haec professus est: „*Haec epigrammata*, in quibus Spectacula et ludos sui temporis describit, *in antiquis codicibus non reperiuntur*, haud tamen dubium est, Martialis esse.“ Nec aliter doctus ille scriba, qui anno 1463. librum Caesenatem exaravit, supra p. XCI. Adde quod neque Domitius neque Politianus in libris antiquissimis suis hunc libellum habuerunt. Alter enim nusquam a vulgo recedit, alter Miscellan. cap. LII. in Epigr. I, 4. Italorum figmentum *Dissimuletque deum* enarrat. Unde P. Summontius codicem *H* iure suo *novae atque incognitae emenda-*

tionis tamque a vulgaribus diversum, ut hunc certo atque legitimo partu natum, reliquos vero liceat spurios existimare. Usum tamen eius libri ab Italis illius aetatis non video factum esse.

Hunc autem epigrammaton libellum aliquando fuisse longe pleniorem demonstrat id, quod Florilegia vel Excerpta suggerunt quaedam carmina, quae olim hanc sedem tenuisse perspexerunt cum Iunio Scaliger atque Scriverius. Nostra aetate unus intellexit Fr. Duebnerus in Zimmermanni Annall. Philoll. 1837, nr. 2. p. 20. Epigrammata ista ex libro vetere P. Danielis et Excerptis Vossianis eruta partim in *D* (h. e. Florilegio Berolinensi) et Excerptis Erfordanis reperta antiquissimo tempore facta sunt ex libro nondum ab excerptoribus contracto. Nam *HT* nihil nisi Excerpta exhibent et ipsi cum iisque libri novicii ex gemello codice prognati. Vidi in exemplo Bernensi illo, de quo explicavi supra p. LXXI sq., schedulam, in qua Bongarsius ipse haec ascripserat: „Reperi etiam hos duos versus cum eiusmodi inscriptione in V. Cod. nunquam antea editos" (vid. XXXII): „*Excusatio ad Cesarem pro versibus ad eum missis nundum satis exactis*:

Da veniam subitis. non displicuisse meretur
Festinat Caesar qui placuisse tibi.

Desunt quoque in impressis hi duo versus, quos in eodem V. C. reperi cum hac inscriptione: *De Victoria maioris et minoris* (vid. XXXI.):

Cedere maioris virtutis fama secunda est.
Illa gravis palma est, quam minor hostis habet."

Haec Bongarsium ex alio codice atque P. Danielis repetiisse vel lemmata docent.

Lacunas libri archetypi codices Itali partim fideliter referunt, ut is liber qui minus quam reliqui correctorum est effrenatam licentiam expertus, Vindob. 3., partim pro suo quisque modulo librarii sunt explere conati. Quae supplementa quominus quis ex libris vetustioribus ducta opinetur, impedimento est vel varietas ipsa conaminum istorum. Artifices loquitur opus v. gr. III, 11.

IV, 3. VI, b, 1. et 4. XXVII, 2. Et unum quidem istorum coniectorum flagranti crimine deprehensum tenemus. Nimirum Gruterus testatur ad Epigr. VII, 7. „Ms. tertius nec distichon istud agnoscit nec sequens. visitur quidem in quarto, sed tali cum nota: *Hos quattuor versus esse Panormitani.* et vero me volente pro talibus exulaverint aetatem. ite igitur Morboniam.“ Calidius Gruterus. Versus istos exhibet *T* eosque ex gemello suo habent Itali plerique. Nam quod quidam praetermittunt, hoc causae est, quod locum inde a lacuna totum omittere maluerunt. Nempe Panormita unum versum septimum ita redintegrabat:

Denique supplicium *dederat necis ille paternae.*

Ut non quattuor *versus*, sed quattuor *verba* esse Panormitae vel dixerit librarius quarti codicis (*m*) vel debuerit dicere. Et illud supplementum quotquot libri arripuerunt, ex Panormitae recensione profluxerunt. Veluti Merula ab eius partibus et hic stat et saepissime stetit. Non autem mentitum esse illum librarium, qui Panormitam auctorem illorum verborum notaverat, docet ipse ille a Panormita correctus liber Wolfenbuttelanus—vid. supra p. LXIII sq.— qui a pr. man. omissa illa verba habet ab altera. (Habet etiam *m*, qui codex est scriptus Romae a. 1468.) Panormita quid sibi in mutandis verbis codicis sui sumpserit coarguunt hi loci: I, 7. 8. III, 9. XV, 2. 8. XXI, 5. XXVII, 5. (ubi nunc demum ipsius hariolationem extirpavi.) XXVIII, 8. (ubi cum *Horruit* abisset in *Orruit*, pars inde extricavit *Obruit*, Panormita duce sententia *Abnuit*, quod et ipsum nunc demum loco suo movi.) Quaedam bene correxit, velut XXIV, 3. *Ne te* pro *Nec te* et quaedam alia.

Nec Scriverius et Scaliger quales libros inspexerint in occulto est. Vide I, 3. VII, 3. XVI, b. 3. et maxime IV, 3., ubi quod illi in libris *omnibus melioribus* vel in *omnibus* adeo repperisse testantur

Tradita Gaetulis,

id Panormitae deberi *a* demonstrat, qui codex a

m. pr. tenuerat id quod et in *T* extat et in Italorum archetypo extitisse evidentissimum est, *Traducta est getulis.* (Quam scripturam etiam Domitius ante oculos habuisse cognoscitur ex Defensione sub fin., ubi vitii patrocinium suscepit.) Lemairius autem quod ad XII, 3. *membranas quasdam antiquissimas* crepat, nihil est. Italorum recentium *porcus* est, quod vindob. 2. docet.

Ne quis tamen Panormitae soli omnia imputet, alios quoque grammaticos eandem incudem tutudisse arguunt et supplementorum varietates et quod in *a*, antequam Panormitae manum passus est, quaedam iam comparent de divinatione reposita. Veluti I, 4. *Dissimuletque deum*; XXVII, 2. et VI, b. 4. lacunae audacter expletae.

Quod in reliquorum librorum codicibus lubricum est statuere, a qua radice tria illa bonorum genera librorum pullulaverint et quomodo paullatim rami se diffuderint, in hoc libello facillimum est. Stemma librorum, in quo *Ω* signabo communem trium vetustorum parentem, hoc est:

Ω

H T et *Italus liber vetustus*

Reliqui libri saec. XV.

Consectarium est ex iis quae disputavi, reliquis esse omnibus fidem derogandam praeter *HT*. Neque tamen dissimulari debet, non pauca novicios codices emendatiora ostendere quam illos, saepe scribarum suorum oscitatione depravatos. Sic II, 11. *T* omittit *sibi;* reposuisse Italos ex ingenio diversitas scripturae monstrat; II, 12. *Dilecte T*, *Deliciae* Panormita, ut videtur, primus; XII, 3. *mortis T*, *matris* Itali; XIII, 6. *soluta* recte pro *salute*, *fera* pro *fama;* XV, 5. *spectandum mole* pro *spectando mole* et XV, 1. *famae* pro *sume;* XVI, b. 3. *confer* pro *conferre;* XVIII, 4. *non* pro *nec;* XXII, 3. *promissi* pro *promissa;* 6. *impositas* pro *imposita;* XXIII, 6. *I nunc* pro *Nunc*; *moras* pro *mores* XXVIII, 8. *ire* in *HT* omissum scite reductum est

Ex quibus unum alterumve si quis ex archetypo ipso propagatum defenderit, non magnopere refragabor; sed vix quicquam video, quin vel leges numerorum vel sententiae ipsius ratio facile admonuerint de correctione. Unam omnium elegantissimam emendationem, post ab Andrea Alciato factam, iam libri *xφ* nescio unde sumptam obtulerunt; dico I, 2. *Assyrius* pro *Assiduus*. (Duo illi libri hic quoque identidem consentiunt, vid. IV, 2. XV, 3. XXII, 4. XXVI, 6.) Cum igitur in plerisque epigrammatis huius libri in solius *T* incorrupta fide critico receptaculum relictum sit, non obscurum est, nec nisi caute ab illo esse recedendum nec iudicandi libertatem sanamque rationem librario uni omnium et religiosissimo et ineptissimo mancipandam esse. Veluti in nominibus propriis restituendis rationem potius quam errores librarii sequi praeoptavi, ut I, 3. *Iones* pro *honores* (h. e. *Hiones*) necesse fuit reddi auctori. Unus est locus XVII, 4., ubi quod *T* praebet:

nostrum sentit et ille deum,

suspicio sponte subrepit, esse a pio monacho interpolatum, hominis delicias aliis locis consideranti. Res tamen incerta. — —

His dudum scriptis codicis *R* facta copia est, qui ad *HT* tertius adiungendus est. Qui sententiam nostram de huius libri ratione egregie confirmavit. Vide de eo nos explicantes in Praemonendis Analectorum.

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON

LIBER.

Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI. — M. Val. Martialis, et aliorum fortassis Epigrammata de Spectaculis; extra ordinem reliquorum librorum. —

Apparatus criticus. — Inscriptiones: EX LIBRIS M. VALERI MARCIALIS EPIGRAMMATON BREVIATVM *T*: M. VALERII MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER PRIMUS INCIPIT FOELICITER *O*: M. VALERII MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER INCIPIT *φ*: Liber primus Epigrammaton Incipit *g*: Bilbilitani poetae ingeniosi liber primus Epigrammaton incipit feliciter *z*: M. Valerii Martialis epigrammaton liber duodecimus explicit. Ejusdem decimus tertius incipit *h*: Marci Valeri Marcialis poetae clari *ἐπιγραμμάτων* liber primus incipit. Lege feliciter *asw*: M. Valerii Martialis Epigrammatum opus *μ*: M. V. Martialis Epigrammata *α*: *nullus titulus in bx*: M. Valerii Martialis Spectaculorum liber *Gruterus*: M. Val. Martialis (ut vulgo creditur) de Spectaculis libellus *Scriverius in editione anni MDCXIX.*

„*Ipse opus suum in hunc ordinem redegit quo legitur praeter primum librum: qui totus in spectaculis laudandis versatur.* Nam nec in antiquis codicibus prima fronte ponitur: *nec absurdum indicari debet diversis locis et temporibus edita singulis spectaculis Epigrammata in unum tandem librum redacta fuisse.*“ *Domitius Calderinus. Ante librum I legitur hic libellus in HTagmswz Vindob. 3. vindob. 1. 2. Oφμκα: post libri IV, 3. in tertio Gruteri: post libr. XII. in bh: ad ultimam calcem in D p et bodleiano. Diversas hominum doctorum de auctore libelli sententias sub examen vocavit Iosephus Kehrein in Iahnii Nov. Annall. 1837. Supplem. IV, fasc. 4. p. 541 sqq.*

Collati sunt accurate: HTO abghswzφμκα et helmstadiensis; minus accurate: mp Vindob. 3. vindob. 1. 2., Gruteriani, Scriveriani, Farnabii bodleianus, Goensii vossianus, Beverlandi vaticanus; aliquot locis inspecti v2. 3. Non habent hunc libellum XABCGcl𝔄𝔇𝔓.

I.

Barbara pyramidum sileat miracula Memphis,
Assyrius iactet nec Babylona labor;
Nec Triviae templo molles laudentur Iones,
Dissimulet Delon cornibus ara frequens;
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Omnis Caesareo cedit labor Amphitheatro,
Unum pro cunctis fama loquetur opus.

II.

Hic ubi sidereus propius videt astra colossus
Et crescunt media pegmata celsa via,
Invidiosa feri radiabant atria regis
Unaque iam tota stabat in urbe domus.
Hic ubi conspicui venerabilis Amphitheatri
Erigitur moles, stagna Neronis erant.
Hic ubi miramur velocia munera thermas,

Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI. — I, 2. Assiduus 4. Dissimuletque deum 7. cedat 8. prae loquatur

---

Apparatus criticus. — I. De Amphitheatro *T*: In amphitheatrum Caesaris *x vulgo*: *nullum lemma in φ*. 1. piramidum *T* sileant *bswv*2. *vindob*. 1. *et pr.a*: si legant *g* menfis *s* 2. Assyrius *φ et Andreas Alciatus*: Assirius *z*: Assurius *Salmasius*: Assiduus *reliqui*. iactat *pr.v*3. 3. molles templo *v*3. Iones *Scaliger*, *Salmasius*, *Heinsius*: honos *b*: honores *reliqui*: molis gaudet honorum *Scriverii „MSS.“* 4. Dissimulet Delon *Io. Fr. Gronovius et Heinsius*: Dissimulet delon *T*: Dissimiletque deum *w*: Dissimulatque deum *v*2: Dissimuletque deus *pr.h*: Dissimuletque deum *reliqui*. 6. Chares *μ*: Mares *O*: cures *w et pr.a*: vates *h*, *corr. in margine*: vatis *b*: uatis *s*: turres ad astra 𝔅 ferat *s* 7. cedit *Tbsw Vindob*. 3. *vindob*. 2. *φ et pr.ah*: caedat *O*: cedat *reliqui*. labor] laus *margo Vindob*. 1. 8. prae *gzv*2. *vindob*. 1 *et corr.a* loquetur *Th*: loquatur *reliqui*.

II. De operibus amphitheatrum cingentibus *T*: De operibus circa amphitheatrum *h bodleianus*: Plaudit Caesari *g*: Ad Caesarem *Oφ*: In opera publica Caesaris *vulgo*. 1. sydereus *μxa* propior *margo Gryphii*. videt] subit *Heinsius*. colosus *T* 2. paegmata *φxa* 3. fieri *T*: ferri *O* 4. orbe *s* 5. amphiteatris *T* 6. molles *s*: mollis, *corr*. molis, *T* 7. haec *bsw et pr.a* murmura *h*

Abstulerat miseris tecta superbus ager.
Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,
Ultima pars aulae deficientis erat.
Reddita Roma sibi est et sunt te praeside, Caesar,
Deliciae populi, quae fuerant domini.

III.

Quae tam seposita est, quae gens tam barbara, Caesar,
Ex qua spectator non sit in urbe tua?
Venit ab Orpheo cultor Rhodopeïus Haemo,
Venit et epoto Sarmata pastus equo,
Et qui prima bibit deprensi flumina Nili,
Et quem supremae Tethyos unda ferit;
Festinavit Arabs, festinavere Sabaei,
Et Cilices nimbis hic maduere suis.
Crinibus in nodum torti venere Sicambri,
Atque aliter tortis crinibus Aethiopes.
Vox diversa sonat populorum, tum tamen una est,
Cum verus patriae diceris esse pater.

IV.

Turba gravis paci placidaeque inimica quieti,
Quae semper miseras sollicitabat opes,

III, 9. tortis 11. sonat; populorum est vox tamen una,

---

8. tectus *z* 9. porcius *m* 10. erant *T* 11. Reddita sibi Roma est *bs*: sibi *om. T*: tibi *g* cessar *T* 12. Delitiae *a*: Deliete *b*: Dilecte *Tw et pr.a*: Dilecti *h, corr.in marg.* delitie fuerat *g* dominis *z*

III. De consensu nationum *T*: Ad Caesarem *φ*: De gentium confluxu et congratulatione *vulgo*. [*Apponit helmstadiensis.*] 3. horpheo *T* cultu *helmstadiensis.* rodopheius *T*: rodopeius *μ* hamo *T* 4. exposito *h, corr.marg.*: „*al.*" exposito *g* 5. deprehensi *sw et corr.a*: apprensi *helmstadiensis*: immensi *margo Iuntinae Lemairii.* nyili *helmstadiensis.* 6. Et quae *g* suprema *T* 7. festinare *T* 8. Ciniees *O*: calices *helmstadiensis.* nymbis *O*: trimbis *s* hic mandnere *T*: immaduere *g* 9. torti *Tb helmstadiensis szφ et pr.aw*: tortis *reliqui.* 10. torti *helmstadiensis.* 11. sonaut *μ* tum tamen una est *T*: hic tunc tamen una est *b*: populorum: et tamen una est *h et helmstadiensis*: hec tamen una est *s*: et vox tamen una est *bodleianus*: est (et *pr.g*) urbs tamen una *Oagwzφμx*: est vox tamen una *a* 12. Qum *φ*: Quom *aw*: Quam *O*

IV. De delatoribus *Tφ*: De delatoribus missis in exilium *O*: Ad Caesarem quod expulit delatores *vulgo*. *Gruteri codex tertius accommodat Caesari Traiano collocatum post X, 28.* 2. solicitabat *Th*: sollicitavit *zφ*

Tradita Gaetulis, nec cepit harena nocentes:
Et delator habet quod dabat exilium.

IV, b.

Exulat Ausonia profugus delator ab urbe:
Haec licet impensis principis annumeres.

V.

Iunctam Pasiphaen Dictaeo credite tauro.
Vidimus, accepit fabula prisca fidem.
Nec se miretur, Caesar, longaeva vetustas:
Quidquid fama canit, praestat harena tibi.

VI.

Belliger invictis quod Mars tibi servit in armis,
Non satis est, Caesar, servit et ipsa Venus.

IV, b, 2. Impensis vitam V, 4. donat VI, 1. saevit 2. saevit

---

3. Tradueta. ē. getulis *T:* Tradueta est Getulis *Obghsw et pr.a:* Tradita est Getulis *z:* Traducta est Geticis (Getitis *φ*) *bodleianus φ et margo g:* Tradita Gaetulis *m vindob.* 1. (*„ni fallor“ Schmiederus*) *μs et corr.a*, *„omnes meliores scripti codices“* *Scriverii*, *„omnes scripti codices“ Scaligeri:* Tradueta est Gyaris *cum Merula α:* Traducta est titulis *Lipsius:* Tradueta est eatulis *Graevius in Syllog. Epistt. Burmann. IV*, *p.* 101. *Vide Handium in Gronovii Diatrib. Stat. II*, *p.* 211. 4. auxilium *bs et pr.a*

IV, b. *A priore segregant Scaliger, Scriverius, Heinsius, Rutgersius Varr. Lectt. V*, 15. 2. Haec lieet inpinsis principis adnumares *T:* Impensis vitam principis annumeres (adnumeres *μ*) *reliqui.*

V. De Phasi Phae *T:* Ad Caesarem *φ:* De Pasiphaes spectaculo *vulgo.* [*Apponit helmstadiensis.*] 1. phasiphaem *T:* Passiphaen *μs:* Pasiphen *bgφ et helmstadiensis:* Pasiphem *hs:* Passifem *aw* 3 Nec si *φ:* Nec iam *g:* Ne se *Heinsius.* 4. praestat *T:* donat *reliqui. Vide XXVIII*, 10.

VI. De IVL APREL (Idibus Apriiibus *Gronovius:* Kal. Apr. *Beverlandus.*) qua die omnes venatio per mulieres confecta est *T:* Ac Saesarem *φ:* Feminae in Amphitheatro cum leone certamen *vulgo.* [*Apponit helmstadiensis.*] 1. 2. servit *Th𝔅 et „quidam scripti“ Gruteri:* saevit *reliqui.* 1. in victis *φ* sibi *g* saeviat armis *helmstadiensis.*

VI, b.

Prostratum vasta Nemees in valle leonem
Nobile et Herculeum fama canebat opus.
Prisca fides taceat: nam post tua munera, Caesar,
Hoc iam femineo . . . .

VII.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Assiduam nimio pectore pavit avem,
Nuda Caledonio sic viscera praebuit urso
Non falsa pendens in cruce Laureolus.
Vivebant laceri membris stillantibus artus
Inque omni nusquam corpore corpus erat.
Denique supplicium . . . .
Vel domini iugulum foderat ense nocens;
Templa vel arcano demens spoliaverat auro,

VI, b, 1. Nemees et vasta in valle 4. Haec iam feminea vidimus acta manu. VII, 2. Assiduam vivo viscere 3. pectora 7. supplicium dederat necis ille paternae,

---

VI, b. De venatrice que leonem prime forme venabulo excepit *T:* De ea quae leonem venari exceperat *Vindob. 3.: reliqui VI. et VI, b. conflant in unum. Nisi quod helmstadiensis solum VI. ascripsit. Discernenda esse Epigrammata viderat Scriverius.* 1. Prostratum vasta nemeis (Nemees *Is. Vossius in Catull. p.* 127.) in vallae *T;* Prostratum Nemees et vasta in valle (et vasta velle *m*) *Omμκα:* Prostratum nemeis (Veneris *s*) et vasta in valle *abghswzφ* 2. Nobile erculeum *T:* Nobilis Herculeum *Heinsius.* teacbat *b* 4. Hoc iam femineo *dedi:* Hoc etiam femineo *T:* Haec iam feminea vidimus (dicimus *b*) acta manu *reliqui.*

VII. De Lauriolo *T*: De Laureolo *φ*: Poena Laureoli *vulgo.* 1. in scythia *μκ (non λ):* in sithea *absw:* et scythia *g* relegatus *h* Prometheos *T* 2. Assiduum *g* vivo *pr.h:* niveo *vossianus;* nudo *α* pascit *h* 3. Calidonio *Oabgswμκ et pr.h:* Calydonio *φ* viscera] pectora *μκα et margo p* prebit *T* „*In uno membranaceo codice, itemque in altero chartaceo legitur:* Nuda Caledonius sic pectora praebuit ursus. *Ita ut auctor forte voluerit:* Caledoniis . . . ursis." *Scriverius.* 5. membris] nervis, fibris, venis *Heinsius.* stillantibus] salanticas *g* arctus *O* 7. Denique supplicium *T Vindob. 3. bsw et pr.a: versus* 7. 8. 9. 10. *omittit O, Gruteri tertius, Perottus et λ:* „*non sunt carmina Martia.*" *margo h:* „*hi quottuor versus sunt Panormitani*" *margo m:* supplicium fuit hoc nam (neque *corr. z:* quia *h*) legerat aurum *hz:* supplicium scelus (sceleri *φ*) par venit acerbum *gφ:* supplicium dederat necis ille paternae *μκα et corr.a* 8. iugum *z* 9. arcanno *φ*

Subdiderat saevas vel tibi, Roma, faces.
Vicerat antiquae sceleratus crimina famae,
In quo, quae fuerat fabula, poena fuit.

VIII.

Daedale, Lucano cum sic lacereris ab urso,
Quam cuperes pinnas nunc habuisse tuas!

IX.

Praestitit exhibitus tota tibi, Caesar, harena
Quae non promisit praelia rhinoceros.
O quam terribilis exarsit pronus in iras!
Quantus erat taurus, cui pila taurus erat!

X.

Laeserat ingrato leo perfidus ore magistrum,
Ausus tam notas contemerare manus,
Sed dignas tanto persolvit crimine poenas,
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.
Quos decet esse hominum tali sub principe mores,
Qui iubet ingenium mitius esse feris!

VIII, 2. pennas IX, 2. promisti 3. terribiles 4. Quantus erat cornu,

---

10. Subsiderat *φ* 11. Viserat *h* nomina famae „*MS Codex S. Marienis, que usus Stephanus Claverius.*“ *Scriverius.*

VIII. De Daedalo *T vulgo:* Ad Daedalum *φ.* 1. sic laceratus *hs:* sis laccratus *φ:* dum dilaceraris *Heinsius.* 2. pinuas *T:* peunas *reliqui.* tuuc *z*

IX. De rineccrontis pugna prima *T:* De Rineccronte *φ:* De Rhinecerete *vulgo.* „*Sunt qui iungi velint superiori*“ *margo h.* 1. Praestetit *T* sibi *p* 2. promis *pr.a:* promiscrat *s:* premisit *h:* presit *b:* promisti *Scaliger.* rineccros *Tbμ:* rinocerons *pr.h* 3. terribiles *pr.g et corr.x* pronus] primus *φ* 4. Quautus] Tantus *s* taurus cui pilla taurus erat *T:* cernus cui pila taurus erat *b:* cum ceruu cum pila taurus erat *h:* cernu cui pila taurus erat *reliqui.*

X. *Omittit T:* De Leone *φ:* De leone qui magistrum momorderat *h:* De leone qui guberuaterem offendit *vulgo.* 2. contemeare *O:* contaminare *Vindobon.* 3. *μ* 6. qui decet *pr.g*

XI.

Praeceps sanguinea dum se rotat ursus harena,
Implicitam visco perdidit ille fugam.
Splendida iam tecto cessent venabula ferro,
Nec volet excussa lancea torta manu;
Deprendat vacuo venator in aëre praedam,
Si captare feras aucupis arte placet.

XII.

Inter Caesareae discrimina saeva Dianae
Fixisset gravidam cum levis hasta suem,
Exiluit partus miserae de vulnere matris.
O Lucina ferox, hoc peperisse fuit!
Pluribus illa mori voluisset saucia telis,
Omnibus ut natis triste pateret iter.
Quis negat esse satum materno funere Bacchum?
Sic genitum numen credite: nata fera est.

XIII.

Icta gravi telo confossaque vulnere mater
Sus pariter vitam perdidit atque dedit.
O quam certa fuit librato dextera ferro!
Hanc ego Lucinae credo fuisse manum.
Experta est numen moriens utriusque Dianae,
Quaque soluta parens quaque perempta fera est.

XII, 3. Exsiliit

XI. De urso viscato *T*: De urso *φ et vulgo*. 1. de se *w* 2. implicita *T*: iam plicitam *g*: implicitus *margo Gryphii*. prodidit *Heinsius*. 3. recto *hp*: terso *margo m* 4. volat *h* excusa *φ* 5. deprehendat *swμκ et pr.a*: deprendit *hφ* vacuos *b* 6. Sic *gsφμκ et pr.a*

XII. De apro pregnante per enias vulnus exeidit partus *T*: De sue, quae ex vulnere peperit *O et vulgo*: De Sue Pregnaate *φ*. 1. sua *T* 2. cam] eus *T* asta *Tgz* 3. Exiluit *T*: Exiliit *vel* Exsiliit *reliqui*. partus] poreus *vindobon*. 2. „*membranae quaedam antiquissimae*" (?) *Lemairius*. missere de vulnere mortis *T* 4. Laeina *T* hue *T* 7. neget *g* esse] ense *T* matris de funere *g* 8. Si *corr.a* uomen *T*

XIII. Idem *T*: De eadem *φ et vulgo*. 1. confossa *s*: confusaque vulnera *μ* 2. Sub pariter *φ*: Suspirans vitam *Vindobon*. 3. 3. fuit] sui *Heinsius*. 6. saiute pareas quaque peremta (*corr.* perembta) fama est *T*: qua resoluta *Iuntina Lemairii*. est om. *b*

XIV.

Sus fera iam gravior maturi pignore ventris
Emisit fetum, vulnere facta parens;
Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit.
O quantum est subitis casibus ingenium!

XV.

Summa tuae, Meleagre, fuit quae gloria famae,
Quantum est! Carpophori portio fusus aper.
Ille et praecipiti venabula condidit urso,
Primus in Arctoi qui fuit arce poli,
Stravit et ignota spectandum mole leonem,
Herculeas potuit qui decuisse manus,
Et volucrem longo porrexit vulnere pardum:
Praemia cum tandem ferret, adhuc poterat.

XVI.

Raptus abit media quod ad aethera taurus harena,
Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.

XIV, 1. pignora XV, 2. Quantula Carpophori 4. axe 8. cum laudis ferret,

---

XIV. *T conflat cum XIII*: De eadem *φ et vulgo*. [*Omittit hoc Epigramma Vindobon.* 3.] 1. pignore *T et Scriverius:* pignora *reliqui:* maturo pignore *Camillus Nicolius:* maturi pondere *Heinsius.* 2. vulnera *μ* 4. [*Affert D.*] sibitis causibus *T*: subditis *μ*

XV. De Carpoforo qui pariter inmissos aprum ursum leonem pardum confecit *T:* De Meleagrum (*sic*) *φ*: De Carpophoro venatore *vulgo.* 1. tua Meliagre *T* qui gloria *m*𝔅 famae] sume *T:* palmae 𝔅 2. Quantum est! Carpophori *dedi:* Quantum est corpori fori (Carpofori *μ:* Carpophori *κ:* Carpohori *bp Vindobon.* 3. *et pr.h:* Corpofori *sw et pr.a*) *T Vindobon.* 3. *bpswμ et pr.ahκ:* Quanta est Carpophori *Oz Vindobon.* 1. 2. *φ et corr.agn:* Quota est Carpophori *corr.h:* Hic quota Carpophori *m:* Est quota Carpophori *α:* Nec est Carpophori *pr.g:* Quantula Carpophori *Iunius.* 3. Hic et *zφ* 4. quae fuit *bw et pr.a* axe poli *Scaliger et Heinsius.* 5. spectando *T* molle *κ* 6. donuisse *vossianus:* meruisse *φ* 7. bardum *b*𝔅 8. tandem ferret, adhuc poterat *scripsi de meo:* laudem ferre adhuc poteram *T*𝔅: laudem (*corr.h* laude) ferret adhuc poteram (poterant *z*) *hz:* laude ferret adhuc poteram (poterant *s*) *bsw et pr.a:* laudis ferre adhuc poterat *g:* laudis ferret adhuc poteram *O Vindobon.* 1. 2. 3. *φμ et pr.κ, corr.a*: laudis ferret, adhuc poterat *α et corr.κ.*

XVI. De Hercule qui insidens tauro raptus est *T*: De Hercule Rapto *φ:* De Hercule insidente tauro ad coelum rapto *vulgo.* 1. habet *μ:* abiu *g* quod ethaera *T*: quod ad hectera *bz* 2. pietas *T*

XVI, b.

Vexerat Europen fraterna per aequora taurus:
At nunc Alciden taurus in astra tulit.
Caesaris atque Iovis confer nunc, fama, iuvencos;
Par onus ut tulerint, altius iste tulit.

XVII.

Quod pius et supplex elephas te, Caesar, adorat
Hic modo qui tauro tam metuendus erat,
Non facit hoc iussus nulloque docente magistro:
Crede mihi, nostrum sentit et ille deum.

XVIII.

Lambere securi dextram consueta magistri
Tigris ab Hyrcano gloria rara iugo,
Saeva ferum rabido laceravit dente leonem:
Res nova, non ullis cognita temporibus.
Ausa est tale nihil, silvis dum vixit in altis:
Postquam inter nos est, plus feritatis habet.

XVI, b. *Cum superiore epigrammate iunctum.* 3. Roma, iuvencos: XVII, 4. numen sentit et ille tuum.

XVI, b. Idem *T: reliqui conflant cum XVI.* 1. Europem *bw:* Europam *h* 2. Ad nuno *T* Aleidem *Obghwφ et pr.a* colit *abszμx:* vehit *m*𝔅 *et var. lect. a.* 3. confer nunc, fama, iuvencos *Heinsius:* conferro anno stama iuvoncos *T:* confer nuno stegma (*corr.* stemma) iuvencos *h:* confer nunc seema iuvencus *margo m:* cum fert nune stegma iuvoncus *vindobon.* 1: cum fert nune schema: invenci *Beverlandi „MS“:* confert (quom fert *w:* cum fert *agz*) nuno stegma (stagma *w:* stigma *s:* stegma *b vindobon.* 2: stemma *gzφ*) iuventas (iuventas *b*) *abgswzφ vindobon.* 2: confer uune stemma inventus *Oμxa:* confert *Vindobon.* 3. *omissis reliquis:* seema *aut* stema *palatinus alter:* seema, seoma, stema, stoma „*et similiter*“ *codices Scriverii:* Roma iuvoneos *Scriverius:* Stella iuveneos *Rutgersius.* 4. tulerit *b*

XVII. De elefanto qui cessarem adoravit *T:* Ad Cesarem *φ:* De supplice elephante *vulgo: cum XVI. conflant abw:* „*puto aliud epigramma*“ *margo a.* 1. Qui pius *z* elophans *T* 2. taurus *s* 3. iussu *Vindobon.* 3. 4. nostrum sentit et ille deum *T Vindobon.* 3. *codex Scriverii et Beverlandi F:* nostrum sontit et ille Iovem *bodleianus:* numen sentit (sensit *g*) et illo tuum *reliqui.*

XVIII. De tigrido adversus leonem missam *T:* De tigride et leone *φ et vulgo.* 2. hytarno *z* 3. rapido *Obghpsw Vindobon.* 3. *μx et pr.a* 4. nova *om. b* neo *Tp* condita *h* 5. nil *T* 6. Postquam in terris *g*

XIX.

Qui modo per totam flammis stimulatus harenam
  Sustulerat raptas taurus in astra pilas,
Occubuit tandem cornu potiore petitus,
  Dum facilem tolli sic elephanta putat.

XX.

Cum peteret pars haec Myrinum, pars illa Triumphum,
  Promisit pariter Caesar utraque manu.
Non potuit melius litem finire iocosam.
  O dulce invicti principis ingenium!

XXI.

Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
  Dicitur, exhibuit, Caesar, harena tibi.
Repserunt scopuli mirandaque silva cucurrit,
  Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.
Affuit immixtum pecori genus omne ferarum
  Et supra vatem multa pependit avis.

XIX, 3. cornuto ardore XX, 1. Dum XXI, 5. pecudum

XIX. De elephanto (elefanto *T:* Elephanto φ) et tauro *HTφ:* De tauro et elephante *vulgo.* 2. Substulerat *Oμx* 3. cornu potiore *Heinsius Adversariis* p. 526*:* cornuto adore *HTabsw:* cornuto ardore *Omφμxa et var. lect. a:* cornutoque ardore *g:* cornuto ab ore *h𝔅 et margo a:* cornuto abs ere *bodleianus.* potitus *mλ𝔅:* petito *g* 4. tollit *g* sic] sibi *bw et pr.a* putat] tulit *z* *Rutgersius Varr. Lectt. V*, 15. *huc retrahendum arbitrabatur fragmentum Epigr. XXXI.*

XX. De Myrino et Triumpho *HTφ:* De pari gladiatorum *vulgo.* 1. Cum *Ha* (quom) *bswz vindobon.* 1. 2. *et pr.g:* Dum *reliqui.* Nirinum *T* 2. Promisce pariter caessar *H:* Promisti *Iuntina Lemairii.* utramque manum *Heinsius*, *Scriverius*, *Rutgersius.* 4. *om. T*

XXI. De Orpheo *HT vulgo:* De Orpheo ad Caesarem *φ* 1. Rodope *HTOb: om. φ* 2. exibuit *HTbφ* caessar *H* 4. dicitur *g* hesberidum *φ* 5. Adfluit *Heinsius.* inmixtum *HT:* immistum *pa* pecori *HTghmp Vindobon.* 3. *et Beverlandi* „*MS.*“ pecorum *bszφ et pr.a:* pecudi *vindobon.* 2*:* pecudum *Ow*, *duo Gruteri*, *μxa et corr.a* ferarumque *corr.a*

Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab urso.
Haec tamen, haec res est facta ita, ficta prior.

XXI, b.

Orphea quod subito tellus emisit hiatu,
Versa-miramur?-venit ab Eurydice.

XXII.

Sollicitant pavidi dum rhinocerota magistri,
Seque diu magnae colligit ira ferae,
Desperabantur promissi praelia Martis;
Sed tandem rediit cognitus ante furor.
Namque gravem cornu gemino sic extulit ursum,
Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

---

8. ut res est facta, ita ficta alia, XXI, b. omittit. XXII, 4. Sed tamen is rediit 5. gemino cornu urum

---

8. Haec tamen, haec res est facta ita, ficta prior *scripsi de meo:* Haec tamen haec (haec *om. H*) res est facta ita pictori a *HT:* Haec (Nec *b*𝔅) tamen ut res est (et *b*) facta ita ficta (picta *h, corr. marg.:* fida *Beverlandi „MS."*) alia (alia est *a*) *Oabghswzφμκα: versum suspectat Gronovius.*

XXI, b. Idem *HT*: *reliqui Epigramma om.* 2. Versa miramur *T:* Versam is amur *H*, *sed inter* versam *et* is *aliquid litterae erasum:* Miramur? vorsa *Gronovius:* Cur sio miramur? *Hauptius.* Thressa, miramur? *vel* Miramur? Thressa *Heinsius Adversariis p.* 527. Euridice *HT*

XXII. De rinocerotis pugna secunda *HT:* De Rhinoccronhe (*sic*) *φ:* De rhinocerote *vulgo.* 1. dum] qum *φ* rinocorota *HT:* rinoccronta *abg et pr.h* 2. colligi *H* 3. Dossperabantur *H:* Desperapantur *φ:* Desperehantur *μ:* Despectabantur 𝔅: Dispectahantur *bsw* promissa *T:* promisa *H* 4. Sed tandom (tandum *pr.H*) rediit (redii *Vindobon.* 3) *HT hp Vindobon.* 3*:* Sed tamen rediit *b:* Sed tamen huic rediit *m*𝔅: Sed tamen is rediit *Oagswμx:* Sed tamen iis rediit *zφα* 5. grudem *H*: gravi geminum *Bochartus.* cornu gemino *HT abghswφ*: gemino oornu *Oμκα:* cornu rahido 𝔅: cornu rapido *mz Vindobon.* 3. *et Beverlandi „Fl. et Med."* urum *Douza et Heinsius.* 6. Iectat *HT* at] uhi *φ* in posita *T:* inpossita *H:* iactat impositas *g:* iactet ut impositas *O:* obpositas *Lipsius in Senecam de Ira III*, 30.

XXIII.

Norica iam certo venabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori:
Ille tulit geminos facili cervice iuvencos,
Illi cessit atrox bubalus atque bison.
Hunc leo cum fugeret, praeceps in tela cucurrit:
I nunc et lentas corripe, turba, moras.

XXIV.

Si quis ades longis serus spectator ab oris,
Cui lux prima sacri muneris ista fuit,
Ne te decipiat ratibus navalis Enyo
Et par unda fretis, hic modo terra fuit.
Non credis? specta, dum lassant aequora Martem.
Parva mora est: dices „Hic modo pontus erat.“

XXV.

Quod nocturna tibi, Leandre, pepercerit unda.
Desine mirari: Caesaris unda fuit.

XXIII, 1. Dorica quam certo XXIV, 5. spectes, dum laxent

XXIII. *Nullum lemma HT Vindobon. 3:* De Carpophoro *φ et vulgo.* 1. Norica *HT Vindobon.* 3: Orica (*om. littera initiali*) *φ:* Dorica *reliqui.* iam *de meo scripsi:* tam *HT:* quam *reliqui.* iectu *H* 2. de carpofori *T:* dextera carpori *H* Carpofori *μx* 3. facile *Tgz* eervici *T* 4. Ile *T* caessit *H* bubulus *T:* babulas *s* biroa *Tabs et pr.h:* bisroa *φ:* vison *O et corr.h* 5. Nuae *φ* 6. I *om. HT* mores *HT*

XXIV. De naumachia priore (priorae *H*) *HT:* De Naumacbia *φ et vulgo.* 1. adest *Oabghswzμx* servns 𝔅 2. sacris *T* ista *HT et Douza:* ibsa *φ:* ipsa *reliqui cum tribus Gruteri.* 3. Ne te *sza et corr.a:* Nec te *HTOhwφμx et pr.a:* Neu te *g:* Hoc te *b* detineat *g* ratibas nivalibus *h* Enuo *HT;* Enio *hx:* Ethivo *b:* Ethrivo *aw:* aaio *φ:* erino *s:* hemo 𝔅 4. nuda *s* freti *g* haec *hp* hic quod modo *φ* 5. specta *HT:* spectes *reliqui:* resta *vel* persta *Heinsius.* lassant *Tahw:* lasant *H:* laxant *Obs:* lassent *φ et pr.z:* laxent *gpμxa et corr.z:* laxat et *vossianus.* 6. punctus *μ*

XXV. *Om. T Perottus et Domitius Calderinus:* De Leandro *H et vulgo:* Ad Leandrum *φ.* 1. nocitura tibi *Vindobon.* 3: tibi nocturna *s* 2. caessaris *H*

XXV, b.

Cum peteret dulces audax Leandros amores
Et fessus tumidis iam premeretur aquis,
Sic miser instantes affatus dicitur undas:
„Parcite dum propero, mergite cum redeo."

XXVI.

Lusit Nereïdum docilis chorus aequore toto
Et vario faciles ordine pinxit aquas.
Fuscina dente minax recto, fuit ancora curvo:
Credidimus remum credidimusque ratem,
Et gratum nautis sidus fulgere Laconum
Lataque perspicuo vela tumere sinu.
Quis tantas liquidis artes invenit in undis?
Aut docuit lusus hos Thetis aut didicit.

XXVII.

Saecula Carpophorum, Caesar, si prisca tulissent,

XXV, b, 1. Leandrus 4. dum redeo. XXVI, 3. minax, nexu fuit 8. lusus hoc

---

XXV, b. *Om. T, Perottus et Domitius Calderinus: cum XXV. conflatum in libris praeter Vindobon.* 3. *et O* „De codem:" *segregandum vidit Scriverius: „Duo Epigrammata perperam in unum coaluere, Distichon prius de Leandro Naumachiario, singulare Epigramma esse, et a reliquis separandum censeo cum Grutero et Codd. MSS., quos quatuor hic conspirantes habeo. Tetrastichon quod sequitur, attextum a quodam scholastico non inerudito, inclinat animus suspicari. Non illud de spectaculo ullo est, quemadmodum praecedens." Margo h: „Aliud Ep. et non est Martialis."* 1. Leaadros *H:* Leaader *pr.h:* Leaadrus *reliqui.* 2. pressus *pr.z:* nimiam 𝔅 tumidis] doridis *pr.g* 3. misser *H* adfatus *H* umbras *pr.h* 4. cum redeo *H*: dum redeo *reliqui.*

XXVI. De natatoribus *HTφ et vulgo.* 1. Nercadum *Tsω et pr.a* duleis *g:* facilis *φ* et „*MS*" *Beverlandi:* Thetidis 𝔅 2. puaxit *b:* tinxit *h:* ciaxit *vel* strinxit *Heinsius.* 3. recto fuit, ancora *Antonius Roius:* acctho *H* („e *littera non certa*" *Hauptius*) *T*: morsu 𝔅: aexu, fuit *reliqui:* hamo subit *Heinsius.* 4. Crededimus *bis HT* rerum *μ* 5. Et raacum *p* Laconas *Heinsius.* 6. coaspicuo *mzφ*𝔅 tumeris siaum *H* 7. Qui taatas *Heinsius.* aruadis *pr.h* 8. lasos hos thcatis *T:* lussos hostetis (*corr.* thetis) aut dedicit *H:* lusas huac Thetis *Heinsius.*

XXVII. De Carpoporo (Capororo *T*) qui XX ursos (ircos *T*) pariter inmissas (inmissos *T*) coafecit *HT:* De Carpophoro *φ:* Blanditur Caesari *vulgo. In H est post Epigr. XXVIII.* 1. 2. om. *b* 1. Sedula carpoforo *s* Carpoforum *Tφ:* Carporum *H* caessar *H* si Caesar *g*

Digitized by Google

. . . . barbara terra fera,
Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem,
Arcas Maenalium non timuisset aprum.
Hoc armante manus hydrae mors una fuisset,
Huic percussa foret tota Chimaera semel.
Igniferos possit sine Colchide iungere tauros,
Possit utramque feram vincere Pasiphaës.
Si sit, ut aequorei revocetur fabula monstri,

XXVII, 2. Iam nullo in monstris orbe fuisset opus. 5. Haec armata manus 7. Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros, 8. 9 omissi.

---

2. *om. s Vindobon.* 3. *et pr.h:* Non Amarathon cum barbara terra fera (ferat *T*) *HT:* Iam nullum in monstris (a monstria *wz et bodleianus:* iam monstris *φ:* monstris *ah*) orbe (urbe *μx*) fuisset opus *Oaghmpz vindobon.* 2., *palatinus alter et φμxa:* „*Manifestum puto cohaesisse hunc versum cum reliqua oratione scriptumque fuisse* feram: *sed quod additum fuerit adiectivum nomen certo indagari nequit quoniam totius versiculi initium ex proximo temere translatum est.*" *Hauptius:* Non Afra Antaeum barbara terra ferat *Gronovius:* Non Diomedis equos barbara terra ferat *Is. Vossius in Catullum p.* 127.: Iam nil monstriferum barbara terra ferat *Beverlandus:* Non ullas iactet barbara terra feras *Heinsius.* 3. Non amarathon *HT*: Non Marathan *x* frondossa leon.. *H* 4. Acas menalium *H:* Arebas Menalium *O* non tenuisset aper *Vindobon.* 3. 5. Hoc armante manus *HT Vindobon.* 3. *et margo Gryphii:* Haec armante manu *bswz et pr.a:* Hoc armatae manus *p:* Nec armante manu *h:* Haec armata manus *Ogφμxa et corr.a:* Haec animata manus *margo Raderi:* Nec armata manus *λ* mors sisteret una *Vindobon.* 3. hydras mors una tulisset *Heinsius.* 6. Hinc *b Vindobon.* 3. *et bodleianus:* Nec *pr.h* pecussa *T* chymera *H:* Mimera *O* 7. Igniferos *HTh Vindobon.* 3. *et margo Gryphii:* Ignipedos *b:* Ignipedes *reliqui:* Eripedes *vossianus:* Aenipedes *Heinsius ad Ovidii Heroid. VI*, 32. possit *HT*: posses *g:* posset *reliqui.* chaolcide *T:* caholcide *H* iungere *Gronovius:* vincere *libri.* 8. 9. 10. Possit (*corrigunt* Posset) utramque (utrumque *T*) fera (ferae *T Boissonadio*, fera *Gronovio et Heinsio*, utramque feram *Beverlando testibus.*) vincere phasiphes (phassiphes *H*); Si situs (Si sit ut *Heinsius et Beverlandus.*) aequorei revocetur fabula monstri Haeson insolvet (Hesionem solvet *Vossius et Heinsius*) solus et Andromedan *HT: reliqui versus* 8. 9. *omittunt:* Posset utrumque ferum (utramque feram *Hauptius*) vincere Pasiphaës. Cetus et aequorei revocetur fabula monstri, Solveret Hesionem solus et Andromedea *Gronovius.*

Hesionem solvet solus et Andromedan.
Herculeae laudis numeretur gloria: plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.

XXVIII.

Augusti labor hic fuerat committere classes
Et freta navali sollicitare tuba.
Caesaris haec nostri pars est. quota? vidit in undis
Et Thetis ignotas et Galatea feras;
Vidit in aequoreo ferventes pulvere currus
Et domini Triton isse putavit equos:
Dumque parat saevis ratibus fera praelia Nereus,
Horruit in liquidis ire pedestris aquis.
Quidquid et in Circo spectatur et Amphitheatro,
Dives Caesarea praestitit unda tibi.

---

10. Solvere et Hesionem solus et Andromeden. XXVIII. 1. Augusti laudes fuerant 6. ipse 8. Abnuit pedester

---

10. Solvere et (Solveret *h et Vindobon.* 3.) Hesionem (Hesionen *μa*: Ezonidem *O*: Exoniden *s*: Exonidem *abw*: Aesonidem *ghz et similiter in φ videtur fuisse*:) solus et Andromeden (Andromaden *Oagswz*) *reliqui.* 11. munerctur *O*: numeratur *agsw Vindobon.* 1. 2. 3.

XXVIII. De Naumachia minore *HT*: De Spectaculo Navali *φ*: De Naumachia *vulgo. In H XXVII. XXXII. XXVIII.* 1. labor hic fuerat *HTh Vindobon.* 3. *et bodleianus*: fuerat labor hic *Beverlandi* „*C. V.*": laudes haec fuerat *b*: laudes fuerat *sw*: laudes quod erant *z*: laudes fuerant *reliqui*: „*In quibusdam membranis* Augusti labor hic fuerat. *Alias*: Augusti laus haec fuerat." *Scriverius.* 3. haec] hoc *vel* at *Heinsius.* aota *H*: eata *T* (*h. e.* cota.) 4. tethis *T*: cetis *sw et pr. a* Galathea *μx* feras] vias 𝔅 5. cursus *g* 6. domi *HT*: dūi *φ*: dominum *b*: Atque deum *Vindobon.* 3.: dominos *Heinsius.* isse *HT Vindobon.* 3. *bodleianus et* „*MS. notae optimae*" *Scriverii*: esse „*alius*" *Scriverii*: ipse *reliqui.* 7. ferat prochia T: saeva proelia *bs et pr. a*: sua proelia *tres Vossiani apud Burmannum in Ovidii Amores II*, 6, 27.: freta pressa *h* Nerreus *HT*: Nerei *z* 8. Horruit *HThm Vindobon.* 2. 3. *bodleianus*, *φ* „*C. V.*" *Beverlandi*, *margo a et* „*bonus idem ille codex*" *Scriverii*: Obruit *agswz*: Obrui *b*: Abnuit *Oμxa et corr. a* in liquidus — aquas *m* ire *om. HT* pedestris *HTabghmswz et* „*C. V.*" *Beverlandi*: pedester *Oφμxa* 9. Quidquod *H*: Quicquod *T* et amphitheatro] ab amphitheatro *s* amphiteatro *HT* 10. Cessarea *HT*: Caesarei — sali *vel* Caesar io — tibi *Heinsius*: Caesaris hoc dives *Claverius.* praestetit *H*

Fucinus et diri taceantur stagna Neronis:
Hanc norint unam saecula naumachiam.

XXIX.

Cum traheret Priscus, traheret certamina Verus
Esset et aequalis Mars utriusque diu,
Missio saepe viris magno clamore petita est;
Sed Caesar legi paruit ipse suae.
Lex erat, ad digitum posita concurrere palma:
Quod licuit, lances donaque saepe dedit.
Inventus tamen est finis discriminis aequi:
Pugnavere pares, succubuere pares.
Misit utrisque rudes et palmas Caesar utrisque:
Hoc pretium virtus ingeniosa tulit.
Contigit hoc nullo nisi te sub principe, Caesar:
Cum duo pugnarent, victor uterque fuit.

XXX.

Concita veloces fugeret cum damma molossos

---

11. pigri XXIX, 9. utrique — utrique.

---

11. Fucines *HT* diri *Heinsius:* tigri *HT:* pigri *reliqui.* taceatur *s* 12. norunt *Th Vindobon.* 3. *φ et pr.v*3.

XXIX. „*Publicavit princeps Scaliger in Catalectis* (*I*, *p.* 211.): *extatque in collectione veterum Poetarum Pithoeana* (*II*, *p.* 62 *sq.*). *Martiale dignissimum est. et hoc nomen praeferebat lemma miniatum in antiquo Codice Excerptorum in membrana; unde accepit vir Illustris, cuius fide nos haec confidentius asserimus, et iure optimo ad librum Spectaculorum referimus. Epigrammatibus etiam aut Fragmentis sequentibus in iisdem membranis, ipso teste, praenotatum erat minio,* M. VALERI MARTIALIS.“ *Scriverius. Omittunt reliqui: in T transversa lineola interposita sequitur I*, 4. *Extat in Burmanni Anthol. III*, *p.* 470., *ubi haec notavit editor:* „*Inter Excerpta Martialis habet etiam vetus Vossii codex, quem contulit Heinsius.*“ *et in Henr. Meyeri Anthol.* 201. MARTIALIS, DE PRISCO ET VERO *schedae Scaligeri:* De Prisco et Vero gladiatoribus *vulgo.* 5. positam concurrere palmam *schedae Scaligeri.* 9. utriusque *schedae Scaligeri et Excerpta Vossiana:* utrisque *margo Scaligeri:* utrique *Scaliger.* 11. nisi tibi principe *Excerpta Vossiana.*

XXX. De damma quam Caesar dimisit *H*, (*in quo est inter Epigr. XXVII. et XXVIII.*) *Excerpta Vossiana et schedae Scaligeri:* De dama et canibus *Scriverius.* „*Hoc quoque Epigramma in veteri codice praeferebat nomen Martialis.*“ *Scriverius. Extat in Burmanni Anthol. III*, 17., *in Henr. Meyeri Anthol.* 202. 1. damma *H:* dama *reliqui.*

Et varia lentas necteret arte moras,
Caesaris ante pedes supplex similisque roganti
Constitit, et praedam non tetigere canes.
. . . .
Haec intellecto principe dona tulit.
Numen habet Caesar: sacra est haec, sacra potestas,
Credite: mentiri non didicere ferae.

XXXI.

Cedere maiori virtuti fama secunda est.
Illa gravis palma est, quam minor hostis habet.

XXXII.

Da veniam subitis: non displicuisse meretur
Festinat, Caesar, qui placuisse tibi.

XXX, 2. varia obliquas 6. 7. 8. *separati sunt.*
XXXI, 1. virtutis

---

2. Et varia lentas *Heinsius:* Et varia lentus *H:* Et varia lintas *Schedae Scaligeri et Excerpta Vossiana:* Et varia lyncas neeteret arte mora *margo Schedarum Scaligeri.* 4. Constetit *H* 6. 7. 8. *addit H et Schedae Scaligeri: Scriverio in margine editionis Scaligeri hexameter sic videbatur restitui posse:* Damaque quae rabidis eessisset praeda Molossis. *In editione anni MDCXIX. iunxit loco hexametri spatio vacuo relicto, in altera diremit: in Animadversionibus deleto versu 5. conflabat.* 6. Hanc *H teste Cramero Hauschronik p.* 216. 217. 7. est haec *H*: est vis *reliqui.* 8. di cere, *inter* di *et* eere *eraso* e, *H.*

XXXI. Ad Caesarem *vulgo.* „*Sequentia duo disticha in manuscripti Martialis fragmentis reperta, et a Iano Douza subministrata, quod ab auctoris genio non viderentur aliena, adscribenda duxi, quorum primum maioris fuisse Epigrammatis finis videri potest.*“ *Hadr. Iunius.* „*Acceperat vero Douza* (*quod memini ex ipsomet audivisse*) *a Petro Daniele Aurelianensi. Quare hoc Epigramma et reliqua sequentia,*“ (*dicit XXIX sqq.*) „*Martialis esse, et ad hunc Librum pertinere, non est quod dubitemus. Indoles stili, argumentum, et, quod caput est, auctoritas vetustissimi libri, quem Scaliger, Pithoeus, aliique triverunt, id suadent. Erat autem ille Codex omnium emendatissimus, ut qui paucissima haberet menda.*“ *Apponit D: apud Iunium XXXII. praecedit:* „*Continuabantur XXXI et XXXII. in membranis sub nomine Martialis hoc ordine:* Da — tibi. Cedere maiori.“ *Scriverius. In D plura Excerpta sunt interiecta: praecedit autem XXXI. Extat in Burmanni Anthol. III,* 18., *in Henr. Meyeri* 203. *Cfr. supra ad Epigr. XIX.*
1. virtuti *D:* virtutis *reliqui:* vietoris *Scriverius:* maioris virtuti fama ferenda est *Schmiederus:* virtutis fama secundae est *Heinsius.*

XXXII. Ad Caesarem *vulgo.* [*Apponit D.*] *Extat ibidem Epigrammati XXXI. praepositum.*

XXXIII.

Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres!
Paene fuit tanti, non habuisse duos.

XXXIII. *Scholiasta Iuvenalis Sat. IV*, 38. „Cum Vespasianus et Titus et Domitianus Flavia ex gente fueriut, Domitianus ultimus illorum et dissimillimus imperavit. Meminit hoc Valerius Martialis in Epigrammate. his vero sibi finit (Val. Martialis III. Epigramma enimvero sic finit *Scriverius*, quod his versibus finit *Burmannus*): Flavia — duos.“ *Receptum in Anthol. Burmanni II.* 94., *Henr. Meyeri* 199., *Wernsdorfii Poett. Latt. Minn. III*, p. 95.

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON

LIBRI XIV.

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON

LIBER I.

Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI. — M. Val. Martialis Epigrammatum liber primus. Ad lectorem epistola.

Apparatus criticus. — Inscriptiones: Valerii Martialis Epigrammaton liber I incipit. Valerius Martialis lectori suo salutem *G colore rubro*: M. V. Martialis epigrammaton liber primus incipit (*om. α*: foeliciter *addit h*) *bhφα*: M. V. Martialis primus liber Epigrammatum finit. Secundus incipit *μ*: M. Val. Martialis Coqui Epigrammmaton Lib. I. incipit *f*: Q. Valerii Martialis ad lectorem epistola. Lege feliciter *s*: M. Valerius Marcialis Lectori suo salutem *Fbp*: Valerius Martialis Lectoribus Salutem *O*: Praefatio ad lectorem *c*: Valerius Marcialis Lectori *B*: *carent titulo Xalwxx: de reliquis non constat.*

„*In plerisque antiquis exemplaribus MSS praefationi huic appictum est lemma sive epigraphe huiusmodi:* M. Val. Martialis lectori suo S. *Alias*: M. Val. Martialis Coquus lectori S. *Et sic disserte quidam codex non infimae vetustatis, sed notae, ut ita dicam, Opimianae. Hinc in Latino veteri Glossario MS hoc cognomento Martialis aliquoties citatur; nec aliter Ioanni Saresberiensi in Nugis Curialibus non uno loco, aliisque secutuleiis. Etiam, quod mirere, nisi illud omne de Martiale emblema sit, Aelio Lampridio Vita Alexandri Severi cap. XXXVIII.*“ *Haec Scriverius. Ex nostris codicibus nonnisi pauci iique saeculo XV. non vetustiores et in Italia scripti* Coquum *monstrant*, *f in titulo quem supra ascripsimus*, *αω in subscriptione libri I*, *et in titulo libri secundi*, *helmstadiensis denique anni* 1460. *ad Epigr. VII*, 63. *De Glossario illo Latino MS. vide ad Epigr. III*, 77. *et ad Epigrammaton Martiali affictorum appendicem Epigr. XIX. Ioannes Saresberiensis ter vocat vel* Coquum *vel* M. Coquum, *vide ad Epigrr. I*, 69. *III*, 55. *IV*, 56.: Martialem *simpliciter In Nugis Curialibus semel, vide ad Praefationem Libri Primi, semel in Metalogico, vide ad Epigr. I*, 16. *Apud Lampridium* Cocum

Spero me secutum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non possit quisquis de se bene senserit, cum salva infimarum quoque personarum reverentia ludant; quae adeo antiquis auctoribus defuit, ut nominibus non tantum veris abusi sint, sed et magnis. Mihi fama vilius constet et probetur in me novissimum ingenium. Absit a iocorum nostrorum simplicitate malignus interpres nec epigrammata mea scribat. Improbe facit qui in alieno libro ingeniosus est. Lascivam ver-

6. in me nunc novissimum

deberi interpolationi docti Itali, qui editionem principem Mediolanensem curavit, docui ad Epigr. V, 29. Videtur igitur cognomen illud a scriptoribus infimae aetatis excogitatum, si non a doctis Italis saeculi XV. fictum. Nam et libri vetustiores — de suis fides sit penes Scriverium — et scriptores antiqui a Plinio Iuniore ad Isidorum Hispalensem prorsus ignorant. Fontem appellationis Scriverius frustra indagabat: ego ex perversa interpretatione Epigr. VI, 60, 8., ubi vide libri l scripturam, ortam videri disputavi in Zimmermanni Diario Antiq. Stud. 1840, nr. 44. p. 363 sqq. Adde interpolationem Coqui *in libro c Epigr. I, 112, 2. Similiter Propertio* Nautae *agnomen inditum ex corrupta scriptura Eleg. II, 24, 38. De similibus aliis lusibus vide C. Barthii Adverss. VI, 1.*

Accurate collati sunt libri TXA (inde ab Epigr. 60.) *BCD Excerpta Frisingensia, GHO abchlswzφμκαλ et ad maximam partem libri Ff et V4: minus accurate* 𝔓𝔄𝔇*mp, Vindobonenses* 1. 2. 3., *libri Gruteriani, Scriveriani, Beverlandi, Roii. Alii in singulis Epigrammatis consulti infra perscripti sunt. Quibus Epigrammatis stellula* (*) *praefixa est, ea sola in T extare scito.*

1. me consecutum *G*: me secuturum *abchlv*1.2. *vindobon.* 1. 2. *zμκα et pr.f, corr.p*: me consecuturum *Vindob.* 3. in bellis *w et pr.a* temperamentum tale *F* 3. infirmarum *BCw et pr.a*: salva quoque infimarum *csφ*: salva infimarum personarum quoque *F*: salva infimarum quoque gentium *vossianus.* 4. reverentia *om.z* laudant *bv*1.*μ*: ludat *margo v*1. adeo *om. α* authoribus *α*: doctoribus *G* 5. feris *O* sed etiam magnis *GOcφμκα*: sed magnis *s* 6. Et mihi *Fs*: At mihi *COzφμκα et margo p*: Et mihi fama melius constat ut probetur *vossianus.* in me] meum *C* nunc novissimum *abcfhlswz v*1.2. *vindob.* 1. 2. *φ*: non vilissimum, nobilissimum, innocentissimum *coniecturae.* 7. ab iocorum *vindob.* 2.: a lororum *sw et pr.a* simplicitate *om. B* 8. interpraes *O* epygrammata *BG* scribat mea *bfhv*1.: inscribat *Heinsius*: strigat codex vetus *Cagnerii.* 9. in *om. abchlswz v*1.2. *vindobon.* 1. 2. *φ et pr.p* *Verba* Absit *usque ad* ingeniosus est *apponit D*: *Io. Saresberiensis Nugar. Curiall. p.* 694. *ed. Amstelodamensis a.* 1664. „*Quia, ut ait Martialis,* improbe facit, qui in alieno libro ingeniosus

borum veritatem, id est epigrammaton linguam, excusarem, si meum esset exemplum: sic scribit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Gaetulicus, sic quicunque perlegitur. Si quis tamen tam ambitiose tristis est, ut apud illum in nulla pagina latine loqui fas sit, potest epistola vel potius titulo contentus esse. Epigrammata illis scribuntur, qui solent spectare Florales. Non intret Cato theatrum meum, aut si intraverit, spectet. Videor mihi meo iure facturus, si epistolam versibus clusero:

Nosses iocosae dulce cum sacrum Florae
Festosque lusus et licentiam vulgi,
Cur in theatrum, Cato severe, venisti?
An ideo tantum veneras, ut exires?

---

13. praelegitur 17. theatrum nostrum 18. clausero.

---

est.“ Lascivam verborum veritatem 𝔓*XBCFGO Vindobon.* 3. *m* 𝔛 *et Bongarsianus*: Lascivam verborum licentiam *abfhpsz v*1.2. *vindobon.* 1.2. *φμκα, v. Praefationem libri VIII.*: Lascivam vero verborum licentiam *l*: Lasciviam verborum licentiam *cw*: Lascivam verborum libertatem *Heinsius: erit qui malit* vernilitatem. 10. id est *om. bcmφ et pr.hp*: epigrammaton id est linguam *vindob.* 2.: id est *super* licentiam *scriptum v*1. epygramatou *BG*: *ἐπιγραμάτων s*: *ἐπιγραμμάτων a*: Epigrammatum *φ*: *om. w vindob.* 1. *vacuo spatio relicto.* lingua *φ*: linguamque *B* 11. meum si *c*: meum *b* scribit *XBCFGO Vindob.* 3. *m*: scripsit *abcfhlpswz v*1. *vindob.* 1. 2., *bodleianus et φμκα* Catulus *s* 12. Paedo *XF* Getulius *b et pr.f*: Getulicus *w*: Getucus *o*: Getutulus *v*.1: „al. petalus“ *margo c.* 13. praelegitur *Iustus Lipsius.* est *om. bczv*1. *et pr.h* 14. in nulla in ulla *v*1. eloqui *f* 15. esse contentus *Vindob.* 3. 16. Flores *C* 17. meum] nostrum *cf* (*suprascripto* „*vel* meum“) *hlmpz v*1. *φα* 18. meo iure] iure *bhv*1. epistulam *w et pr.a* meis versibus *z* clausero *CObchlpzv*1.2.*φμκα et pr.f*: clusero *reliqui cum* 𝔇. Valete omnes *addit O.*

*In libris XBCFG*𝔛 (*quem secutus est Iunius*) *hic est ordo, ut post Epigrr. I. II. sequatur id quod reliqui statim post praefationem habent: sequitur III. In X post Epigr. II est spatium vacuum circiter versuum quattuor, post quod sequitur epigramma illud* Ad Catonem, *quod est sine titulo. In O post Epigr.* Ad Catonem *sequitur I. III. II. Margo vindobon.* 1. „Hi versus quod continui sunt cum epistola.“ *Lemma:* Ad Catonem *G vulgo:* Ad M. Catonem *c* 1. Nosees *s*: Nosse *Xb* dulces *a* sacrum cum flore *G* 2. volgi *FPaw* 3. Quor *aw* 4. An ideo] Ideone *Heinsius.* tantum] tamen *C*

I.

Hic est quem legis ille, quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis
Argutis epigrammaton libellis:
Cui, lector studiose, quod dedisti
Viventi decus atque sentienti,
Rari post cineres habent poetae.

II.

Qui tecum cupis esse meos ubicunque libellos
Et comites longae quaeris habere viae,
Hos eme, quos artat brevibus membrana tabellis:
Scrinia da magnis, me manus una capit.
Ne tamen ignores ubi sim venalis, et erres
Urbe vagus tota, me duce certus eris:
Libertum docti Lucensis quaere Secundum
Limina post Pacis Palladiumque forum.

III.

Argiletanas mavis habitare tabernas,
Cum tibi, parve liber, scrinia nostra vacent.
Nescis, heu, nescis dominae fastidia Romae:
Crede mihi, nimium Martia turba sapit.

II, 7. Secundi

I. *Nullum lemma in Xw:* Titulus Murtialis vel (*om. F*) ad Lectorem *FG.* [*Ad Epigrr. I—V. collatus est P.*] 1. Sie *C* 2. Totus *sw et pr.a:* Tota uotus iu urbe *vossianus.* 3. *ἐπιγραμμάτων as: vacuum spatium relictum in w:* epygrammatou *B:* epygrammata *G* 4. Quoi *a:* Qui *w* 5. Vivendi deeus atque seutieudi *XC*

II. Ad Lectorem X. 1. Quod teeum *sw et pr.a:* Qui te coneupisse *F* ubieunque] quicunque *c* 2. quaeris] cupis *bs* 3. Hos me *F:* Hos lege *h et pr.f* artat *XBFObpφμ et pr.x:* adstat *sw:* addat *pr.a, ut videtur:* aretat *reliqui.* 4. Serinea *s* de magnis *sw et pr.a* 5. uisi sim *s* 6. Urbi *X* 7. Seeuudi *cs et Ios. Scaliger.* 8. Lumiua *w* paucis *sw et pr.Ga* forum] tholum *Heinsius.*

III. * *Nullum lemma in HT:* Ad librum suum *X.* 1. Argilletanas *F* teberuas *O:* latehras *bo* („*al.* tabernas") *f* (*suprascr.* taberuas) *p* (*margo* taberuas). 2. Cum te *pr.F:* Quom tibi *c* voceut *pr.P* 3. fastigia *pr.f*

Maiores nusquam rhonchi iuvenesque senesque
Et pueri nasum rhinocerotis habent.
Audieris cum grande sophos, dum basia iactas
Ibis ab excusso missus in astra sago.
Sed tu ne totiens domini patiare lituras
Neve notet lusus tristis harundo tuos,
Aetherias, lascive, cupis volitare per auras:
I, fuge; sed poteras tutior esse domi.

IV.

Contigeris nostros, Caesar, si forte libellos,
Terrarum dominum pone supercilium.
Consuevere iocos vestri quoque ferre triumphi
Materiam dictis nec pudet esse ducem.
Qua Thymelen spectas derisoremque Latinum,
Illa fronte precor carmina nostra legas.
Innocuos censura potest permittere lusus:
Lasciva est nobis pagina, vita proba.

III, 7. iacta, 10. arundo IV, 8. proba est.

---

5. nunquam *hs* rhonchi] rünt *H*: fuerunt *T* iuvenisque senisque *XBG et pr.p* 6. Et pueri] „*Al.* quod“ *o* rhinocerontis *a*: rhinoceruntis *φ*: rinocerotis *P*: rinocerontis *HTXFbchls*: rinoceroncis *B*: rivoecrontis *w*: rhinocherotis *p*: rinocerotus, *ut videtur*, *G*. 7. cum] tum *XCcp et corr.f*: dum *l*: tam *Oobhsiwzφ et pr.f* pasia *T* iactas *HTXBFG Vindob.* 3. *bcfhlpφλ𝔄𝔓 Bongorsianus et manu altera corr.a*: captas *COwz vindob.* 1. 2. *μκα*: raptas *s et pr.a*: iacta *Scriverius.* 8. escusso *κ* missis *T* 9. totiens domini *HTXBFGOμκ*: domini toticus *Cbfhpsz*: toties domini *reliqui.* potiure *F* 10. nocet *w et pr.a*: novet *P* lusos *T*: lussos (*corr.* lusos) *H* harundo *HTXBFObh*: arundo *reliqui.* tuus *H* 11. aeterias *F*: aethereus *B Vindobon.* 1. 2. 3. *OPobchlpswzμκα* 12. I fuge sed] Fuge sed *H*: Effuge sed *B*: Vel fuge si *T* tutior] otior *G in rasura*: tutius *Vindobon.* 3.

IV. * Ad Caesarem *HTX*. 1. Contingeris *φ et pr.b*: Corrangeres *V*4. 3. Consuere *pr.P* uostri *G* quoque] quum *T*: iam *Heinsius*: voluitne *T* qua? fere *μ* 4. putet *P* 5. Thimelen *OPV*4: Thymelem *φμκ*: Thimelem *BGobhw*: Tymelem *p*: Timelem *f*: Temelen *T* dirisoremque *T*: tirisorem *s* 6. fronte] forte *XV*4. 7. potest] „*al.* solet“ *a*: solet *c* (*margo* „*al.* potest) *hmv*2.*zφ et pr.f.* 8. proba est *FOPbcpswzφμκα et pr.a*: *affert D versus* 7. 8. *Ausonius Edyllio XIII. sub fin.* p. 213. *Bipont.* „Lasciva est nobis pagina, vita proba, *ut Plinius dicit.*“

V.

Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis:
Vis, puto, cum libro, Marce, natare tuo.

VI.

Aetherias aquila puerum portante per auras
Illaesum timidis unguibus haesit onus:
Nunc sua Caesareos exorat praeda leones
Tutus et ingenti ludit in ore lepus.
Quae maiora putas miracula? summus utrique
Auctor adest: haec sunt Caesaris, illa Iovis.

VII.

Stellae delicium mei columba,
Verona licet audiente dicam,
Vicit, Maxime, passerem Catulli.
Tanto Stella meus tuo Catullo,
Quanto passere maior est columba.

VIII.

Quod magni Thraseae consummatique Catonis
Dogmata sic sequeris, salvus ut esse velis,

VIII, 2. talis

V. Ad Marcum *X* 1. Quo tibi *P* naumachias *𝔓sw et pr.a*

VI. De aquila et puero *X.* 1. Aethereas *BOabhswφμκa* aquilla *φ* portare *μ et pr.κ* per aures *O* 2. Inlaesum *XFw et pr.a* tumidis *„quidam scriptus" Scriverii.* haesit] exit *vossianus.* houns *BCGb* 3. exercet *V. D. in margine edit. Argentinae MDXCV. quae Gottingae est:* exarmat *margo Iuntinae Lemairii.* leoues] „*al.* triumphos" *o* 4. insonti *Heinsius.* ludis *G:* ludat *corr.h* 5. summis *s et pr.F* utrisque *Fabhlpswzφμκa pr.f et „meliores libri" Scriverii eiusdemque „editio princeps":* utrimque *V4. et Heinsius:* uterque „*al.* utrisque" *o* 6. actor *CD*

VII. Ad Maximum *X.* 1. delitium *Fbfhwφ* mei] mel *V4.* 3. Vincit *zφ* 4. suo *cz:* „*al.* tuo" *c* 6. passer *F*

VIII. * Ad Decianum *TX.* 1. Quid *corr.f* Trhaseae *O:* Traseae *Gbhwφκ* consumatique *Tabhwμa et pr.κ* 2. salvus et esse *vossianus:* tal ut esse *Bz.* talis ut esse *XCGM et pr. V4.*

Pectore nec nudo strictos incurris in enses,
Quod fecisse velim te, Deciane, facis.
Nolo virum facili redimit qui sanguine famam,
Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

IX.

Bellus homo et magnus vis idem, Cotta, videri:
Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.

X.

Petit Gemellus nuptias Maronillae
Et cupit et instat et precatur et donat.
Adeone pulchra est? immo foedius nil est.
Quid ergo in illa petitur et placet? Tussit.

XI.

Cum data sint equiti bis quina nomismata, quare
Bis decies solus, Sextiliane, bibis?
Iam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares, Sextiliane, merum.

X, 4. appetitur Tussis.

---

3. non nudo *s* decurris *CD*: concurris *l* 4. Detiane *w*: Daciane *G* 5. Nolo facili virum *pr.V4.*: Non facili virum *X*: Non facili vir est *C* redemit *T teste Ianio*: redimen *G* [5. 6. *apponit D.*] 6. Nuno *φ*

IX. Ad Cottam *X*. 1. Cocta *bfv2.w* 2. At qui *bcfhz*

X. * De Gemelle et Maronille (Maronilla *BG*) *TBG*: De Venuste et Maronilla *XO*: De Venusto *F*. 1. Petit Gemellus venustus nuptias *XBCGV4.*: Petit Venustus nuptias *FOλ* 2. procatur *Heinsius*. 3. pulchra est] pulchra *l* nihil est *TObswφ et pr.a*: nil fedius est *G*: nihil *μx* 4. Quid igitur *abchlswz*, *bodleianus et pr.f* appetitur *Oabcfhlmsw*, *bodleianus*, *φμxα et codices Gruteri*: placet et petitur *G* ussit *T*: tussis *bodleianus*, *codex Pulmanni et corr. V4.f*; „*praetuli* tussis, *etsi in plerisque* tussit" *Scriverius*: tu scis *C*

XI. * Ad Sextilianum *TX*. 1. sint] sunt *T teste Heinsio*. bis quinque *Obcfhlswzφμxα*: bis vina *codex Pulmanni*: bis bina 𝔓 *et var. lect. f* nomismata *XBFV4. et corr.f*: numismata *w*: nummismata *reliqui*. 2. Quintiliane *B et pr. V4*. 3. portantis *Oabfhswμx*: portanteis *α*: potantes *codex Perizonii in Sueton. Tiber.* 42. calda] tela *φ* 4. potases *T* „*sed et potest legi* potares, *cum saepe* r *et* s *eodem modo formentur*" *Boissonadius*: portares *CG* merum *pr.V4.*

XII.

Itur ad Herculeas gelidi qua Tiburis arces
    Canaque sulphureis Albula fumat aquis,
Rura nemusque sacrum dilectaque iugera Musis
    Signat vicina quartus ab urbe lapis.
Hic rudis aestivas praestabat porticus umbras,
    Heu quam paene novum porticus ausa nefas!
Nam subito collapsa ruit, cum mole sub illa
    Gestatus biiugis Regulus esset equis.
Nimirum timuit nostras Fortuna querelas,
    Quae par tam magnae non erat invidiae.
Nunc et damna iuvant; sunt ipsa pericula tanti:
    Stantia non poterant tecta probare deos.

XIII.

Casta suo gladium cum traderet Arria Paeto,
    Quem de visceribus strinxerat ipsa suis,
„Si qua fides, vulnus quod feci non dolet," inquit;
    „Sed quod tu facies, hoc mihi, Paete, dolet."

XII, 1. Herculei gelidas   XIII, 2. traxerat

XII. * De Regulo *TX*.   1. Itur] Intus *T teste Heinsio et Beverlando.*   ab *sw et pr.a*   Herculeas gelidi *T*: Hereulei gelide *G*: Hereulei gelidas *reliqui.*   qua] quam *T*: qui *F*   Tyburis *μκα*   2. Albuna *G*   fumat] sonat *bp*: pulsat *ch et pr.fz*   3. Rura] Antra *cm vossianus.*   delietaque *s*   4. vicinus „*al.* vicina" *c*: vicinaa *T*   lapis] lacus *vossianus.*   5. aestivas] antiquas *λ*   praestabat] praebebat *G*   porticus] rusticus *c*   auras *Fabfhpsw. Arondellianus, var. lect. c;* umbras *in margine apw*   6. poene *T*: pene *Oφα*: bene *μκ*   ingens „*al.* novum" *c*   7. conlapsa *F*: cumlapsa *TX*   molle *Gbx*: mille *φ*   sub ipsa *fh*   8. biguuis *pr.B*   isset *hmz et Heinsius.*   aquis *C*   9. tenuit *X*: rennit *Heinsius.*   vestras *φ*   querellas *TXB*   10. partam *suprascr.* „*vel* partem" *B*   non erat] „*vel* noverat" *B*: non fuit *z*   11. Nunc] Hunc *X teste Heinsio*: Nunc tot *vossianus.*   dampna *TBG*   vivant *φ*   12. deum *T*

XIII. * De Aroia epeto *T*: De Arria et Paeto *X*   1. traheret *XB*   Aria *κ*   Peto *Tφ*: Poeto *Bw*: Pete *G*   2. striaxerat *T*: traxerit *X*: traxerat *reliqui.*   ipse *μκ*   sui *s*   3. fecit *sw et pr.a*   imquit *B*: inquid *G*   4. Sed tu quod *F*   facias *abswz*: faeis *h*   Pete *T*: Poete *B*: poetae *w*: peto *φ*

XIV.

Delicias, Caesar, lususque iocosque leonum
　Vidimus, hoc etiam praestat harena tibi,
Cum prensus blando totiens a dente rediret
　Et per aperta vagus curreret ora lepus.
Unde potest avidus captae leo parcere praedae?
　Sed tamen esse tuus dicitur: ergo potest.

XV.

O mihi post nullos, Iuli, memorande sodales,
　Si quid longa fides canaque iura valent,
Bis iam paene tibi consul tricesimus instat,
　Et numerat paucos vix tua vita dies.
Non bene distuleris videas quae posse negari,
　Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum.
Expectant curaeque catenatique labores,
　Gaudia non remanent, sed fugitiva volant.
Haec utraque manu complexuque assere toto:
　Saepe fluent imo sic quoque lapsa sinu.
Non est, crede mihi, sapientis dicere „Vivam:“
　Sera nimis vita est crastina: vive hodie.

XV, 3. trigesimus　　10. fluunt

XIV. * Ad Caesarem X.　1. iocusque *b*　2. hos etiam *pr.f*　harena *omnes praeter φα. Et sic ubique.*　3. praensus X: prehensus *bh*　totis (totiens *F*) adennte *XF*　4. lupns *s*　5. leo] quoque *c*　6. potes X

XV. Ad Iulium sodalem snum X.　1. numerande *codex Pulmanni; „Id etiam in Vindob. 3. extare videtur.“ Schmiederus.* sodalis *F et teste Heinsio* X.　2. longe *μ*: eana fides longaque iura *l*　3. pene mihi *pr.p*　triecesimus *BCFGbe*: triecensimus *Xf*: trigesimus *reliqui.*　instat] extat *c*　4. vix tua] iam tibi *e*　5. quae] quod *abcfhmsw vindob.* 1. 2. *zμκα*　6. dicas *bcmz vindob.* 2.: dueis *Vindob.* 3.　7. curaeque] quor eque *φ*: cure *b* cathenatique *φ*　8. [*Apponit D.*]　remment *s*: remeant *Oα*: remanent *reliqui cum duobus Gruteri.*　fugitivi *s*: fugitura *p*　9. complexu assere *C*: complexa est assere *φ*　tuto, *ut videtur, G*　10. fluent *BFGOφX Vindob.* 3. *et corr.f*: fluunt X *Cabchlmpswzμκα, codices Gruteri et pr.f*　Immo *α*: uno *Gw*　laxa *B*　[11. 12. *apponit D.*]　11. vive *pr.f*

XVI.

Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura
Quae legis hic: aliter non fit, Avite, liber.

XVII.

Cogit me Titus actitare caussas
Et dicit mihi saepe „Magna res est."
Res magna est, Tite, quam facit colonus.

XVIII.

Quid te, Tucca iuvat vetulo miscere Falerno
In Vaticanis condita musta cadis?
Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?
Aut quid fecerunt optima vina mali?
De nobis facile est, scelus est iugulare Falernum
Et dare Campano toxica vina cado.
Convivae meruere tui fortasse perire:
Amphora non meruit tam pretiosa mori.

XIX.

Si memini, fuerant tibi quattuor, Aelia, dentes:
Expulit una duos tussis et una duos.

XVIII, 6. saeva mero. XIX, 2. Exspuit

XVI. Ad Avitum X. [*Apponit Io. Saresberiensis Prolog. Metalog. p.* 4.] 1. male *B* plura] multa *o* 2. Quae legis: haec *h et corr.a:* Qui legis haec *m et corr.bh* non sit *Xφ* amice *pr.f.*

XVII. Ad Titum X. 1. Tytus *BG* atticare *sw et pr.a:* agitare *bc et pr.p* 2. saepe *om.s* 3. Tyte *BG* qua *φ* fecit *pr.F:* quum tacet colonus *Scriverius.*

XVIII. Ad Tuccam X. 1. halerno *s* 1. 2. *Priscianus VI*, 14, 73. (*I*, 268. *Krehl.*) „*Mustus quoque musti excipit Probus, quod tamen mobile videtur, cum veteres et feminino et neutro genere inveniuntur hoc protulisse. Martialis in primo:* Quid — cadis?" 3. proxima *c* 5. Des nobis *x* scelus hoc *w et pr.a* 6. toslca *s:* Corsica *Heinsius.* vina cado *XBCFGXDm et corr.f:* vina mero *O:* saeva mero *reliqui. Confer IX*, 36, 4.

XIX. Ad Aeliam X. [*In codicibus Vindobonensibus CXVIII.* (*saec. XIII.*) *et* CXXIX. (*saec. XV.*) *Endlicher. hoc Epigramma inter Virgiliana extat hoc titulo:* „Versus Virgilii de nutrice sua." *Idem de Thuaneo testatur Henr. Meyerus Anthol. Praef. p. XXV.*] 1. Elya *G* 2. Expulit *XBCFGafhipwzφ et bodleianus:* Expuit *Ospuna:* Abstulit *bcm:* Extudit *Heinsius.*

Iam secura potes totis tussire diebus:
Nil istic quod agat tertia tussis habet.

XX.

Dic mihi, quis furor est? turba spectante vocata
Solus boletos, Caeciliane, voras.
Quid dignum tanto tibi ventre gulaque precabor?
Boletum qualem Claudius edit, edas.

XXI.

Cum peteret regem decepta satellite dextra,
Ingessit sacris se peritura focis.
Sed tam saeva pius miracula non tulit hostis
Et raptum flammis iussit abire virum.
Urere quam potuit contempto Mucius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
Maior deceptae fama est et gloria dextrae:
Si non errasset, fecerat illa minus.

XXII.

Quid nunc saeva fugis placidi lepus ora leonis?
Frangere tam parvas non didicere feras.

XX, 3. tanto ventrique gulaeque

---

3. secura] tussire *φ* totis] cunctis *G* 4. Istic nil *l* istic quid agat *G*: istic quod habet *C*: tibi quod tollat 𝔄: sibi quod tollat *margo f.*

XX. Ad Caecilianum X. 1. quid *G* 2. Solos *O* 3. Qui id *G* tanto tibi ventre gulaque *XBCFG*𝔄: tanto tibi ventri (*corr.* ventrique) gulaeque *a*: tanto ventri guleque *Obchlsw*: tanto ventrique (veneri *bodleianus*) gulaeque *zφμκα*, *Gruteriani et bodleianus.* 4. ut qualem „*codex antiquus*" *Iunii.*

XXI. De Porsena X. 1. Dum *aswμκ* (*non λ*) *α* 2. Ingessit *XBCGbhmzφ*𝔓𝔄: Iniecit *reliqui*: Iniecit sacris se peritura rogis *Heinsii codex Chartaceus Bibliothecae Mediceae.* 3. tulit hostis] „*al.* saevit hospes" o 4. Ereptum *h*: Ereptum et *Heinsius.* virum] domum *ch* 5. Mutius *φμκα*: Muscius *B* 6. hac *s* *Servius in Virg. Aen. VIII, 646.* „*Porsenna unum n addit metri caussa, unde et penultimae datus accentus est. Nam Porsena dictus est. Martialis:* Hanc — potuit." 7. decepta X fama est tibi gloria *O*: fama tibi est et gloria *w*: fama tibi et gloria *pr. a* 8. peccasset *cmx* fecerit *G*

XXII. * De Caesare et leone *T*: De lepore et leone X. 1. Quid nunc scaeva *Vindob. 3.*: Quidnam saeva *Heinsius*: Quid non saeva *Douza*: Quid nunc scaeve *Scaliger*: Quid nunc? saeva *Gruterus.* placide *w* ore *T*

Servantur magnis isti cervicibus ungues
    Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.
Praeda canum lepus est, vastos non implet hiatus:
    Non timeat Dacus Caesaris arma puer.

XXIII.

Invitas nullum nisi cum quo, Cotta, lavaris
    Et dant convivam balnea sola tibi.
Mirabar, quare nunquam me, Cotta, vocasses:
    Iam scio, me nudum displicuisse tibi.

XXIV.

Aspicis incomptis illum, Deciane, capillis,
    Cuius et ipse times triste supercilium,
Qui loquitur Curios assertoresque Camillos:
    Nolito fronti credere: nupsit heri.

XXV.

Ede tuos tandem populo, Faustine, libellos
    Et cultum docto pectore profer opus,
Quod nec Cecropiae damnent Pandionis arces
    Nec sileant nostri praetereantque senes.
Ante fores stantem dubitas admittere Famam
    Teque piget curae praemia ferre tuae?
Post te victurae per te quoque vivere chartae
    Incipiant: cineri gloria sera venit.

XXV, 5. dubitasne

---

3. servamur *pr.f* 4. tenui] parvo *G* 6. timiat *T*: Ne timeat *Heinsius*. Dachus *b*: doctus *XC*

XXIII. * Ad Cottam *TX*. 3. nuno quam *G*: me nunquam *φ* 4. [*Apponit D.*]

XXIV * Ad Decianum *TX*. 1. hillum *φ*: hilum *hm*: hyllum *bolx et corr.a*: ilum *α* Daciane *B* 2. Quoius *w* 3. Curios] Varos *codex Pulmanni*. adsertoresque *T* 4. here *Heinsius*.

XXV. Ad Faustinum *X*. 2. Excultum *bh* bonus *C* 3. neque *ex* dampnent *Bb*: damnant *aw*: dampnaut *G* artes *bhs et pr.a* 4. nostris *Fsw et pr.a* ammittere *F* 5. foras *G teste Heinsio*. dubitasne *Scriverius*. 6. pudet *B* 7. prae te *p*: post te *C* 8. „*Alii* rara“ *Heraldus*. venit] datur *hm*

XXVI.

Sextiliane, bibis quantum subsellia quinque
Solus: aqua totiens ebrius esse potes;
Nec consessorum vicina nomismata tantum,
Aera sed a cuneis ulteriora bibis.
Non haec Pelignis agitur vindemia praelis
Uva nec in Tuscis nascitur ista iugis,
Testa sed antiqui felix siccatur Opimi,
Egerit et nigros Massica cella cados.
A copone tibi faex Laletana petatur,
Si plus quam decies, Sextiliane, bibis.

XXVII.

Hesterna tibi nocte dixeramus,
Quincunces puto post decem peractos,
Cenares hodie, Procille, mecum.
Tu factam tibi rem statim putasti
Et non sobria verba subnotasti
Exemplo nimium periculoso:
Μισῶ μνάμονα συμπόταν, Procille.

XXVI, 3. numismata 4. petis. XXVII, 7. *μνήμονα συμπότην*

XXVI. Ad Sextilianum *X*. 3. confessorum *s et pr.a:* consensorum *G:* conecessorum *Cφμ:* confossorum *h* nomismata *XBFG et pr.a:* numismata *reliqui.* 4. bibis *XBCFG𝔛φ et var. lect. aw:* petis *reliqui.* 6. Una *s:* Uva sed *h* Tbuseis *φ* 7. sociatur *s* Opini *F* 8. et] nt *bchlswz et pr.a* Masciea *X*: Masilia *pr.a* 9. A] At *h* copono *XF*: qnopone *G:* caupone *reliqui.* faex] foelix *pr.h* Lalaetana X; Lalentana *B:* Laletanta *F*: Saletana *l:* Leletuna *φ:* Labetana *bcsz et pr.h:* Labatane *α:* Labatena *w*

XXVII. Ad Procillum *X*. 1. nocte tibi *Gφ* 2. Quincunceest *X:* Qui nunc est *BFG et var. lect. aw* puta *Gruterus.* decem peractos] noctem parari *c* 3. Cenare *b* Porcille *c:* Procelle *as* 4. falsam *pr.a:* foedam *bch et var. lect. w* 7. Misomne monasympoten *XFO et pr.V4.:* Mis omne monas hipotem *G:* misonnemenasym potem *B:* his omne monas impotem *pr.h* (*μισσῶ μνήμονα σύποτεν* procille *corr.h*)*:* Misinna monaci intorem (nitote *aw*) *asw:* Mei sinna monaci nitoten *b*: Misinna sententia monaci intoten *c: om. φμ: μισω μνήμονα* (*μνάμονα α*) *συμπότην κα et corr.V4.: μνάμονα συμπόταν Heraldus.* Procillae *X: πρόκιλλε κ: προκῖλλε α:* Procelle *ab*

XXVIII.

Hesterno foetere mero qui credit Acerram,
Fallitur: in lucem semper Acerra bibit.

XXIX.

Fama refert nostros te, Fidentine, libellos
Non aliter populo quam recitare tuos.
Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam:
Si dici tua vis, en, eme, ne mea sint.

XXX.

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.
Coepit quo poterat clinicus esse modo.

XXXI.

Hos tibi, Phoebe, vovet totos a vertice crines
Encolpus, domini centurionis amor.
Grata Pudens meriti tulerit cum praemia pili,
Quam primum longas, Phoebe, recide comas,
Dum nulla teneri sordent lanugine vultus
Dumque decent fusae lactea colla iubae;
Utque tuis longum dominusque puerque fruantur
Muneribus, tonsum fac cito, sero virum.

XXIX, 4. haec eme, XXXI, 6. fuscae lactea colla comae:

XXVIII. De Acerra *X*. 1. fecere *XG* credidit *F*: diem (*h. e.* dicit) *B*

XXIX. * Ad Fidentinum *TX*. 3. gracis *G* mutam *pr.a* 4. en, eme *scripsi de meo*: eme *T*: hoc eme *XBCb*: hic eme *G*: haec eme *reliqui*. ne mea] quod mea *C*

XXX. De Diaulo *X*. 1. Cirorgus *G*: Chirurgicus *c et pr.h* vispillo *XCFGbhlzφ*: hyspillo *c* Dialus *h* 2. quo *𝔓λ et Lipsius Epp. Quaestt. I*, 5.: quod *reliqui*. potuit *z* clinicus] divitis *c*

XXXI. * De Encolpo *TX*. 1. Hoc *Heinsius*. Foebe *X* totoos *φ*: toto *G*: tonsos *margo Iuntinae Lemairii*: tortos *Aurelianus*. 2. Eocolpos *Fz*: Enclopus *G*: Encholophus *c* 3 *sqq. om. T*: „*apparet aliud esse Epigramma*“ *Heinsius*. 3. Guava *Heinsius*. Prudens *c* praetia *φ*: prelia *pr.b* 4. recinde *bhsu et pr.a*: rescide *corr.a*: resciode *c* 5. sordent teneri *φ* voltus *Fab* 6. fuscae *𝔛c* colle *φ* comae *𝔛* 7. fruatur *Oxφμνα*: fruaotor *reliqui cum 𝔛* 8. toosum] fac cito *C* facito *F*

XXXII.

Non amo te, Sabidi, nec possum dicere quare:
Hoc tantum possum dicere, non amo te.

XXXIII.

Amissum non flet cum sola est Gellia patrem,
Si quis adest, iussae prosiliunt lacrimae.
Non luget quisquis laudari, Gellia, quaerit,
Ille dolet vere, qui sine teste dolet.

XXXIV.

Incustoditis et apertis, Lesbia, semper
Liminibus peccas nec tua furta tegis,
Et plus spectator quam te delectat adulter
Nec sunt grata tibi gaudia si qua latent.
At meretrix abigit testem veloque seraque
Raraque Summoeni fornice rima patet.
A Chione saltem vel ab Alide disce pudorem:
Abscondunt spurcas et monimenta lupas.

XXXIV, 7. vel Laide 8. monumenta

XXXII. Ad Savidium *X.* 1. Non amo te Sabidi *affert Marius Victorinus I, 5, 19. p. 32. Gaisford.* Savidi *XBCGV4. 𝔄hl* nec] non *l*

XXXIII. De Gellia *G:* De Gallia *XV4:* De Galla *B* 1. Omissum *b* Amissum non fles cum sola es 𝔄 Gallia *XV4.z:* Galla patrem („*vel* maritum" *B*) *BC* 3. Non luget quisquis *COabcm swzφμκα, Gruteriani et corr.V4.p:* Non licet quisquis *X:* Non licecit quisquis *pr.V4:* Non licent quisquis *B:* Hoc licet hunc quisquis *G:* Sic luget quisquis *hl bodleianus et pr.p:* Non dolet hic quisquis *Iunius (ex* 𝔄?) Gallia *XBV4.z* 4. [*Apponit D.*]

XXXIV. * De Lesbia *T:* Ad Lesbiam *X.* 2. Luminibus *BG* facta *aw (margo* furtu) *et codex Pulmanni.* 5. abieit *pr.c* [*6. 7. om. T.*] 6. Summoeni 𝔓: Summeni *x et margo p:* Summemi *O et corr.h:* Summemini *X:* Si memini *CGabchlswzφμα et* 𝔄: Submoto *B* 7. Chyone *φ:* Ethione *G* ab Alide *alwφ (corr.* Laide): ab Allide *s:* ab Aulide *O:* ab lade 𝔓: ab laude *X:* a laude *CG*𝔄: ab avide *B:* ab Elide *h et corr.x:* ab Ellide *b:* ab belide *c:* ab helide *xμα et Gruteri tres:* vel Laide *λ:* vel Leda *Scriverius:* vel ab Hellade *Beverlandus:* vel ab Aeme *Heinsius.* 8. et] haec *μκα* monimenta *bha:* monumenta *reliqui.*

Digitized by Google

Numquid dura tibi nimium censura videtur?
Deprendi veto te, Lesbia, non futui.

XXXV.

Versus scribere me parum severos
Nec quos praelegat in schola magister,
Corneli, quereris: sed hi libelli,
Tanquam coniugibus suis mariti,
Non possunt sine mentula placere.
Quid si me iubeas talassionem
Verbis dicere non talassionis?
Quis Floralia vestit et stolatum
Permittit meretricibus pudorem?
Lex haec carminibus data est jocosis,
Ne possint, nisi pruriant, iuvare.
Quare deposita severitate
Parcas lusibus et iocis rogamus,
Nec castrare velis meos libellos.
Gallo turpius est nihil Priapo.

XXXVI.

Si, Lucane, tibi vel si tibi, Tulle, darentur
Qualia Ledaei fata Lacones habent,
Nobilis haec esset pietatis rixa duobus,
Quod pro fratre mori vellet uterque prior,

XXXV, 11. Nec possunt

---

10. Deprehendi *Taw*: Abscondi *z et var. lect. c* futui] subigi *T*

XXXV. Ad Cornelium *X*. 1. ne *X* 2. Ne quos *X* perlegat *abchlmwzφμκα*: praelegat *reliqui cum* 𝔓. scola *XBGbh* 3. queris *μ et pr.κ* sed hii *G*: sed ii *Oμκα* 6. iubeat *b* 7. *om. b* 8. Qui *hφ* vesti *b*: vescit *XB* 9. meretriculis *bhmz* 11. Nec possunt 𝔓*abcmswzμκ et palatinus alter.* 13. Parces *α* luxibus *s* 14. cestare *C* 15. est Priapo nihil *XBC*: nichil est Priapo *Gc*

XXXVI. Ad Lucanum et Tullum *X*. 1. Galle *B* daretur *z* 2. Laedei *X*: Laedaei *φ* facta *pr.b* Laconis *ch et pr.b*

Diceret infernas et qui prior isset ad umbras:
„Vive tuo, frater, tempore, vive meo.“

XXXVII.

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro,
Basse, bibis vitro: carius ergo cacas.

XXXVIII.

Quem recitas meus est, o Fidentine, libellus:
Sed male cum recitas, incipit esse tuus.

XXXIX.

Si quis erit raros inter numerandus amicos,
Quales prisca fides famaque novit anus,
Si quis Cecropiae madidus Latiaeque Minervae
Artibus et vera simplicitate bonus,
Si quis erit recti custos, mirator honesti
Et nihil arcano qui roget ore deos,
Si quis erit magnae subnixus robore mentis:
Dispeream, si non hic Decianus erit.

XL.

Qui ducis vultus et non legis ista libenter
Omnibus invideas, livide, nemo tibi.

XXXVII, 2. Bassa, XXXIX, 5. imitator

---

5. et qui] hic qui *l*: si qui *corr.p et margo Iunii*: si quis *abchswzφμκα* undas *bhz* (*in quo* umbras *var. lect.*) *et var. lect. c*

XXXVII. * Ad Bassum *Ts*: Ad Bassam *vel* De Bassa *reliqui.* 1. honus *TBG* 2. Basse *Tφ*: Bassa *reliqui.* vivis *pr.h* carius] carnit *T*: clarius *B* cavas *pr.h*

XXXVIII. Ad Fidentinum *X*. [*Appenit D.*] 1. Fidentie *φ*

XXXIX. * Ad Fidentiaeum *T*: Ad Decianum *X*. [1. 2. *apponit D.*] 1. Et quis *D* caros *awz* (,,*al.* rares“ *z*): nestres *G* -2. aves *DGabchswμκα*: saves *O*: anns *reliqui cum* 𝔄𝔓 3. Cyerepiae *B* madins *X*: malidns *pr.w*: medius *B* Litiaeque *s* [4. *Apponit D.*] Et quis erit vera simplicitate honus *D* verea *Heinsius.* 5. custos recti *l* mirator *T*𝔓 *et margo Gryphii*: imitator *reliqui.* 6. arcanes *C* 8. Ne valeam si non *margo Iuntinae Lemairii.* Deceanus *T*

XL. Ad Lividum *X*. [*Apponit D.*] 1. Qui rugas *margo Iuntinae Lemairii.* et non *om. D* 2. invide *c et corr.a cum Eugraphio in Terent. Andr. IV*, 1, *init.* ,,*Martialis*: Omnibus invideas, invide, nemo tibi.“

XLI.

Urbanus tibi, Caecili, videris.
Non es, crede mihi. Quid ergo? verna,
Hoc quod transtiberinus ambulator,
Qui pallentia sulphurata fractis
Permutat vitreis, quod otiosae
Vendit qui madidum cicer coronae,
Quod custos dominusque viperarum,
Quod viles pueri salariorum,
Quod fumantia qui tomacla raucus
Circumfert tepidis cocus popinis,
Quod non optimus urbicus poeta,
Quod de Gadibus improbus magister.
Quod bucca est vetuli dicax cinaedi.
Quare desine iam tibi videri
Quod soli tibi, Caecili, videris,
Qui Gabbam salibus tuis et ipsum
Posses vincere Testium Caballum.

XLI, 2. verna es. 4. sulfurata 11. Urbicus 12. improbis 13. loquax 17. Possis Sestium

XLI. Ad Caecllium *X*. [*In asw bis extat: in aw post XV et CIII, in s post XV et XL, sed versus* 1. 2. 3. *om. posteriore loco s et pr.a: in* 𝔓 *erant soli* 1. 2. 3.] 1. Urbanis *μ* Caecilia *X*; Caecile *G* 2. verna *XBCG*: verna es *reliqui.* 3. Hoc quid *φ* transtyberinus *μα* 4. sulphura *Bo*: sulfura *φ* fraetes *φ* 5. Permitat *w loco priore et pr.b*: Permittit *s et pr.a*: Peruncta *e* vitis (*sic*) *G* quod iocosae *φ* 6. Vendis *G* madidae *asw et pr.h*: mandidae *b*: calidum *Heinsius.* 7. dominus viperarum *C* 8. salariarum *C* 9. tomacla *Oxa et corr.h*: thomacla *pr.p*: thumacla *B*: thumatla *X*: thomatla *corr.p*: thomatba *l*: tomata *pr.h*: thumata *C*: thinnatba *G*: tumabla *abcswz*: tumata *corr.a*: plomata *φ* raucos *G*: rauels *hsw et pr.ap* 10. Curcumfert *G*: Circunfert *μx* trepidis *s priore loco.* coqus *h*: coquus *φ* 11. obtimus *X* 12. Cadibus *XBCGbchsw et priore loco a*: gradibus *μx* „*Al.* improbis" *margo Iunii et Heinsius.* 13. dicax *XBCGOil*: edax *abchmpswzφ*: loquax *μxα et margo p* cynaedi *XBGa* 14. desino *w et pr.a* 15. solus *pr.o* [15—20. *om. p.*] 16. Qui] Quod *abhsφ* Gabbam *B*: Galba *l*: Galbam *reliqui. Vide X*, 101. *et Winckelmannum in Plutarchi Amator. p.* 181, *Heinrich. in Iuvenal. Sat. V*, 4. 17. Posse *φ*: Possis *Scriverius idque fortasse extat in Cz, ex quibus nihil notavit Oudendorpius.* vincere] inde esse *bcφ et priore loco w*: sine esse *pr.h* Testium *abchlmswzφ*: Testius *μ*: Tertium X: Tercium *B*: Tectium *CG*: Tettium *O et teste Heinsio X*: Sestium *x*; Sextium *α* Gaballum *z*

Non cuicunque datum est habere nasum:
Ludit qui stolida procacitate,
Non est Testius ille, sed caballus.

XLII.

Coniugis audisset fatum cum Porcia Bruti
    Et subtracta sibi quaereret arma dolor,
„Nondum scitis“ ait „mortem non posse negari;
    „Credideram, fatis hoc docuisse patrem.“
Dixit et ardentes avido bibit ore favillas:
    I nunc et ferrum, turba molesta, nega.

XLIII.

Bis tibi triceni fuimus, Mancine, vocati
    Et positum est nobis nil here praeter aprum,
Non quae de tardis servantur vitibus uvae
    Dulcibus aut certant quae melimela favis,
Non pira quae longa pendent religata genesta
    Aut imitata breves Punica grana rosas,
Rustica lactantes nec misit fiscina metas
    Nec de Picenis venit oliva cadis:

---

20. Sestius XLII, 4. satis hoc vos docuisse
XLIII, 5. lenta 6. mala 7. lactentes

---

18. nasu *X* 19. Ludis *G* solita *abchmswzφ* 20. Testius *Xabchlmswzφμ*: Tertius *XB* (*qui tamen* Tettius *habere videri potest.*): Tectius *CG et „codex antiquus“ Domitii*: Tettins *O et teste Heinsio X*: Sestius *x*: Cestius *a*

XLII. * De Porcia *TX*. 1. factam *T* Portia *XCbchlzφμνα* 2. tibi *pr.w* dolo *corr.l* 3. Nuudum *s* negari] uecari *superscr. T* 4. fatis hoc docuisse *GX*: satis hoc docuisse *T*: satis hoe cdocuisse *ChlφλD*: satis hoc te docuisse *abcsw*: satis hoc vos docuisse *XOρμκα*: satis hoc sic docuisse *B* 5. ardeutis *X* 6. I *om. T* molestia *X*

XLIII. * In Manciuum *T*: Ad Mancinum *X*. 1. Sis *sw*: Scis *a vindob.* 1., *sed margo* Bis 2. est *om. C* heri *XB* 3. tardis] tendis *s* servant tibi *b* 4. certat *s* melimella *wzκα*: mallmela *μ*: melimena *G*: mellimela *b* 5. lenta *Osμκα*: longa *reliqui cum Xλ* relegata *bw et pr.a* geuestra *s*: genista *XBOz et corr.a* 6. brevis *X* grana *T*: mala *reliqui*. 7. Rustici *s* lactentes *GOlmzφX et corr.ah* fuscina *XBGOsw et pr.a*: fustina *b*: sasiua *T*: Sassina *Heinsius Adversariis* p. 274. *At obstat* rustica. meutas *Oachlwz* 8. Pyccnis *B*

Nudus aper, sed et hic minimus qualisque necari
A non armato pumilione potest,
Et nihil inde datum est; tantum spectavimus omnes.
Ponere aprum nobis sic et harena solet.
Ponatur tibi nullus aper post talia facta,
Sed tu ponaris cui Charidemus apro.

XLIV.

Lascivos leporum cursus lususque leonum
Quod maior nobis charta minorque gerit
Et bis idem facimus, nimium si, Stella, videtur
Hoc tibi, bis leporem tu quoque pone mihi.

XLV.

Edita ne brevibus pereat mihi cura libellis,
Dicatur potius Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.

XLVI.

Cum dicis „Propero, fac si facis,“ Hedyle, languet
Protinus et cessat debilitata Venus.
Expectare iube: velocius ibo retentus:
Hedyle, si properas, dic mihi, ne properem.

XLV, 1. charta

9. negari *T* 10. amato *T:* parmato *Salmasius.* pomilione *TOapsμ et pr.h* 11. est aut tantum *T teste Heinsio*, est ut tantum *teste Faehsio.* expectavimus *Tbchz* 13. fata *b* 14. Et tu *v* imponaris *o* Caridemus *BGbhφμκα:* Claridemus *T*

XLIV. Ad Stellam *X.* 2. carta *G:* cartha *B*

XLV. De libro suo *X.* 1. charta *Ohlφμκα et suprascr. V4.* libellus *μ* 2. Dicetur *φ* τὸν δ' ἀπαμειβόμενος *om. φ et pr.h:* tonda pamibomenos *O:* tonda pamibomenon *XCGV4. abclswz:* tondat amibomenon *B:* τόν δαπομειβόμενος *corr.h*

XLVI. Ad Edylen *X:* Ad Hedilem *B:* Ad Edilam *G:* Ad Edilum *asw:* Ad Hedylum *Scriverius.* 1. 4. propere *l:* propera *Vindob.* 3. si] sic *CGh* Hedyle *as:* Edyle *XCclsz:* Hedile *B:* Edile 𝔓 *Obhwφx:* Helide *μ:* Aedile *α:* Edila *G:* Aedila *Iunius:* Hedyli *Bentlius.* langue *s* 2. cesset *s* 3. velotius *X* 4. nec properem *X*

XLVII.

Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus:
Quod vespillo facit, fecerat et medicus.

XLVIII.

Rictibus his tauros non eripuere magistri,
Per quos praeda fugax itque reditque lepus;
Quodque magis mirum, velocior exit ab hoste
Nec nihil a tanta nobilitate refert.
Tutior in sola non est cum currit harena,
Nec cavea tanta conditur ille fide.
Si vitare canum morsus, lepus improbe, quaeris,
Ad quae confugias ora leonis habes.

XLIX.

Vir Celtiberis non tacende gentibus
Nostraeque laus Hispaniae,
Videbis altam, Liciniane, Bilbilin,
Equis et armis nobilem,

XLIX, 3. Bilbilim

XLVII. De Diaulo medico *X.* [*Apponit D.*] 1. *Paulus Exc. Festi* p. 369, 1. *Mueller.* „*Martialis:* Qui fucrat mediens, uuue est vespillo Diaulus." 1. nuno est *om. φ* 1. 2. vispillo *BCGbchlwzφ et pr.a* Diallus *D:* Dialus *h* 2. fecerat] non facit *c*

XLVIII. * De leone et lepore *TX.* 1. biis *b* irripucre *s* 2. fugat *z* idque *G* 3. velocius *Gφ et Iunius:* velociter *hs:* velocior *reliqui cum Gruterianis.* 4. e tanta *T:* Cum nil a tauta nobilitate *Iunius:* mobilitate *Scriverius.* 6. Deccavcát tanta conditor *T* tanta] sola *b* 7. morsum *s: om. aw* lepus lepus improbe *X* 8. At quae *X:* Atque *T* cum fugias *μ*

XLIX. [Collati suut *EFPV*4. *f, i, n, v*2. *vindob.* 1. 2. 3. *βγπ.*] Ad Lleinianum *XBCEFGV*4. *efh*𝔄𝔓, *palatinus alter, Bongarsianus et libri Turnebi Adversar. XXIII*, 24.*:* Ad Liceutianum *abs vind.* 1. *w:* Ad Liccncianum *a:* Ad Licianum *Om v*2. *vindob.* 2. *μκα:* Ad Lucianum *ls:* Ad Luciliauum *φ.* 1. taeendo *X* 2. nostra cquo *O:* nostrae salus *vossianus.* byspauic *i* videbis Videbis (*sic*) *i*
3. Liciuiano *XBEFGV*4. *fhlμκ*𝔄𝔓, *palatinus alter, Bongarsianus, Turnebiani:* Luciuiano *φ:* Licentiaue *abcs vindob.* 1. *w et margo f:* Liciane *COim vindob.* 2. *za:* Litiane *n* Bilbilin *XEPV*4. *s* Bilbilam *v*2.*:* biblim bilbilim *i: om. bs et pr.a:* Bylbilim *φ:* Bilbiiim *reliqui.* 4. Aquis *Hispani.*

Senemque Catum nivibus et fractis sacrum
Vadaveronem montibus,
Et delicati dulce Botrodi nemus,
Pomona quod felix amat.
Tepidi natabis lene Congedi vadum
Mollesque Nympharum lacus,
Quibus remissum corpus astringas brevi
Salone, qui ferrum gelat.
Praestabit illic ipsa figendas prope
Voberca prandenti feras.

---

5. Sterilemque Calvum nivibus 7. Boterdi 14. Vobisca

---

5. Senemqne eatum *XBCGV*4 *𝔄𝔇 et Turnebiani:* Senemqne eanum *EO Vind.* 3.*:* Senemqne ealvum *h et marge f:* Sterilemque eanum *lpγμκα:* Sterilemque cavum „*editio exoleta*" *Gruteri:* Sterilemque ealvnm *𝔓Fabcfimnswzφπβ et corr.κ:* Sterilesqne calvum *pr.n:* Senemque Cnium (*coll. IV*, 55, 2.) *Vossius ad Melam III*, 1., *quod verum arbitror:* Senemqne Cauaum *Raderus et Heinsius in Sil. Ital. IV*, 233.*:* Senemqne opacnm *Heinsius MS.* nivlbus] nucibns *i* et fraetis *Iunius:* e fraetis *vindob.* 2.*:* efractis *ne* effrnetis *reliqui.* sacrnm] sa *pr.i:* ssxnm *corr.i:* scabrum *Heinsius.* 6. Vnda Veronem *biγκαλ et corr.h:* Vada Neronem *sw et pr.ah:* Vada Verene in *Gμ:* Vada Verenem in *n:* Vada Vsrenem *vindob.* 1. *v*2. *et corr.a* mentibus] eolibns *Heinsius.* 7. dedieati *m:* delicatnm *pr.f:* delieatis *i* Beterdi *𝔓Fabcln vind.* 1. *wzβκ:* Beterdi *sv*2. *Vindob.* 2. *μπ et pr.f, in rasura* i, *marge h:* Bitordi *vossianus:* Botrodi *Omλa:* Betridi *φ:* Beleti *BCEV*4. *Vindob.* 3. *h𝔄*, *Turnebiani et margo f:* Boleti *G:* daleedo leti *X* 8. Pemeria *i* *Post hunc versum libri praeter κzβγπμκα novum Epigramma* „Ad Linum" *vel similiter inscriptum incipiunt.* 9. Tepidi natabis lene (line *π*) Cengendi (Cengedi *vind.* 1. *β:* Cegedi *F:* Cegendi *zπ*) vadum *Fzβπ𝔓 et pr.vind.* 1*:* Tepidnm nstabis (notabis *G*) Line Cengedi (Congredi *G*) vadum *Gm:* Tepida natabis Line (lene *Ensw et corr. V*4.) Congedi (Cengendi *cw:* Cengdi *E:* Cogendi *n*) vadum *XBEV*4. *cnsw:* Tepida natabis lene (Line *CObfhφ et corr.a:* leve *i*) Cegedi (Congedi *Olμγκ:* Cengendi *abf:* Cegendi *i:* Cengredi *h et corr.f*) vadn *COabfhilμκαλγ et corr. vind.* 1*:* Lepida natabis Line eongendi vada *vindob.* 2.*:* Tepidum natabis lene Congedi vndum *Iunianae.* 10. molesque *XE* lympharum *Om* laens] vadus *pr.G.* 11. corpus] tempus *corr.f* astringas *XBCEFGV*4. *fhs:* astringes *OPbeilpwzv*2. *vindob.* 1. 2. *a et corr.n:* astringens *βγμπκ:* astringitur *φ* breve *P et pr.n:* aqua *pr.B* 12. gelat] gerebnt *G* 13. ipsas *φ:* spissa *Heinsius.* fingendas *c:* figendas voees prope *v*2. 14. Vobis eapram (capran *F:* enprns *l*) dentiferas *FPl:* Vebis erga *G:* Voberca *XBCV*4. *Oh v*2. *φβγπμκα*, *duo Gruteri et Turnebiani:* Vobercha *b:* Uberca *s:* Voverca *i:* Vebesea *E vindob.* 1.*:* Voberta *Vindob.* 2. 3. *pλa et corr.f:* Voborta *pr.f:* Voberga *marge Vindob.* 3.*:*

Aestus serenos aureo franges Tago
Obscurus umbris arborum;
Avidam recens Dercenna placabit sitim
Et Nutha, quae vincit nives.
At cum December canus et bruma impotens
Aquilone rauco mugiet,
Aprica repetes Tarraconis litora
Tuamque Laletaniam.
Ibi illigatas mollibus dammas plagis
Mactabis et vernas apros,
Leporemque forti callidum rumpes equo,
Cervos relinques villico.
Vicina in ipsum silva descendet focum

---

17. rigens 25. rumpens

Voborca *cz*: Noberca *n*: Loberca *ẇ* prudenti *G*: pandenti *pr.B*: preadenti *a*: praedanti „*ex vestigiis Vaticani libri*" *Heinsius in Claudian. Fescenn.* 11. 15. aestos *O* frange stago *Pi*: frangestago *pr.V*4.: frangens Tago *G vindob.* 2. *πα* 16. Obscuris *FGO Vindob* 3. *bfhiknπ* 17. Aridam *vossianus.* recens *XBEG V*4. *Vindob.* 3. *𝔄hlsφ*: ingens *F et vossianus*: rigens *reliqui cum* 𝔓. Dercenna (𝔓) *vind.* 2. *z et palatinus alter*: Dercena *XF*: Direenna *Pl vindob.* 1. *βπγμκα et corr.a*: Dircena *corr.h*: Dirceia *pr.a*: Dircenda *n*: Derceta *G*: Dercelta *BV*4. *et Turnebiani*: Dereta 𝔄: Desceita *E*: Direenta *O et corr.f*: Dircenia *pr.f*: Dircemia *b*: Direeta *C Vindob.* 3. *ch v*2. *w*: Directa *s et vossianus*: Directam *i*: Durenna *φ*: liece *vel* Illece *λ* placebit *pr.i* sitim] semen *B et pr.V*4.
18. Et] Quae *la*: *om. O* Nutha 𝔓*Fz et margo vindob.* 1.: mitba *s*: Nymeam *XBEV*4.: Niveam *G*: Nemetas *bcπ*: Nemeta *vindob.* 2. *βγμκ et corr.af*: Nemete *m*: Nemeas *Chlnwφ et pr.af*: Nemacas *O*: Nemea *i v*2. *vindob.* 1. *λα*: *om. Vindob.* 3. quae *om. l*, *in rasura i* 19. Et *c vindob.* 2. *z* quom *Pfwφ* Decenber *B* bruma] umbra *v*2. impetens *n* 20. mugitet *pr.P* 21. apsea (*sic*) *G* repetens *BPilsw et pr.a* Tarrachonis *B*: Taraconis *bhiz* litora] iuga *bc et pr.f* 22. Laletaniam *XBEGV*4. *Oλα*: Lalethaniam *n*: Laletaaeam *Ccβγφκ et corr.h*: Lacetaniam 𝔓*F vindob.* 2., *Gruteri alter pr. manu et corr.m*: Laeetaneam *ailsw v*2. *vindob.* 1. *zπμ*: Laectaaeam *f*: Lactaneam *b*: Balctanam *pr.h et marg. f* 23. inligatas *XEF* mobilibns *var. lect. c* dammis plagas *BCEGV*4. *Vindob.* 3. *sw et pr.a*: damnis plagas *XFφ*: dammas *vel* damas plagis *reliqui.* 24. Mactavis *E*: lactabis *v*2.*w* vernas *XBEGcimpswλ*𝔄(𝔓), *Bongarsianus, palatinus alter et pr.V*4. *a*, *corr.fhl*: vernos *CFOPbn vindob.* 1. 2. *zβπφμκα* 25. Leporem et forti *i* forti *om.h* calidum *ai vindob.* 1. *w et pr.G* rumpens *hm*: rupes *v*2.: rumpet *i* 26. relinquens *X Vindob.* 3. vilico *XBEF V*4. *n* 27. Vicina silva in ipsum *s*

Infante cinctum sordido;
Vocabitur venator et veniet tibi
Conviva clamatus prope;
Lunata nusquam pellis et nusquam toga
Olidaeque vestes murice;
Procul horridus Liburnus et querulus cliens,
Imperia viduarum procul;
Non rumpet altum pallidus somnum reus,
Sed mane totum dormies.
Mereatur alius grande et insanum sophos:
Miserere tu felicium
Veroque fruere non superbus gaudio,
Dum Sura laudatur tuus.
Non impudenter vita quod reliquum est petit,
Cum fama quod satis est habet.

L.

Si tibi Mistyllus cocus, Aemiliane, vocatur,
Dicatur quare non Taratalla mihi;

---

37. Mercetur L, 2. Dicetur

---

28. Iufoute *b:* Iu frunte *margo b et corr.f:* Ni fuute *γ* ciuctus *XBCEGPV4.bnps v2. wzγ et pr.afh vindob.* 1.: tiuetum *vindob.* 2. 29. Veuabitur veuatur (*margo* Vocabitur) *n:* Veuabitur vuecatus *XBE* (*venabitus*) *GV4.* 𝔄: Veuiet vocatus *C Vindob.* 3. *bfh* 30. Curviua *vossianus.* 31. Limata *Vindob.* 3. 32. Oliadaeque *w* veste *s* muricae *Paf vindob.* 1.2.: mirice *π* 33. Prucul *om. φ* urridus *π:* olidus libertus *vossianus* quaerulus *EPw* 35. pavidus *i:* squalidus *Heinsius.* sopuum *G* 36. dormieus *w et pr.ai* 37. Mereatur *XBE* (mereatus) *FGV4. Vindob.* 3. 𝔓, *Bongarsianus et Gruteri tertius:* Mercutur *Cabcfhilms v2. vindob.* 1. 2. *wzβγπφμκ et pr.n:* Mercetur *Oλα et corr.n* et aauum *FP* sohpos *φ* 38. iufelicium *i* 39. Veroque] Vero *corr.G* 40. Surra *μ:* Scura *corr.f:* scurra *i* 41. iupudeuter *XE:* imprudeuter *φ:* uou impudeute vita quae reliquum impetit *vussianus.* vitae *P et corr.f* quod reliquum est *um. vindob.* 2.: quud relicum est *BEV4.* (*margo:* „*vel* reliquum“): reliquum vita quud est *bc* 42. Quum *Oφ et pr. vindob.* 1.: Quem *Pπ et corr.a vindob.* 1.: Quam *βγμκ* fame *i*

L. * Ad Aemiliauum *TX.* 1. Mistillus *Tw:* Mustillus *BGV4. bh:* Mystillos *margo h* cuqus *h:* cuquus *bcl* 2. Dicatur *TXGφ:* Dicotur *reliqui.* Taratulla *c et pr.h:* Taratilla *absw:* Terat alla *XC*

LI.

Non facit ad saevos cervix, nisi prima, leones.
Quid fugis hos dentes, ambitiose lepus?
Scilicet a magnis ad te descendere tauris
Et quae non cernunt frangere colla velis.
Desperanda tibi est ingentis gloria fati:
Non potes hoc tenuis praeda sub hoste mori.

LII.

Commendo tibi, Quintiane, nostros —
Nostros dicere si tamen libellos
Possum, quos recitat tuus poeta —:
Si de servitio gravi queruntur,
Assertor venias satisque praestes,
Et, cum se dominum vocabit ille,
Dicas esse meos manuque missos.
Hoc si terque quaterque clamitaris,
Impones plagiario pudorem.

LIII.

Una est in nostris tua, Fidentine, libellis
Pagina, sed certa domini signata figura,
Quae tua traducit manifesto carmina furto.

LI, 4. velint LII, 3. Possim

LI. * De leone et lepore *T*: Ad leporem et leonem *X*. 1. leonis *T* 2. ambitiosa *T* 3. a te *B* discendere *T* 4. Etque non *T*: Et quem non *X* contemnunt *Heinsius*. tangere *Cφ* velis *TC*: velint *reliqui*. 5. facti *Tl*

LII. Ad Quintianum *X*. 1. Quinciane *B*: Quintiliane *acsw* 2. si tamen dicere *absw* 3. Possim *z* 5. Adsertor *X*: „*vel* assector" *c* vadesque *Heinsius*. 6. Et cum dominum *pr.G*: Et cum te dominum *corr.G*: Et cum se donum *φ* 8. Haec si *φ*

LIII. * Ad Fidentinum *TX*. 1. tua Fidentine] o Fidentine *cbhl vindob*. 1. (*margo* tua) *z* 2. dominis *T* si grata *T* 3. crimina *XBGhX et Turnebus Adversar. XIII*, 24. [4. 5. om. *T*.]

Sic interpositus vitio contaminat uncto
Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus,
Sic Arretinae violant crystallina testae,
Sic niger in ripis errat cum forte Caystri,
Inter Ledaeos ridetur corvus olores,
Sic ubi multisona fervet sacer Atthide lucus,
Improba Cecropias offendit pica querelas.
Indice non opus est nostris nec iudice libris,
Stat contra dicitque tibi tua pagina „Fur es."

LIV.

Si quid, Fusce, vacas adhuc amari, —
Nam sunt hinc tibi, sunt et hinc amici —
Unum, si superest, locum rogamus,

LIII, 4. vili contaminat unco 6. Aretinae 11. nec vindice

---

4. Sic interpositus (interpositos *G*) vitio contaminat uncto *XBCGO pr.h et Turnebus Adversar. XXIII*, 25.: Sic interpositus vilis contaminat uncto *z:* Sic interpositus vili contaminat uncto *corr.h:* Sic interposito (interpositos *pr.l*) vilis (villis *s*) contaminat unco (uncto *blma*) *abclswμxa* 𝔓, *palatinas alter*, *Scriverii MSS.* 𝔅 *et corr.m:* Sic incomposito vilis contaminat uncto *p:* Sic intercepto vilis contaminat uncto *φ:* Sic interpositus villo contaminat uncto *„ex codicibus minus interpolatis" Heinsius in Claudian. Eutrop. I*, 276. 5. Urbico *corr.a* Ligonicus *μx:* Longoncus *s* Tyriantina *G:* Tiriantina *bh:* Tyrintina *φ:* Thirianthina *XB* bardo cucullus *Gsμ et corr. h:* bardo cuaullus *B:* bardaecocullus *b:* barda cucullus *aw et pr.h* 6. Arrentinae *Bbw:* Arentinae *a:* Araetinae *T:* Carretinae *G:* Arrectinae *C* crystalina *μx:* crustalina *XB:* cristallina *bw:* christallina *T* 7. errnt cum forte] errant cum forte *c:* certa cum fonte *b* Calstri *TO:* Chaistri *b:* Cahistri *B* reddetur *pr.p* 9. multo sona *T:* dulcisona *Heinsius.* Attide *Caclswz et margo h:* Attndo *b:* Atide *GO:* Actide *XB:* Actile *z:* alite *T pr.h et margo Gryphii.* 10. coctrophia *T* offendit] *„In aliis est* affundit" *Scriverius:* offundit, offandit, obtundit *coniecturae.* pyca *B* querollas *TB* 11. Indice] Iudica *h* nec indice *XBCOX abclmswzφ:* nec indice *TG:* nec vindice *hpμxa* 12. Sat *h:* Sed contradicit tibi quae tibi pagina fur est *G*

LIV. Ad Fuscum *X:* Ad Fuscum P. Praet. in Dacis *„CV et MSS. Iuvenal." Bevertaadus.* [*Collatus est parisinus* 8284.]
1. vocas *G* 2. hic tibi *XB* sunt et hinc et hinc *G:* sunt hinc et *B* 3. Imum qui *Heinsius.* iocum *X:* locus *z* [4. 5. 6. 7. 8. *apponit D:* Nullum quod tibi sit — vetus sodalis.]

Nec me, quod tibi sim novus, recuses:
Omnes hoc veteres tui fuerunt.
Tu tantum inspice qui novus paratur
An possit fieri vetus sodalis.

LV.

Vota tui breviter si vis cognoscere Marci,
Clarum militiae, Fronto, togaeque decus,
Hoc petit, esse sui nec magni ruris arator,
Sordidaque in parvis otia rebus amat.
Quisquam picta colit Spartani frigora saxi
Et matutinum portat ineptus Ave,
Cui licet exuviis nemoris rurisque beato
Ante focum plenas explicuisse plagas
Et piscem tremula salientem ducere seta
Flavaque de rubro promere mella cado?
Pinguis inaequales onerat cui villica mensas
Et sua non emptus praeparat ova cinis?
Non amet hanc vitam quisquis me non amat, opto,
Vivat et urbanis albus in officiis.

LVI.

Continuis vexata madet vindemia nimbis:
Non potes, ut cupias, vendere, copo, merum.

LV, 13. me non amet LVI, 2. cuperes caupo

---

4. si *b:* sum *parisinus* 8284. *μκα* 6. Tu tamen *G:* Tum tamen *φ* 7. vetus] novus *s*

LV. Ad Frontonem *X.* 1. tua *μ et pr.κ* 3. patet *abhwzφ* suis *Heinsius.* amator *BC* 4. Sordida quae *w:* Sobriaque *Casp. Barthius.* 5. Quisnam — colat — portet *Heinsius.* 6. avem *XBCw et pr.a:* matutinam — avem *s* 7. Quoi *l* exuviis nemoris rurisque beato 𝔓 *et pr.a:* exuviis nemoris rurisque beati *s:* exuti nemoris rurisque beati *XBCGObhlz* (*margo* exigui) *et var. lect. c:* exigui nemoris rurisque (ruris nemorisque *c*) beati *cpwφμκα et corr.a:* exculti *Heinsius.* 8. Ante focus *corr.x* exposuisse *XBCG𝔄* plagas] vias *B* 9. saeta *X* 11. in aequales *μ* vilica *X:* vilia *B* 12. temperat] praeparat *Heinsius.* 14. urbanus *XBC* albus] amptus *margo Iuntinae Lemairii.*

LVI. Ad cauponem *X.* 1. manet *Bch* nobis *pr.B* 2. cuperes *COabhlpswzμκα:* velles *φ* copo *Xbchx*𝔓 *aliique:* caupo *vulgo.*

LVII.

Qualem, Flacce, velim quaeris nolimve puellam?
Nolo nimis facilem difficilemque nimis.
Illud quod medium est atque inter utrumque probatur:
Nec volo quod cruciat, nec volo quod satiat.

LVIII.

Milia pro puero centum me mango poposcit:
Risi ego, sed Phoebus protinus illa dedit.
Hoc dolet et queritur de me mea mentula secum
Laudaturque meam Phoebus in invidiam.
Sed sestertiolum donavit mentula Phoebo
Bis decies: hoc da tu mihi, pluris emam.

LIX.

Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum.
Inter delicias quid facit ista fames?
Redde Lupi nobis tenebrosaque balnea Grylli:
Tam male cum cenem, cur bene, Flacce, laver?

LVII, 3. probamus LVIII, 3. mecum LIX, 4. lavor?

LVII. Ad Flaccum *X. Extat in Anthologia Burmanni III*, 261. (*Tom. I*, p. 685.) 1. quaeris *om. w* nolimque *p* [3. 4. *apponit D.*] 3. Illud] Unum *libri Burmanni.* atque] quodque *l et libri Burmanni:* atque exutrinque *B* probatur *XBGφμ et libri Burmanni:* probatum *bch:* probamur *l:* probamus *reliqui,* 4. quod cruciet *λ et libri Burmanni:* quae cruciat *z:* quae cruciet *cm:* quam cruciat *corr.h* quod satiet *libri Burmanni:* quae satiat *z:* quae satiet *cm:* quam satiet *corr.h*

LVIII. De puero et mangone *X.* 1. Milia *libri plerique omnes:* Filia *G* pro puero ter centum *G* 3. Haec dolet *Oφ* hoc queritur *G* de me] dolet hoc *abchpswzμκα* mecum *sawzμκα:* secum *reliqui cum λ𝔄* 4. in *om. X:* mea Phoebus in invidia *B* 5. sextertiolum *Gahw:* sextiolum *b*

LIX. * Ad Flaccum *TX.* 1. Baiona *T* tibi *aw* quadrante *XABC* 3. Rete *T* Luci *AGl:* Lyci *margo A:* lucem *X:* vicem *B* Grilli *TBObhwμκ:* Gralli *vel* Grolli, *ut videtur, G* 4. cur] cum *G* laver *T et vossianus:* labor *Ab:* bibo *pr.h:* lavor *reliqui.*

LX.

Intres ampla licet torvi lepus ora leonis,
Esse tamen vacuo se leo dente putat.
Quod ruet in tergum vel quos procumbet in armos,
Alta iuvencorum vulnera figet ubi?
Quid frustra nemorum dominum regemque fatigas?
Non nisi delecta pascitur ille fera.

LXI.

Verona docti syllabas amat vatis,
Marone felix Mantua est,
Censetur Apona Livio suo tellus
Stellaque nec Flacco minus,
Apollodoro plaudit imbrifer Nilus,
Nasone Peligni sonant,
Duosque Senecas unicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba,
Gaudent iocosae Canio suo Gades,
Emerita Deciano meo:
Te, Liciniane, gloriabitur nostra,
Nec me tacebit Bilbilis.

LXII.

Casta nec antiquis cedens Laevina Sabinis
Et quamvis tetrico tristior ipsa viro

LX. De lepore et leone *X*. 1. torvi] placidi *h* 3. aut quos *bchl*: vel quod *G* prorumpet 𝔛 4. inmentorum *h et pr.f* figit ibi *G*: viget *μ*: fidet *φ* 5. Quod *l* dominum nemorum *Oabfhwz*: nemorum regem dominumque *G*: nemorum *om. s* 6. selecta *m*: deiecta „*i. e. quam deiecit*" *Salmasius MS.*

LXI. Ad Licentianum auctores unde nascantur *X*. 1. doctis *B* 3. Apono *XAB*: Aponi *bmz vindob.* 1. *et corr.ah*: Apponi *O vindob.* 2. Levio *X* sua *l* 4. Stellaeque *bs et pr.f*: Atella *margo a* 5. Appollodoro *μx* plaudet *i*: gaudet *XABCGO Vindob.* 3.𝔛 umbrifer *s*: Appollodore tibi papyrifer Nilus *margo Iuntinae Lemairii.* 6. Nasonem *BGhlz et pr.p* 7. Duos *corr.G* unicumque] unum *B* 11. Telecí ane *X erasis duabus litteris*: Tele ciniane *A*: Te Litiniane *B*: Teleciane *G*: Te Liciane *vindob.* 1. *za et corr.a*: Te Luciniane *b*: Te Luciane *fhφ*: Teleciano *Vindob.* 3.

LXII. * De Levina *T*: De Lebina *X* 1. Laebina *XAC* 2. ipsa] illa *l*

Dum modo Lucrino, modo se permittit Averno,
Et dum Baianis saepe fovetur aquis,
Incidit in flammas iuvenemque secuta relicto
Coniuge Penelope venit, abît Helene.

LXIII.

Ut recitem tibi nostra rogas epigrammata. Nolo.
Non audire, Celer, sed recitare cupis.

LXIV.

Bella es, novimus, et puella, verum est,
Et dives, quis enim potest negare?
Sed cum te nimium, Fabulla, laudas,
Nec dives neque bella nec puella es.

LXV.

Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba
Et dici ficos, Caeciliane, iubes.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos, Caeciliane, tuos.

LXIV, 3. Sed dum

---

3. semper mittit *B*: se praemittit *a* 5. in *om. pr.B* 6. paene lope *T*: penolope *μ* veniet *A et pr.B*: venit et *corr.B* Thymele *GX Bononiensis.*

LXIII. Ad Celerem *X.*

LXIV. Ad Fabullam *X*: Ad Fabulam *T.* [*Collatus est parisinus* 8284.] 2. Et *om. s* 3. Sed cum *TXABCGl*: Sed quom *φ*: Sic dum *parisinus* 8284.: Sed dum *reliqui.* 4. neque bella] nec bella *Csz et pr.a* neque puella *Tbfhμ*: nec puella nec bella es *bw*

LXV. Ad Caecilianum *X.* [*Collatus est V4. et parisinus* 8284.] 1. Dum *λ* ficos *acswμx* 2. Et dixi *parisinus* 8284. *et pr.B* ficus *Babcswμx et pr.h* Tetiliane *V4. et pr.B*: Laetiliane *codex Charisii.* iubes] putas *Charisius.* 3. Dicimus *codex Charisii loco priore.* ficos *corr.a* quasumus *pr.B* 4. Dicamus *codex Charisii utroque loco et Prisciani Erlangensis alter.* ficus *XGzφ et Priscianus loco priore.* *Tangit hoc carmen Sosipater Charisius Instit. Gramm. I, p.* 75. *Putsch.*, p. 54. *Lindemann.* „*Varro* de ficu se suspendit *dicendo dedit multis licentiam, ut haec et has ficus dicerent, quod usurpare maluimus propter cacemphaton, de qua re Martialis elegantissime loquitur. Ait enim:* Cum

LXVI.

Erras meorum fur avare librorum,
Fieri poetam posse qui putas tanti,
Scriptura quanti constat et tomus vilis.
Non sex paratur aut decem sophos nummis:
Secreta quaere carmina et rudes curas
Quas novit unus scrinioque signatas
Custodit ipse virginis pater chartae,
Quae trita duro non inhorruit mento.
Mutare dominum non potest liber notus.
Sed pumicata fronte si quis est nondum
Nec umbilicis cultus atque membrana,
Mercare: tales habeo; nec sciet quisquam.
Aliena quisquis recitat et petit famam,
Non emere librum, sed silentium debet.

LXVI, 3. constet

---

dixi — tuos.“ *Rursus p.* 103. *Putsch.*, *p.* 73. *Lindemann.* „*Ficos vitium esse corporis, proinde declinari debere quasi pomum. Martialis in Laetilianum iocantis nobis occurrit exemplum, nam ita loquitur:* Cum dixi — tuos; *ut sit ἀσύνδετον dictum, quamvis quidam ficus vitium esse velint.*“ *Probus Institutt. Gramm. II*, 1, 41. (*Lindemann. Corp. I*, *p.* 121.) „*Haec ficus, huius fici, pomum. Sic Martialis:* Dicemus ficos quas coustut iu urbore uatus; *et huius ficus:* Dicemus ficus [Caeciliune tuos]. “ *Denique Priscianus VI*, 14, 76. (*I*, *p.* 270. *Krehl.*) „*Etiam hic ficus vitium corporis quartae est. Martialis in primo Epigrammaton:* Cum dixi — tuos. *Ex quo ostendit* (osteuditur *codex Halberstadiensis a Th. Schmidio meo inspectus*) *et vitium et fructum posse quartae esse declinationis, genere autem differre.*“ *Rursus VI*, 16, 83. (*I*, *p.* 277. *Krehl.*) „*Martialis in Epigrammatibus:* Dicemus ficus quas scimus in arbore nasci.“

LXVI. Ad Cerylum *X:* Ad Cerilum *ABCh:* Ad Chorilum *G:* Ad Choerylum *O:* Ad furem suorum librorum *φ* 1. fur] fuit *b:* furavere *B* 2. tanta *pr.B:* tauto *Gronovius.* 3. Strictura *B* coustat *XABCGclz et corr.a:* coustet *reliqui.* tomus *in rasura φ:* tomulus *p:* domus *bμx* 4. nummis sophos *s* 5. Secretus *s* quare *G* cura *s:* „*al.* cartas“ *c* 6. Quos *s* novit iauus *φ* scriuio signatus *G* 7. pater chartae] parte chartae *z:* partae *XB* 8. tritu] credo *c:* tria *X* duro] duo *XAG et pr.Bw:* doli (?) *corr.B:* clivo *C* uou *om.c* horruit *XAB* 10. puuicata *G* est *om. bc* 11. Nec] Hec *φ* umbilicus *XABCG bchlsw et pr.a:* umbilicis *reliqui:* umbilicos *Heinsius.* cultus] custos *XB* menbraua *B* 12. habeo *XABCGφ et codex Roelandii:* abeo *𝔓:* ab hero *z:* ab eo *reliqui:* Labeo *Douza.* 13. fama *φ* petit *XABGOz𝔓:* cupit *margo m:* quaerit *reliqui.*

LXVII.

Liber homo es nimium, dicis mihi, Choerile, semper.
In te qui dicit, Choerile, liber homo est.

LXVIII.

Quidquid agit Rufus, nihil est nisi Naevia Rufo.
Si gaudet, si flet, si tacet, hanc loquitur.
Cenat, propinat, poscit, negat, innuit: una est
Naevia; si non sit Naevia, mutus erit.
Scripserat hesterna patri cum luce salutem:
„Naevia lux“ inquit „Naevia lumen, ave.“
Haec legit et ridet demisso Naevia vultu.
Naevia non una est: quid, vir inepte, furis?

LXIX.

Coepit, Maxime, Pana qui solebat,
Nunc ostendere Canium Tarentos.

LXVIII, 5. Scriberet LXIX, 1. quae solebat, 2. Terentos

LXVII. * Ad Cerylum *TX*: Ad Cetilum *φ* 1. disel *X* 1. 2. Caerule *T*: Chaerule *μκα*: Cerile *XABb et pr.h*: Ceryle *XB versu altero*: Choeryle *O*: dicunt hoc Cetile multi *φ* 2. quis dicit *l*: quid egit *X*: quid degit *pr.A*: qui degit *BG et corr.A*: quisquis agit 𝔇: quisquis agis *C* Choerile] Cetile *φ* home liber *O* es *XBCz*

LXVIII. * De Rufo et Nevia *TX*. *Affert Ioannes Saresberiensis Nug. Curiall. p. 452. Amstelod.* „*Desipit Rufus in Naevia* (venia *editio princeps, ut infra in carmine*), *a qua eum* (enim *editio princeps*) *teste Coquo nullus casus avertit* (evertit *editio princeps.*) *Nam* Quicquid“ *sqq.* 1. agis *z* Ruffus *κα* nihil] non *l* nisi *om.T* aut loquitur *Saresberiensis editio princeps.* 3. negat] rogat *bhm et pr.f* induit *φ*: annuit *margo Iuntinae Lemairii.* 4. Naevia] Rufus *B* Naevia mutus] Nevius mutus *G* 5. Scripserat *T*: Scriberet *reliqui.* aesterna *X* salute *T* 6. inquid *G*: imquit *B* numen *α*: lumen *libri cum* 𝔄𝔓m *et Gruteri tertio.* have *T*: habe *ABCG*: ait *z* 7. Hanc *corr.af* dimisse *c* 8. una] vana *T* furis] fuit 𝔅

LXIX. Ad Maximum *X*. [*Omittunt Epigramma cz.*] 1. Cepit *μα* Pana qui *O et Domitii commentarii ad III*, 20, 21.: Panaque *AB*: Pana quae *reliqui.* 2. Terentes *α*

LXX.

Vade salutatum pro me, liber: ire iuberis
Ad Proculi nitidos, officiose, lares.
Quaeris iter, dicam: vicinum Castora canae
Transibis Vestae virgineamque domum;
Inde sacro veneranda petes Palatia clivo,
Plurima qua summi fulget imago ducis.
Nec te detineat miri radiata colossi
Quae Rhodium moles vincere gaudet opus.
Flecte vias hac qua madidi sunt tecta Lyaei
Et Cybeles picto stat Corybante torus.
Protinus a laeva clari tibi fronte Penates
Atriaque excelsae sunt adeunda domus.
Hanc pete, nec metuas fastus limenque superbum;
Nulla magis toto ianua poste patet,
Nec propior quam Phoebus amet doctaeque sorores.
Si dicet „Quare non tamen ipse venit?"

LXX, 5. Pallatia 10. tholus. 11. Protenus

LXX. * Ad librum suum *TX.* 1. salutator *bfh* 2. Ad procal innitidos *T:* Ad poculi nitidos *AG:* Ad procol ioitido *s:* At procul io nitidos *B* olficiosi *A:* „*al.* ambitiose" *c* 3. ioterdicam *sw* vicinam *sw et pr.a* 4. Vestes *G:* Vestas *XIB* 5. Io sacro *C:* ludo sacra *T* veoerando *XA* repetes socro veneranda *l* Palatia *Aabhzμx:* Palacia *BC:* Palatio *X:* Pallatia *vulgo. Servius in Virgil. Aen. VIII,* 51. „*Si a balatu hoc nomen venerit*, Pa *longum est, sicut Martialis ponit plerumque.*" clibo *T:* divo *Xw* 6. Plurima] Aurea *margo Iuntinae Lemairii.* qoae *l* somma (*corr.* summi) fulgit *T* 7. radieata *Gryphianae.* miri rodiata coloris *T:* miro radiata colossi 𝔓: miro radiata colore *margo Gryphii.* 8. Quae thodiam *in rasura φ:* Qoae rodia *T* 9. hac] haec *T* Licei *G* 10. Cibeles *GOb:* Clbelles *w:* Cibeloe *corr.s:* Cibele *pr.s:* erodelës *T* picto] puro *λ* Corybate *B:* Chorybate *X:* Coribonte *TObμx:* Choribante *Gw* torus *Th:* tboros *Cbcsw et pr.af:* chorus *m:* tolus *X:* colas *B et pr.l:* tholus *reliqui.* 11. tibi fronte *XABC lzφ𝔄 corr.f et duo Gronovii:* tibi fonte *T:* tibi nocte *G:* sub foote *bh et pr.f:* sub froute *reliqui.* Peuatis *corr.B* 12. excelsa *X* 13. Hac *Iunius* oee metuas *XABCGlφ:* ne timeas *s:* ne metuas *reliqui:* neu motuos *Gruterus.* factns *A* lumeu *T* 14. maius *T* pater *pr.B* 15. proprior *XABμ:* potior *T:* Neve prior *C* quam *om.T:* qua *l:* quod *φ* Foebus *T* amet *TXABCGwφλ, pr.a et corr.f:* amat *reliqui.* [16. *om. pr.A*] 16. veui *G*

Sic licet excuses „Quia qualiacunque leguntur
Ista, salutator scribere non potuit.“

LXXI.

Laevia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde qnattuor, Ida tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica Falerno,
Et quia nulla venit, tu mihi, Somne, veni.

LXXII.

Nostris versibus esse te poetam,
Fidentine, putas cupisque credi?
Sic dentata sibi videtur Aegle
Emptis ossibus Indicoque cornu;
Sic quae nigrior est cadente moro,
Cerussata sibi placet Lycoris.
Hac et tu ratione qua poeta es,
Calvus cum fueris, eris comatus.

LXXIII.

Nullus in urbe fuit tota qui tangere vellet
Uxorem gratis, Maeciliane, tuam,
Dum licuit: sed nunc positis custodibus ingens
Turba fututorum est: ingeniosus homo es.

LXXI, 1. Naevia sex calathis **LXXIII, 2. Caeciliane**

[17. 18. *om. T.*] 17. Sic dicet *pr.A:* Si licet *X et pr.B:* Sit licet *pr.a:* Scilicet *CX et corr.B* legentur *φ*

LXXI. Ad Somnum *X.* 1. Laevia *XABCG et corr.f*, 𝔓 *et Bongarsianus:* Aevia *om. littera φ:* Livia *Vindob.* 3.: Naevia *reliqui.* quathis *A:* quatis *pr.B:* qualatis *corr.B:* qualathis *Bongarsianus et „quaedam membranae“ Scriverii:* pateris *G Vindob.* 3: cyathis *reliqui cum* 𝔓 *et, ut videtur, X.* 2. Lydae *XA* 3. numeratus *s*

LXXII. Ad Fidentinum *X.* 1. te *om.G* 2. credis *XB* 3. demptata *B* tibi *XACGφ* 5. candente *bhlsw et pr.a* mauro *bchlφ* 6. Cerusata *AG* Licoris *XAμx:* liquoris *B* 7. et tu] et *G:* etiam *abcmpwzμxa* 8. eri comatus *X:* heri comatus *pr.B:* heris comatus *corr.B*

LXXIII. * Ad Caecilianum *X:* Ad Mecilianum *T* 1. vellit *T* 2. Meciliane *T:* Caeciliane *reliqui.* 4. futurorum *XGw et pr.AB:* fututorum *z:* salitorum *T* es] est *TB*

LXXIV.

Moechus erat: poteras tamen hoc tu, Paula, negare.
Ecce vir est: numquid, Paula, negare potes?

LXXV.

Dimidium donare Lino quam credere totum
Qui mavult, mavult perdere dimidium.

LXXVI.

O mihi curarum pretium non vile mearum,
Flacce, Antenorei spes et alumne laris,
Pierios differ cantus citharamque sororum;
Aes dabit ex istis nulla puella tibi.
Quid petis a Phoebo? nummos habet arca Minervae;
Haec sapit, haec omnes feuerat una deos.
Quid possunt hederae Bacchi dare? Palladis arbor
Inclinat varias pondere nigra comas.
Praeter aquas Helicon et serta lyrasque dearum
Nil habet et magnum, sed perinane sophos.

LXXVI, 3. cantusque chorosque 7. possent

LXXIV. * Ad Paulam *TX.* 1. Moechus] Medius *T* 2. nuuqnam *λ*

LXXV. * De Lino *TX.* [*Apponit D.*] 1. 2. Demedium *T* 1. dare *sw et pr.a* quam credere] quam perdere *pr.f* 2. mavolt *fw* quam perdere *G*

LXXVI. De Flacco X. [*In a vindob.* 1. *w ante versum tertium novus titulus:* „Quod poetae nihil lucri habent.“] 2. Anthenorei *μx:* Antenorii *φ* et *om.z* 3. differt *pr.G* cantus citharamque *XABCG Vindob.* 3. 𝔄: cantus chorosque *c:* cantusque chorosque *reliqui.* sororum] sonantem *CD* 5. ad Phocho X 6. capit *Heinsius* haec super haec omnes *margo Iuntinae Lemairii.* omnis *Oawμxa* una] nuda *pr.G* deos] dies *sw et pr.a* nummos habet arca Monetae; Haec sapit, haec omnes temperat una deos *Marklandus in Statii Silv. III,* 3, 105. 7. Quod *A* Bachi *φμx* Pallados *Oabhlwz et corr.c* 8. vario *Schmiederus:* gravidas *vel* varas *Heinsius.* ponere *m* pigra *Heinsius.* 9. Licon *XABCG:* Elycon *wμx* lyraque *h et pr.b* deorum *ABO Vindob.* 3. *μxu et corr.f:* dearum *reliqui cum* 𝔓*m:* decorum *Heinsius.* 10. sed perinane *XOm Bongarsianus:* sed per inane *BCGφ:* sedper mane *A:* „*vel* semper in orc“ *m:* semper inane *reliqui.*

Quid tibi cum Cirrha? quid cum Permesside nuda?
Romanum propius divitiusque forum est.
Illic aera sonant: at circum pulpita nostra
Et steriles cathedras basia sola crepant.

LXXVII.

Pulchre valet Charinus, et tamen pallet.
Parce bibit Charinus, et tamen pallet.
Bene concoquit Charinus, et tamen pallet.
Sole utitur Charinus, et tamen pallet.
Tingit cutem Charinus, et tamen pallet.
Cunnum Charinus lingit, et tamen pallet.

LXXVIII.

Indignas premeret pestis cum tabida fauces
Inque suos vultus serperet atra lues,
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos
Decrevit Stygios Festus adire lacus.
Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno
Aut torsit lenta tristia fata fame,

---

11. cum Cirra *XAB Vindob.* 3. *φ*: cum Cyrra *corr.a*: cum cythara *Obhw et pr.a vindob.* 2. Permesside nuda 𝔓𝔅 *et corr.az* „*velificante aura optimi codicis*“ *Scriverii*: „*al.* Parnaside nuda“ *l*: Permessides unda *s*: Permessidis unda *XABG*: Permessidos unda *CObchlmpwφμκα et pr.a*: Permesside lympha *Bongarsianus et codex Iani Gulielmii Verisimill. III*, 19. 12. proprius *XBs*: propium *A*: proprium *CG*: potius *Heinsius.* divitiumque *XABC* est *om. vindob.* 1. 2. 3. *et corr.a* 13. et circum *φ*: ad circum pulpita *XABf*: ad circum et pulpita *Gabhs vindob.* 1. 2. 3. *wz et pr.c*, *et codex Iani Gulielmii l. c.*

LXXVII. * Ad Carinum *T*: De Carino *X*. 1. Carinus *ubique TXBbfhφμκα et pr.A* 2. Parce] Pulchre *acmswz* 3. Bene concoquid *AG*: Bene conquoquit *b*: Pulchre coquid *φ* 4. *om. abchswμκα*: *inverso ordine* 5. 4. *O* 5. Cutem tinguit *Cφ* Tinguit *XABGfz*: Fingit *Heinsius.* 6. Cunnum *aw*: Cyminum *G* linguit Carinus *bhφμκ*: Lingua nefas Carinus *T* et tamen] *om. C*; ideo *lp*

LXXVIII. De Festo *X*. 1. pestes *AB* lurida *pr.c* 2. suos 𝔓*bchmz*: ipsos *reliqui*; pios *Heinsius.* 3. ipsa *C* genus flectens *pr.b* hortatur *fφ* 4. Festos *z* locos *o* 5. tantum *φ* obscure *B* palluit *G et codex Gulielmii Verisimill. III*, 19. ore *pr.B* 6. facta *pr.A*: ora *C* famem *XA et pr.B*: famos (?) *corr.B*

Sanctam Romana vitam sed morte peregit
    Dimisitque animam nobiliore via.
Hanc mortem fatis magni praeferre Catonis
    Fama potest: huius Caesar amicus erat.

LXXIX.

Semper agis causas et res agis, Attale, semper:
    Est, non est quod agas, Attale, semper agis.
Si res et causae desunt, agis, Attale, mulas.
    Attale, ne quod agas desit, agas animam.

LXXX.

Sportula, Cane, tibi suprema nocte petita est.
    Occidit puto te, Cane, quod una fuit.

LXXXI.

A servo scis te genitum blandeque fateris,
    Cum dicis dominum, Sosibiane, patrem.

LXXXII.

Haec quae pulvere dissipata multo
Longas porticus explicat ruinas,

LXXXI, 1. E servo

---

7. Scanctam *A*: Sancta *λ et corr.h* Romanam *XABbcfhl vindob.* 1. 2. *w*: Sca̅ et Romana *G*: Sanctam et Romanam *Vindob.* 3.: Romano vitam sed more *Heinsius*. 8. vita *XBp et Bongarsianus*: vitam *A*: rogo *achswz vindob.* 1. 2. *μκα*, *var. lect. b et Gruteriani*: via *reliqui cum* 𝔄*λ et aliquot Scriverianis*. 9. praestare *s* 10. erat] habet *B*

LXXIX. Ad Attalum *X*. 1. Semper] Spurcas, *ut videtur, corr.w* 2. Si non est *φ* 3. desint *G Vindob.* 3. *bhz* mulos *κ*: nullas *C et margo f* 4. quid *C Vindob.* 3. *bch* agis *vindob.* 2. asinam *bchlpsz et pr.a, margo f et vindob.* 1.

LXXX. * Ad Canum *TX*. 1. Spartula *T* suppreme *BGa* petitata est *T*

LXXXI. * Ad Sosibianum *TX*: Ad Sosibicianum *φ*. 1. A servo *TXABCGO Vindob.* 3. *iλ*: Servo (*om. littera initiali*) *φ*: E servo *reliqui*. blandeque] planeque *Heinsius*. 2. Sosibicine *φ*

LXXXII. De Regulo *X*.

In tanto iacet absoluta casu:
Tectis nam modo Regulus sub illis
Gestatus fuerat recesseratque,
Victa est pondere cum suo repente;
Et postquam domino nihil timebat,
Securo ruit incruenta damno.
Tantae, Regule, post metum querelae
Quis curam neget esse te deorum,
Propter quem fuit innocens ruina!

LXXXIII.

Os et labra tibi lingit, Manneia, catellus:
Non miror, merdas si libet esse cani.

LXXXIV.

Uxorem habendam non putat Quirinalis,
Cum velit habere filios, et invenit
Quo possit istud more: futuit ancillas
Domumque et agros implet equitibus vernis.
Pater familiae verus est Quirinalis.

LXXXII, 3. En quanto 5. familias LXXXIV, 2. Cum vult

---

3. In tanto *XABCGO et „plerique codices scripti" Scriverii:* En quanto *reliqui:* Heu quanto *vel* Vitato *vel* En tanto *Scriverius.* absoluta] obvoluta *Heinsius.* 4. Rugules *x* 6. repente *z* 7. dominum *swzμxa et pr.a* 8. ruit] cecidit *XABCG:* cadit *O* non cruenta *G:* cruenta *XC* 9. Tutae *Ianus Rutgersius Varr. Lectt. VI,* 11. mecum *φ* querellae *A* 10. curas *pr.f*

LXXXIII. * Ad Maneiam *TX.* 1. Maneia *TG:* Mammeia *xλ:* Mãaela *φ:* Manuella *aswμa.* tui *b* 2. minor *μ et pr.x* „*Desunt aliqua" margo f alia manu.* merlas si libet comedere *φ*

LXXXIV. Ad Quirinalem *X.* 2. vult *fμxa et corr.a* 3. „*al.* potuit" *c* 4. Domumque] Domum *cz* [*Post versum* 4. *in XABCG desunt versus quinque, extremus huius Epigrammatis et quattuor priores sequentis, nullo intervallo: om. totum Epigramma λ.*] 5. Pater familias *mz, pr.c et corr.f* versus *o*

LXXXV.

Venderet excultos colles cum praeco facetus
    Atque suburbani iugera pulchra soli,
„Errat“ ait „si quis Mario putat esse necesse
    Vendere: nil debet, fenerat immo magis.“
„„Quae ratio est igitur?““ „Servos ibi perdidit omnes
    Et pecus et fructus, non amat inde locum.“
Quis faceret pretium nisi qui sua perdere vellet
    Omnia? Sic Mario noxius haeret ager.

LXXXVI.

Vicinus meus est manuque tangi
De nostris Novius potest fenestris.
Quis non invideat mihi putetque
Horis omnibus esse me beatum,
Iuncto cui liceat frui sodale?
Tam longe est mihi quem Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syenen.
Non convivere, nec videre saltem,
Non audire licet, nec urbe tota
Quisquam est tam prope tam proculque nobis.

LXXXV, 5. ubi   6. amet

LXXXV. De Mario *Oμκα*: De Praecone *hs.* [*Collatus est parisinus* 8284.]   1. occultos *s*   coles *parisinus* 8284.   2. sub urbani *μ*   culta *bchlmpzφ*: „*al.* parva“ *m*   3. esse] ista *margo Iuntinae Lemairii.*   4. immo] ergo *bclmz*   5. ibi *XABCGO et tres Scriverii*: ubi *reliqui.*   omnis *aωμ*: omneis *Oa*   6. Et puerus *b*   oum fructus *φ*   7. nisi quis *parisinus* 8284.: sua qui *s*   prodere *l*   8. Marius *l*: maior *pr.b et var. lect. c*   agro *c*: ago *pr.b*

LXXXVI. * De Novio (Nevio *T*) micropsico *TXBV*4.: De Novio micropisco *A*: De Novio et micropisco *C*: De Novio micropsycho *f*   1. manuque *T*: manu qui *s*   2. Nevius *T*   3. patetque *T*   5. Tanto *hm et var. lect. c*: Lucto *b*: „*puto melius* Santo“ *margo b*   frigi *T*: fari *G*   sodali *Bl*   6. Tam longa *T*: Iam longo *A*: Iam longe *G*   mihi] nobis *h*   7. Niliceam *s*: Miliacam *AB*: Iliacam *f*: Viliacam *w*   Syenem *aωμx*: Syene *φ*: Suenen *T*: Sienem *BGbh*   8. convivare *B*   non videre *abcfhmwzφμx et teste Heinsio T*: sed videre *l*   saltim *T*

Migrandum est mihi longius vel illi.
Vicinus Novio vel inquilinus
Sit, si quis Novium videre non vult.

LXXXVII.

Ne gravis hesterno fragres, Fescennia, vino,
Pastillos Cosmi luxuriosa voras.
Ista linunt dentes iantacula, sed nihil obstant,
Extremo ructus cum redit a barathro.
Quid quod olet gravius mixtum diapasmate virus
Atque duplex animae longius exit odor?
Notas ergo nimis fraudes deprensaque furta
Iam tollas et sis ebria simpliciter.

LXXXVIII.

Alcime, quem raptum domino crescentibus annis
Lavicana levi cespite velat humus,
Accipe non Pario nutantia pondera saxo,
Quae cineri vanus dat ruitura labor,

LXXXVII, 3. ientacula: sed nihil obstat, 4. venit

---

11. Grandum *T* 12. vel] ut *bh et pr.f* 13. volt *f*

LXXXVII. * Ad Fescenniam *TX*. 1. fragles *TXAB*: frages *G*: flagres *CObIswμ* Fascennia *absw*: Feseenia *μα*: Vescenia *κ* 2. Pastilinos *c* luxoriosa *A*: luxoria *T* varas *pr.B* 3. iantacula *Tsw et pr.a*: iomtacula *φ*: iactacula *XABCG*: gentacula *corr.B*: ientacula *reliqui*. obstant *C*: obsteut *T*: obstat *reliqui*. 4. Hesterno *φ* ruptus *T et pr.p*: ruptu *b*: ructus *φ* redit *T*: venit *reliqui*. baratro *T*: baratus, *ut videtur*, *G*: ub aratro *B*: quin veniat barathro *margo Iuntinae Lemairii*. 5. Quicquo dolet *T*: solet *w* diaplasmate *G et carr.h*: dapusmate *T*: de pasmate *c* virus] „*al.* vinum" *a* 6. Et duplex *φ* 7. Notas *pr.B* deprebensaque *T* furta] linga (*corr.* lingua) *B* 8. tolas *T* sic ebria semper eris *marga Iuntinae Lemairii*.

LXXXVIII. * Ad Alcimum puerum sepultum *T*: Ad Alcimum *X*. 1. Alcine *Gsλμ*: Alenne *φ* 2. Lavieana *TXABGO*: Labicanda *s*: Labeicania *l*: Libycana *b et pr.h*: Labicana *reliqui*. 3. Aspice *bhs* Pario *ACOabchlwμ𝔛 et Gruteri* „*gemini libri*:" Parvo *Ts et marga Gryphii*: puo *φ*: Fario *XBG*: Phario *mxα* „*ita habet antiquus cadex*" *Domitius*. nutantia] „*vel* micantia" *z* pundere *AGc*: munera *m* saxa *c* 4. *Om.C*: *in ABG* („*in MSS. multis*" *teste Oudendorpio*) est *post versum* 7. *In G post versum 7. spatium unius versus.* vanus] manus *G* rui cura *T*

Sed faciles buxos et opacas palmitis umbras
Quaeque virent lacrimis roscida prata meis.
Accipe, care puer, nostri monimenta doloris:
Hic tibi perpetuo tempore vivet honor.
Cum mihi supremos Lachesis perneverit annos,
Non aliter cineres mando iacere meos.

LXXXIX.

Garris in aurem semper omnibus, Cinna,
Garrire et illud teste quod licet turba.
Rides in aurem, quereris, arguis, ploras,
Cantas in aurem, iudicas, taces, clamas.
Adeone penitus sedit hic tibi morbus,
Ut saepe in aurem, Cinna, Caesarem laudes?

XC.

Quod nunquam maribus cinctam te, Bassa, videbam
Quodque tibi moechum fabula nulla dabat,

LXXXVIII, 5. fragiles 7. laboris LXXXIX, 2. Garris et illud 5. penite

---

5. faciles *TXABCGλ:* fragiles *reliqui.* buxus *BG:* busos *s:* buxe topacas *A* umbris s 6. Quaeque iurent *w:* Quaeque rigent *l* rosida *s:* rocida *φ:* humidu *mμκα et margo p:* roscida *reliqui cum* 𝔄𝔓, *Arondelliano*, *bodleiano.* 7. Accipe care] Acum pecore *T* monimenta *XAG:* munimenta *z:* momenta *T* (*teste Heinsio*) *et pr.B:* fomenta *Heinsius:* monumenta *reliqui.* laboris *z* (*margo* doloris) 𝔄 *et* „*libri veteres*" *Scriverii.* 8. tibi] ubi *s* vivit *Tμκα:* vivet *reliqui cum* 𝔓*m* 9. Cum mi supremus Lachesis pervenerit annus *T* perneverit *ABCObhzα:* praevenerit *el:* pervenerit *reliqui.*

LXXXIX. Ad Cinnam X. 1. Gauris *G* aures *φ* 2. Garrire *XABCGOlswφ et margo b, pr.a:* Gurrite *b:* Garris *reliqui.* 3. queris *h* anguis *G* 3. 4. *sic contrahit w:* Rides in aurem, iudicas, taces, clamas. 4. tudicas *z* clamas taces *e* 5. Adeo nec *μκ:* Adeo ne *α:* Adeoque *Arondellianus.* penitet 𝔓: penite *Gruterus.* sedet *Bcl* tibi hic *CGφ* 6. Anna *pr.B:* om. *G*

XC. * Ad Bassum Hermafroditum *T:* Ad Bassam Hermafroditam *X:* Ad Bassam Kerma editam *B.* 1. cinctam „*in scriptis, etiam Cuiaciano*" *Scriverii:* cunctam *T:* iuncta *μ:* iunctam *reliqui.* videmus *l* 2. Quod mihi mechum *G:* Quod tibi medium *T* meceum *φ*

Omne sed officium circa te semper obibat
  Turba tui sexus, non adeunte viro;
Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis:
  At tu, proh facinus, Bassa, fututor eras.
Inter se geminos audes committere cunnos
  Mentiturque virum prodigiosa Venus.
Commenta es dignum Thebano aenigmate monstrum,
  Hic ubi vir non est, ut sit adulterium.

XCI.

Cum tua non edas, carpis mea carmina, Laeli.
  Carpere vel noli nostra vel ede tua.

XCII.

Saepe mihi queritur non siccis Cestus ocellis,
  Tangi se digito, Mamuriane, tuo.
Non opus est digito: totum tibi Ceston habeto,
  Si deest nil aliud, Mamuriane, tibi.
Sed si nec focus est nec nudi sponda grabati
  Nec curtus Chiones Antiopesve calix,

XCI, 6. pro   XCII, 5. nudi nec

---

3. Omnes sed *p*: Omnis et *abchswz*, *parisinus* 8284., *μκα et Arondellianus*: Omne *sed reliqui cum ml et margine Gryphii*: Come sed officium *Scaliger*. 4. Turbati sexus *B*: Turbari sex *T* adeunda *l et margo Iuntinae Lemairii.* 5. fateor *om. T* 6. Ad tu *φ*: Sed tu *bhpz* proh *XOaw*: pro *reliqui*. fututor *w*: futuitor *corr.B*: adulter *T* 7. se *om. T* cummittere *w*: comittere *φ*: cyunos *G*: turpes *T* 9. Commota *A*: Conventa *μ* est *XAcφ* 10. non sit *cφ* ut] at *μ*: qui *margo Iuntinae Lemairii.*

XCI. Ad Laelium X [*Apponunt Excerpta Frisingensia.*] 1. capis *B* mea] nostra *h*

XCII. * Ad Mamurianum *TX*. 1. Cestos *XABCGμκα*: Questus *s*: Cestus *reliqui*. occellis *TG* 2. Tangis se *T*: Tangis eum *G* digyto *κ* 3. digitis *h* tantum *T* 4. aliut *pr.B* Marmuriane *G* 5. nec nudi *Tbh et quidam Oudendorpii*: nudi vel *s*: nuda nec *μκ*: nudi nec *reliqui*. grabatti *Xμκ*: crabacti *z* 6. Ne *s et pr.a* custus *T*: currus *ch* Chyones *φ*: Ciones *X*: Chionis *AC*: Duones *T*: Vones *B* Antiophisve *T*: Antiopesque *XABG Vindob.* 3.

Cerea si pendet lumbis et scripta lacerna
Dimidiasque nates Gallica braca tegit,
Pasceris et nigrae solo nidore culinae.
Et bibis immundam cum cane pronus aquam:
Non culum, neque enim est culus, qui non cacat olim,
Sed fodiam digito qui superest oculum.
Nec me zelotypum nec dixeris esse malignum;
Denique paedica, Mamuriane, satur.

XCIII.

Fabricio iunctus fido requiescit Aquinus,
Qui prior Elysias gaudet adisse domos.
Ara duplex primi testatur munera pili:
Inscriptum est, titulo quod breviore leges:
Iunctus uterque sacro laudatae foedere vitae,
Famaque quod raro novit, amicus erat.

XCIV.

Cantasti male, dum fututa es, Aegle.
Iam cantas bene; basianda non es.

---

7. trita   8. palla   XCIII, 2. abisse   4. legis:

---

7. Ceria *T* scripta *T*𝔓*XÁCG et corr.B*: scricta *pr.B*: stricta *lsw, bodleianus et pr.a*: trita *Obchpzφμκα*, *margo A*, *corr.a*: lumbis elumbis acernu *codex Barthii Adversariis XXXI*, 1.: sarta *Oudendorpius*: scrutu lacernae *Ianus Rutgersius*. lucernu *T* 8. Galliga *pr.T* braca *Heinsius*: praeda *T*: plaga *A* (*margo* pallu) *G*: palma *O*: palla *reliqui*. regit *s* 9. rigrne *vel* tigrae *T* coliuae *μκ* 11. 12. Non culum digito, aeque enim est qui aou cacat olim Culus, (Culum *G*) sed fodiam *XABCGO Vindob*. 3. 𝔄: Noa culum, neque enim est culus (cuius *T*: est *om. chl*; culus est *b*) qui non (non *om. s*) cacat (caca *w*) olim, Sed fodiam digito *reliqui cum* 𝔓 *et bodleiano*. 13. Nec] Non *Tc*: Neu *Heinsius*. zelothipum *T* diperis *s* 14. praedica *μ* Mammuriane *Gb*: Mamorieae *z*

XCIII. De Aquino *X*. 1. Labricio *G* iuncus *B* Aquiais *pr.B*: amicus *bcs* 2. adesse *B*: abisse 𝔓*Oaswμκα* 3. praemi *φ* 4. Inscriptum est *X* „*meliores MSS.*" *Scriverii*: Plus tamen est *pswzφμκα*: Inscriptum titulo *reliqui cum Vindob*. 3. 𝔄, *bodleiano et margine a*. quod] quem *φ* brevitate *s* leges *ACG Vindob*. 3. *lφ et* „*meliores MSS.*" *Scriverii*: legas *X*: legis *reliqui*. 5. Fuactus *aμκα* sacrae *h* laudato foedere *Gh*: laudutur foedere *z*: laudatae pondere vitae *Arondellianus*. 6. Famamque *μ* raros *uκ et Arondellianus*: qua raros *Gronovius*: quos raros *Roius*. novit] notus *c* eras *B*: erant *Heinsius*.

XCIV. Ad Aeglen *X*. 1. dum] quom *φ* 2. Iam] Nunc *z* bene cantas *b*: cantas male *c*

XCV.

Quod clamas semper, quod agentibus obstrepis, Aeli,
Non facis hoc gratis: accipis, ut taceas.

XCVI.

Si non molestum est teque non piget, scazon,
Nostro rogamus pauca verba Materno
Dicas in aurem sic ut audiat solus.
Amator ille tristium lacernarum
Et baeticatus atque leucophaeatus,
Qui coccinatos non putat viros esse
Amethystinasque mulierum vocat vestes,
Nativa laudet, habeat et licet semper
Fuscos colores, galbinos habet mores.
Rogabit, unde suspicer virum mollem.
Una lavamur: aspicit nihil sursum,
Sed spectat oculis devorantibus draucos
Nec otiosis mentulas videt labris.
Quaeris quis hic sit? Excidit mihi nomen.

XCVI, 10. Rogabis

XCV. * Ad Aelium *X*: *Nullum lemma T.* 1. elames *pr.A* Aeli *XAφ*: Aieli *T*: Hely *G*: *Heli zμκα*: Eli *reliqui.* 2. Non agis *G*: Non facias *p*

XCVI. Ad Seazonem *X*. 1. est molestum *asw* non *om.G* pudet *hz* seaton *G*: sazon˜ *b*: staton *aw* 2. Mamerto *B* 3. sie audiat *A et pr.B*: sie quod andlat *G* 5. leuchopaestus *XAB*: leueopaeatus *O*: leueo peatus *G*: leueopetatus *h*: leoeophaeatus *κ*: leueopalicatus *b*: leueopalliatus *c* 6. eoecinnatos *bw*: eoeinaatos *XB*: eoeinnatus *AG* 8. la'udat *hpμκα*: laudet *reliqui cum* 𝔓*m* 9. galbanos *pμκα*: gabiuos *φ* babeat *w φ et corr.a* 10. Rogabis *hmz* suspiearer *G*, *ut videtur*: suspieetur *φ* mollem] malum *B* 11. susum *XABG et Bongarsianus*: suum *C*: fuseum *bchlφ et corr.a* 12. Sed speetat] Despeetat *AG et codex Iani Gulielmii Verisimill. III*, 19.: Sed suspeetat *bclw et pr.a*: Respeetat *Heinsius.* traulos *b*: eraulos *c* 13. mentula *s* labris] plantis *φ* 14. hic qui sit *l*

XCVII.

Cum clamant omnes, loqueris tunc, Naevole, tantum,
Et te patronum causidicumque putas.
Hac ratione potest nemo non esse disertus.
Ecce, tacent omnes: Naevole, dic aliquid.

XCVIII.

Litigat et podagra Diodorus, Flacce, laborat.
Sed nil patrono porrigit: haec cheragra est.

XCIX.

Non plenum modo vicies habebas,
Sed tam prodigus atque liberalis
Et tam lautus eras, Calene, ut omnes
Optarent tibi centies amici.
Audit vota deus precesque nostras
Atque intra, puto, septimas Kalendas
Mortes hoc tibi quattuor dederunt.
At tu sic quasi non foret relictum,
Sed raptum tibi centies, abisti
In tantam miser esuritionem,
Ut convivia sumptuosiora,

XCVII, 1. tu, XCVIII, 2. chiragra

XCVII. * Ad Nevolum *TX*. [*Apponit D: collatus est parisinus* 8284.] 1. Cum] Dum 𝔛 clam amant *B* tunc *TXABCDG𝔛bp:* tu tum *h:* tu *reliqui.* tantum] semper *hμxα et parisinus* 8284.: tamen *O:* tantum *reliqui cum* 𝔛𝔓, *palatino altero et m* 3. Haec ratione potest nemeno non esse dissertus *T*

XCVIII. [*In φ praecedit XCIX.*] Ad Flaccum *X*. 1. Diadorus *w et pr.a* 2. Sed nihil *AGh* haec] hoc *φ* cheragra *XAB:* ciragra *w et pr.a:* cyragra *G:* podagra *Cb:* chiragra *reliqui.*

XCIX. * Ad Calenum avarum *TX*. 1. modum *T* viciens *T* habeas *X* 2. prodictus atque liberabit *T* 3. E tam *G* latus *TO* erat *w* 4. Optarentur *T* 5. Audiit *mw et teste Heinsio T:* Audi *hs* deos *X et pr.B* presesque *φ* 6. puto VII Ktt *T:* septima kalendas *G* Calendas *μx* 7. Mort est .||||. dederunt *T* haec tibi *h* 8. [*Om. G*] si quasi *XB* feret *T* 9. Sed ratum *Tμ* abiisti *b* 10. miser] missas *G* esuricionem *TB*

Toto quae semel apparas in anno,
Nigrae sordibus explices monetae,
Et septem veteres tui sodales
Constemus tibi plumbea selibra.
Quid dignum meritis precemur istis?
Optamus tibi millies, Calene.
Hoc si contigerit, fame peribis.

C.

Mammas atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum
Dici et mammarum maxima mamma potest.

CI.

Illa manus quondam studiorum fida meorum
Et felix domino notaque Caesaribus,
Destituit primos viridis Demetrius annos:
Quarta tribus lustris addita messis erat.
Ne tamen ad Stygias famulus descenderet umbras,
Ureret implicitum cum scelerata lues,
Cavimus et domini ius omne remisimus aegro:
Munere dignus erat convaluisse meo.
Sensit deficiens sua praemia meque patronum
Dixit ad infernas liber iturus aquas.

XCIX, 17. Optemus

---

12. appares *T* 13. Nigrae] Nudae *c* sordidus *sw et pr.a* explicis *T* 15. plumbeas elibra *T*: plumbeosa libra *G*: plumbeu sedili *φ* 16. precentur *s* in istis *T* 17. Oblamus *T*: Optemus *abchmswμκα*𝔓: Optamus *reliqui.* milies *XGObhμκα* 18. Hoc secum tigerit *T*

C. * De Afra *TX.* 1. tathas *et* tatharum *μκ* habet Afra] ā habet *G* Affra *Tφ* 2. mama *T*

CI. De Afra Demetrio *XA*: De Afro Demetrio *μκα* 1. fida] cura *c* 3. Distituit *X* virldis *mz*: viridesque *XABCGlφ*: virides *reliqui.* 5. Nec tamen *z*: Ne tantum *c* astygias *φ* 7. Canius *φ* agro *G*: ergo *s* 8. convalisse *A* 9. Sentit *φ* sua] haec *B* munera *h* neque *μ*

CII.

Qui pinxit Venerem tuam, Lycori,
Blanditus, puto, pictor est Minervae.

CIII.

„Si dederint superi decies mihi milia centum“
Dicebas nondum, Scaevola, iustus eques,
„Qualiter o vivam, quam large quamque beate!“
Riserunt faciles et tribuere dei.
Sordidior multo post hoc toga, paenula peior,
Calceus est sarta terque quaterque cute:
Deque decem plures semper servantur olivae,
Explicat et cenas unica mensa duas,
Et Veientani bibitur faex crassa rubelli,
Asse cicer tepidum constat et asse Venus.
In ius, o fallax atque infitiator, eamus:
Aut vive aut decies, Scaevola, redde deis.

CIV.

Picto quod iuga delicata collo
Pardus sustinet improbaeque tigres
Indulgent patientiam flagello,

CII. Ad Licorem *XAB*: Ad Licorum *G* 1. Lycbori *φ*

CIII. Ad Scaevolam X. [*Versus* 1—8. *apponit D.*] 1. tibi milia *D* 2. iussus *z*: visus *bcφ*: factus *μκα*: iustus *reliqui cum* 𝔓*λ* equis *AG* 3. viverem *l* large] laute *lφ* quamve *s*: quam *w* 4. Miseruot *A* (*margo* Riserunt) *Gbch*: Auseruot *X*: Hauserunt *BC*: Auxerunt *D*: Audieruot *Heinsius.* 5. postoc *X*: post haec *Gwλφ*: posthac *l*: post hec multo *D*: multo est post hoc *h* 6. e sarta *Heinsius.* bisque quaterque *XABCDG* 7. Deque deee *pr.B*: Deque tribus *Heinsius.* semper] tibi nuoc *bchz* 8. et mensas unica eeoa *D* 9. Beieotaui *A* sex *G* grassa *μκ* Subelli (*margo* Rubelli) *A*: Sabelli *G* 10. citer *XB* 11. [*Apponunt Excerpta Frisingensia.*] Iniusto *XAB*: Ioviso *w*: liviso *Excerpta Frisingensia.* fulax X 12. viveaut *pr.B* decies milia redde *G* reddeis *pr.B*: redde eis *b*: redde tuis *C*

CIV. De veoatiooe leooum et leporum X. [*In φ praecedit CV.*] 1. (P)icta *φ* delieato *pr.B*: deligata *Heinsius ad Claudian. Cons. Mall. v.* 325. 2. improba eque tygris *G*: improbatque tigres *s* 3. Induiget *φ*

Mordent aurea quod lupata cervi,
Quod frenis Libyci domantur ursi
Et, quantum Calydon tulisse fertur,
Paret purpureis aper capistris;
Turpes esseda quod trahunt bisontes
Et molles dare iussa quod choreas
Nigro bellua nil negat magistro:
Quis spectacula non putet deorum?
Haec transit tamen, ut minora, quisquis
Venatus humiles videt leonum,
Quos velox leporum timor fatigat.
Dimittunt, repetunt amantque captos
Et securior est in ore praeda,
Laxos cui dare perviosque rictus
Gaudent et timidos tenere dentes,
Mollem frangere dum pudet rapinam,
Stratis cum modo venerint iuvencis.
Haec clementia non paratur arte,
Sed norunt cuï serviant leones.

CV.

In Nomentanis, Ovidi, quod nascitur arvis,
    Accepit quotiens tempora longa merum,

CIV, 5. freno   CV, 1. agris,

---

4. aura *l* cervi] cornix *s* 5. freno *abchswzφ vindob.* 1. 2. *μxa* Lybici *Xφ:* Lipici *B* 7. Par et *swφμx et pr.a* capestris *G* 8. Turpe esseda *A:* Turpes exedras *corr.B:* Turtures esseda *G* quod trahunt] que carpunt *e* visontes *XACOzμ, corr.B ah, var. lect. o:* uisontes *pr.h:* insontes *bcsw et pr.Ba* 9. quod *om.z* iussa] lapsa *φ* 10. Nigra *O* velua *XA*: veina *pr.B:* ve illa *corr.B:* belua *Oμ* nihil *XABG:* non *Arondellianus Gronovii Elench. Antidiatr. II, p.* 213. *Hand.* 11. Qui spectacula *AC et pr.B* non pudet *pr.B:* non putat *l* 12. Haec] Nec *φ* ut] et *z: om.φ* 16. in orae *X* 17. ritus *l:* rictos *pr.A* 19. putet *ACG* 20. Stratis cum] Stractis quod *A:* Stricto quod *p* venerunt *B:* venerit *abhwφ:* sueverint *et* creverint *Heinsius.* 21. dementia *w* arce *X* 22. Sed norunt domini indolem leones *margo Iuntinae Lemairii.*

CV. Ad. Ovidium *X.* 1. Numentanis *clsw et pr.a* arvis *XABCGUφ:* agris *reliqui.* 2. Accipiet *corr.a*

Exuit annosa mores nomenque senecta
Et quidquid voluit, testa vocatur anus.

CVI.

Interponis aquam subinde, Rufe,
Et si cogeris a sodale, raram
Diluti bibis unciam Falerni.
Numquid pollicita est tibi beatam
Noctem Naevia sobriasque mavis
Certae nequitias fututionis?
Suspiras, retices, gemis: negavit.
Crebros ergo licet bibas trientes
Et durum iugules mero dolorem.
Quid parcis tibi, Rufe? dormiendum est.

CVII.

Saepe mihi dicis, Luci carissime Iuli,
„Scribe aliquid magnum: desidiosus homo es."
Otia da nobis, sed qualia fecerat olim
Maecenas Flacco Virgilioque suo:
Condere victuras temptem per saecula curas
Et nomen flammis eripuisse meum.

CVI, 8. bibas licet CVII, 5. tentem per saecula chartas

---

3. Exunt *A* nomen moresque *Gcz* 4. volui *Heinsius.*

CVI. Ad Rufum *X.* 1. Introponis *κλ* aquas *c* Ruffe *κα* 2. Et sic *c* sodali *corr.B* 3. Dilutibilis *XGlswφ et pr.a:* Limphati bibis *m* untiam *G*: unam *φ* 4. Non quid pollicitam est *φ* es *XC et pr.B: om. l* 5. Nocte *s* nenia *μ:* venia *κ* mavis] maius *φ*: manus *h et corr.B* 6. Certe *XOφ* futuitionis *OGbchw:* futuitoris *s* 7. recitas *l* genus *φ* negabit *XABCGφ et Iunianae:* negabat *l:* negavit *reliqui cum* 𝔓 8. licet bibas *XABGlφ:* bibas licet *reliqui.* 9. durius *φ* dolorem *XABCGO𝔄lpzφ:* pudorem *reliqui.*

CVII. * Ad Mucium *T*: Ad Lucium *X.* 1. dicis mihi *A* clarissime *GOchv* 4. Mecenas *X:* Mecoenas *μκ:* Moecenas *φα* Vergilioque *TAB* suis *Heinsius.* 5. temptem *TXBG:* tentem *reliqui.* chartas 𝔄*l et var. lect. c*

In steriles nolunt campos iuga ferre iuvenci:
Pingue solum lassat, sed iuvat ipse labor.

CVIII.

Est tibi sitque precor multos crescatque per annos
Pulchra quidem, verum transtiberina domus:
At mea Vipsanas spectant cenacula laurus,
Factus in hac ego sum iam regione senex.
Migrandum est, ut mane domi te, Galle, salutem:
Es tanti, vel si longius illa foret.
Sed tibi non multum est, unum si praesto togatum:
Multum est, hunc unum si mihi, Galle, nego.
Ipse salutabo decima te saepius hora:
Mane tibi pro me dicet AVETO liber.

CIX.

Issa est passere nequior Catulli,
Issa est purior osculo columbae,
Issa est blandior omnibus puellis,
Issa est carior Indicis lapillis,
Issa est deliciae catella Publi.

---

7. campos nolunt CVIII, 10. avere

---

7. [*Apponunt Excerpta Frisingensia: 7. 8. D.*] nolunt campos *Tabchswz et Frisingensia*: campos nolunt *reliqui.* iuventi *φ* 8. Pinge *μ* laxat *cl*

CVIII. Ad Gallum X. 1. multos] longos *φ* 2. transtyborina *μx et corr.B*: transtiberiam *w* 3. Et mea *w* Bipsanas *XB*: Dipsanss *AEGhlspφ*: Dipssanas *b*: Dispanas *c*: Dypssnas *Owμx et pr.a* 4. in ac *pr.B* sum *om.φ* 6. Est tanti *BGbchlsXφ* alla foret *A*: aula foret *GX* 7. non nimium ost *z* si] sic *φ* praesto] forto *h* togarum *w et pr.a*: „*al.* rogatum" *l* 8. [*Om. pr.A.*] un unum (*sic*) *φ*: hoc unum *corr.B* si tibi *Ocμx* 9. decnma *X* to saopius *XABCGX*: te serius *l*: vel sorius *reliqui.* 10. dicet *XABCGX*, *Bononiensis*, *aclswzφ et pr.p*: dicat *Obhμxa et corr.p* Aveto *CGXφ et Bononiensis*: Avete *X*: Averte *AB*: Avare *b*: Avere *reliqui.*

CIX. Do catello et Publio pictore X. 1. Ipsa *ubique abcswzφμ et pr.B. Sed versu* 1. Hpsa *φ* nequitior *s*: non nequior *φ* 4. lapilis *φ*: capillis *XA*: capollis *B* 5. dilicie *pr.B*: dolitiis *φ* Publii *s*

Hanc tu, si queritur, loqui putabis;
Sentit tristitiamque gaudiumque.
Collo nixa cubat capitque somnos,
Ut suspiria nulla sentiantur;
Et desiderio coacta ventris
Gutta pallia non fefellit ulla,
Sed blando pede suscitat toroque
Deponi monet et monet levari.
Castae tantus inest pudor catellae,
Ignorat Venerem; nec invenimus
Dignum tam tenera virum puella.
Hanc ne lux rapiat suprema totam,
Picta Publius exprimit tabella,
In qua tam similem videbis Issam,
Ut sit tam similis sibi nec ipsa.
Issam denique pone cum tabella:
Aut utramque putabis esse veram,
Aut utramque putabis esse pictam.

CX.

Scribere me quereris, Velox, epigrammata longa.
Ipse nihil scribis: tu breviora facis.

CIX, 7. Sentis 13. monet et rogat 19. videbit 20. Issa

---

7. tristitiam gaudiumque *s* 8. nexa *XABCGma et „aliquot codicum" Scriverii.* carpitque *bhs et pr.ac* 10. coapta *z*: coata *ς* 11. Gucta *h*: Culta *z* 13. Depone *pr.B* monet et monet *φ*: rogat et monet *XG𝔛s*: monet et rogat *ABCOalmwzμxa et Gruteri tertius*: iubet et rogat *bchp* elevari *ABG*: lavari *XOabchmpφμxa et Gruteri tertius*: levari *primus dedisse videtur Aldus in exemplari* 1517. 14. Castus *z* [15. 16. *om. XABCG*: 15. 16. 14. *transponit l.*] 17. tota *φ* 18. Pictam *μxa* 19. ipsam *abcpswzφ* 20. sil] si *φ* Issa *m et margo h*: ipsi *Heinsius.* 21. Ipsam *bchpszφμx et pr.B* 22. [*Om. A et pr.p.*] veram] vivam *G*

CX. * Ad Velocem *TX.* 1. Scibere *A* queris *pr.Bbh* 2. scribens *G*: Tuque nihil scribis: tum breviora facis *margo Iuntinae Lemairii*: breviare *φ*

CXI.

Cum tibi sit sophiae par fama et cura laborum,
Ingenio pietas nec minor ipsa suo:
Ignorat meritis dare munera, qui tibi librum
Et qui miratur, Regule, tura dari.

CXII.

Cum te non nossem, dominum regemque vocabam:
Nunc bene te novi: iam mihi Priscus eris.

CXIII.

Quaecunque lusi iuvenis et puer quondam
Apinasque nostras, quas nec ipse iam novi,
Male collocare si bonas voles horas
Et invidebis otio tuo, lector,
A Valeriano Pollio petes Quinto,
Per quem perire non licet meis nugis.

CXIV.

Hos tibi vicinos, Faustine, Telesphorus hortos
Faenius et breve rus udaque prata tenet.

CXI, 1. par cura et fama   CXII, 2. Cum bene

CXI. Ad Regulum *X.* [*In XABCGφ praecedit sequens Epigramma.*] 1. par forma *O*: par fame *pr.z* laborum *XABCGXφ*: reorum *Heinsius*: deorum *reliqui.* 2. ipse *c* sno *ΨXABCGXφ*: tuo *reliqui.* 4. Et qui ratur *X* iura *XABCGlφ*: iure *O*

CXII. Ad Priseum *X.* [*Apponunt Excerpta Frisingensia.*] 1. Dum *Gryphianae*: Dum te non norsm *margo Iuntinae Lemairii.* non ossem *μ*: nnne nossem *w*: te nossem *s* regem dominumque *G* 2. Nune *abhmpswzφ et Frisingensia*: Dum *XABCGl*: Cum *Oμxa et fortasse c*: Ut *Heinsius.* Priseus] eoquus *c* eras *pr.c*

CXIII. Ad Lectorem *X.* 1. quondam pner *abchswz* 2. Arpinasque *bc*: Rapinasque *lswφ et pr.a*: Nostrasque rapinas *z* vestras *φ* nec *om. bchsw et pr.Ba*: quas ipse nee novi *φ* 4. conlocare *XA*: *om.φ* velis *φ* 5. A Vallerian*o* *w*: A Voleriano *l*: Auleriano *b*: Aureliano *c* potes *swz et pr.a*: putes *φ* 6. nugis *om. XABCG*

CXIV. Ad Faustinum *X.* 1. Faustile *w* Thelesphorus *ABChμx*: Thelephorus *z*: Telesponis *s*: Thelesponis *aw* hortus *X*: ortos *h*: ortus *BG* 2. Faenius *bμx*: Fenius *XABClφ*: Fennius *z* breberus *XABC*: brevius *G* utaque *pr.B*: vadaque *C*

Condidit hic natae cineres nomenque sacravit
    Quod legis Antullae, dignior ipse legi.
Ad Stygias aequum fuerat pater isset ut umbras:
    Quod quia non licuit, vivat, ut ossa colat.

CXV.

Quaedam me cupit, invide Procille,
Loto candidior puella cygno,
Argento, nive, lilio, ligustro:
Sed quandam volo nocte nigriorem,
Formica, pice, graculo, cicada.
Iam suspendia saeva cogitabas:
Si novi bene te, Procille, vives.

CXVI.

Hoc nemus aeterno cinerum sacravit honori

CXIV, 5. Et Stygias   CXV, 2. cycno   CXVI *ante* XV.

---

3. hic natae] hiate *s*   4. Autillae *O et corr.a*   5. Ad (At *A*) Stygias aequum fuerat pater isset ut umbras *XABC et unus Scriverii:* Ac Stigias aequum fuerat pater isset ad undas *G:* Et Stygias aequum fuerat pater isset ut umbras 𝔛: Et Stygias aequum fuerat patrem ipse sub umbras *O:* Ad Stygias aequum fuerat pater isse sub umbras *l:* Et Stygias aequum fuerat pater ire sub umbras 𝔓*bchz:* Et Stygias aequus fuerat pater ire sub umbras *Scaliger:* Et Stygias aequum fuerat patrem (pater *wφ*) isse (praeisse *margo a*) sub umbras *aswφμκα:* Ad (Et *Heroldus*) Stygias aequum fuerat prior isset ut (ad *Heroldus*) umbras *Heraldus et Heinsius in Ovid. Heroidd. I*, 101: iret ut umbras „*alias*" *Scriverius.*   6. Quod quia *XABCGO*𝔛*φ:* Sed quia *reliqui.*   vivat *ABCGabhpsφ*𝔓, *palatinus alter et Bongarsianus:* iuvat *XOw:* vivit *clμκα*   et ossa *bchlz et corr.a*   colit *φ*

CXV. * Ad Procillum *TX.* [*In X praecedit CXVI.*]   1. Quidam *z*   cupit (*sic*) *T*   Procelle *T et pr.A:* Procylle *φ*   2. Loto *TC et* „*MSS*" *Scriverii*: Lota *z:* Toto *reliqui.*   cigno *TBb:* cycno *corr.a*   3. Aegento *φ*   lolio *T*   4. *Theodorus Marcilius transponebat* 3. 6. 5. 7.   Sed quandam] Sed quadam *φ:* Quendam *T*   nigrorem *T*   5. pisce *z*   gragulo *XB*   6. suspiria *asw*   cogitabis *asφμκ*   7. Si te bene novi *bs:* Si te novi *w*   Procelle *b et pr.A:* Procylle *φ*   vivis *XACG et Iunianae:* cupis *B:* vives *reliqui cum Gruterianis et margine Iunii.*

CXVI. * De sepulcro Autullae *T:* Ad Procillum *X.* [*Extat in Anthol. Lat. IV*, 245., *Tom. II*, *p.* 184. *Burmann.*, 204. *Henr. Meyer.*]   1. aeternum *T*   cinerem *bhswμ et pr.a*   honori *T*𝔓*bchmwz:* honore *reliqui.*

Faenius et culti iugera pulchra soli.
Hoc tegitur cito rapta suis Antulla sepulcro,
Hoc erit Antullae mixtus uterque parens.
Si cupit hunc aliquis, moneo, ne speret agellum:
Perpetuo dominis serviet iste suis.

CXVII.

Occurris quotiens, Luperce, nobis:
„Vis mittam puerum" subinde dicis,
„Cui tradas epigrammaton libellum,
Lectum quem tibi protinus remittam?"
Non est quod puerum, Luperce, vexes.
Longum est, si velit ad Pirum venire,
Et scalis habito tribus, sed altis.
Quod quaeris propius petas licebit.
Argi nempe soles subire letum:
Contra Caesaris est forum taberna
Scriptis postibus hinc et inde totis,
Omnes ut cito perlegas poetas.
Illinc me pete, nec roges Atrectum, —
Hoc nomen dominus gerit tabernae, —
De primo dabit alterove nido

CXVI, 2. pauca

---

2. Faenius *XAμx*; Fenius *TBColφ*: Fennius *z*: Faaius *w*: Foenius *reliqui*. pulchra *TXABCGX et codices Labbei*: pauca *reliqui*. 3. regitur *z*. cito] soli *w et pr.a* suis *om.T* Antilla et 4. Antillae *O et pr.a* 4. Hoc feret *vel* Hoc fert *Heinsius*: Hoc fert *Labbeus*. mistus *μ* 5. mones peret *T*: moneo ne spernat *h* agello *pr.B* 6. dominus *AÇ* serviat *Oμxa* suna *XABC*

CXVII. Ad Lupercum *X*. [*Collatus est v3.*] 2. Vin' *Heinsius*. 3. *ἐπιγραμμάτων as*: *om. io* 4. tibi quem *G* 5. cur puerum *v3*. 6. velis *XABCGlφ* Pirum *XBOhφμx*: Pyrum *reliqui*. venires *b* 7. scholis *φ* 8. petas propius *ABG*: petes propins *XC*: propius quaeras petas *s*: propius quoeras *bh*: quaeras propius *c* 9. nempe] nunc *b* solet *φ* laetum *X et pr.B*: lotum *corr.B* 10. tabernae *v3.*: tabernacula *pr.B* 11. Scrictis *pr.B* hinc] huic *w*: hic *pr.B* 12. Omnis *abhv3.w* citos *s* 13. Illinc *XABCGO*: Illic *φ*: Illuc *reliqui*. petes *XABGo* ne *cha*: me *C* „*scripti*" *Scriverii*, *Lipsius*: nec *reliqui cum Gruterianis*: si *Heinsius*. Atretum *O*: Arectum *Gl*: Arrectum *XABC*: attractum *φ* 15. dabitur alterum venum do *G* alterone *μ* nido nomen *bsw et pr.a*: nomen nido *pr.h*

Rasum pumice purpuraque cultum
Denariis tibi quinque Martialem.
„Tanti non es“ ais? Sapis, Luperce.

CXVIII.

Cui legisse satis non est epigrammata centum,
Nil illi satis est, Caediciane, mali.

CXVIII, 2. Caeciliane

---

16. Rapsum *X* punice *w* pulpuraque *w et pr.a* 17. Denaris *XA et pr.B, corr.a* 18. Tantum *pr.B* non eseas *G* Lupurce *z*

CXVIII. * Ad Cuedicianum *XA:* Ad Cedicianum *TBC:* Ad Seditianum *G𝔛:* Ad Deciliunum *P:* Ad Caecilianum *reliqui.* 1. Cum *TG:* Quoi *l* 2. sat *s* Caediciane *XA:* Cedeciune *TBCGOl:* Seditiane *𝔛:* Caeciliane *reliqui.* —

Subscriptiones: M. VALERI. MARTIALIS. EPIGRAMMATON. LIBER. EXPLICIT. (liber primus finit *O*). INCIPIT. SECVNDUS. FELICITER. *XO:* M. V. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER PRIMUS EXPLICIT. INCIPIT SECUNDUS EIUSDEM. *φ:* M. (*om. G*) Valerii Murtiulis liber primus epygrammaton (epigramaton *b*) explicit. Incipit secundus. (secundus incipit *b*) *Gb:* Marti Valerii Martialis liber primus explicit. Incipit secundus. Lege feliciter *s:* Finis primi libri Marci Valeril Marcialis Cuci. Liber primus explicit. Incipit secuudus. Lege feliciter. Doctrinam tene, reliqua fuge. Sunt enim non satis honesta plerumque *au:* Marci Valerii Martialis (Marciulis *x*) epigrammaton liber secundus *ma;* *nulla subscriptio in TABh: de reliquis non constat.*

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON

LIBER II.

„Quid nobis“ inquis „cum epistola? parumne tibi praestamus, si legimus epigrammata? quid hic porro dicturus es, quod non possis versibus dicere? Video quare tragoedi atque comoedi epistolam accipiant, quibus pro se loqui non licet: epigrammata curione non

---

Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI. — M. Val. Martialis Epigrammatum liber II. Ad Decianum epistola. 4. atque comoedi *om.*

Apparatus criticus. — *Epistolam omittunt XABCG et pr.V4., ubi manus secunda ascripsit in imo margine. — Inscriptiones:* AD DECIANUM. Valerius Martialis Dcciano suo sol. p. *h:* Martialis Docimo suo salutem *b:* M. Volerii Martialis Epigrammatou Liber II. Valorius Martialis Dcciooo soo s. *cl:* (M)ARCUS Volerius Martiolis. Dociano suo. Sal. *φ:* Ad Deciaoum. M. V. Martialis Dooiauo suo salutem *s:* Valerios Martialis Cocus Dociaao suo salutem. *Rursus:* V. Mortialis Detiaoo suo salutem *aw:* Ad Detiaonm *μ: nulla inscriptio epistolae in Ozn.*

Accurate collati snnt libri TXABCD, Excerpta Frisingensia, GO abchlswzφμnaλ: minus accurate iidem quos primo libro nominavi. Libros in singulis locis inspectos infra indicavi.

1. inquis *om.z* parum eoim tibi *abchw*𝔅: „*ul.* uoo“ *c* 2. bic *om.l:* me *c* 3. daturos 𝔓 est *s et pr.a* versibus] vorbis *bcsw et pr.a* dicere versibus *φ. Fortasse* dicere *delendnm.* 4. quaro tragoodi atque comoodi *scripsi:* qoa tragoedia aut qua comoedia 𝔓*:* quare tragoedi comoedi *λ:* quaro tragoedi aut quare comoedi *Gruterus:* quare tragoedi *reliqui.* 5. pro se] posse *φ*

Digitized by Google

egent et contenta sunt sua lingua. In quacunque pagina visum est, epistolam faciunt. Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam et in toga saltanti inducere personam. Denique videris, an te delectet contra retiarium ferula. Ego inter illos sedeo qui protinus reclamant." Puto me hercule, Deciane, verum dicis. Quid, si scias, cum qua et quam longa epistola negotium fueris habiturus? Itaque quod exigis fiat. Debebunt tibi si qui in hunc librum inciderint, quod ad primam paginam non lassi pervenient.

I.

Ter centena quidem poteras epigrammata ferre,
Sed quis te ferret perlegeretque, liber?
At nunc succincti quae sint bona disce libelli.
Hoc primum est, brevior quod mihi charta perit;
Deinde, quod haec una peragit librarius hora,
Nec tantum nugis serviet ille meis;
Tertia res haec est, quod si cui forte legeris,
Sis licet usque malus, non odiosus eris.

---

6. sua, id est mala, lingua. 7. Noli, rogo, 8. saltantem I, 2. perlegeretve, 6. iate

---

6. sua, id est mala *libri praeter Om* 7. epistulam *b et pr.a* 8. et in (et dein *𝔓s et corr.a:* et deinde *behlwz et pr.p*) toga saltanti inducere personam *𝔓obchlpswzμκ et Gruteri tertius*: et in toga saltantem inducere personam „*optimus*“ *Scriverii:* et deinde togam ducere saltantis personam *φ*: et tandem toga saltanti inducere personam *O:* et togam saltanti inducere personam *m:* et togam saltanti induceere personae *λa:* et in toga saltantis inducere personam *Pontanus.* 9. videres *bcz:* videas *aswφμκa:* videris *reliqui cum 𝔓m* retianum *l* 10. ferbla *z: om.c:* ferenla contra retiarium *φ* Ego] Ergo *φ* inter eos *O* 11. meheroule *O:* me hercules *abchsφ:* me herculis *l* 12. qua *om.b* epistula *pr.a* fuerit *c* 13. si quid *s* 14. nunc in lihrum *φ* 15. non lapsi *abswφ𝔅 et pr.c* pervenerint *pr.c*

I. * Ad librum suum *TX.* 1. quidam *T* 2. ferre *pr.B* perlegeretve *𝔓* 3. At] Et *w* succinetim *X* quae sit *T:* quae sunt *XABCOlφμκa et Iunianae.* nosce *h et bodleianus.* 4. Hoc] Hac *B* hreviter *s* carta *Tbh et corr.B:* carte *pr.B* 5. hac una *G* peraget *XACG*: peragat *B* 6. Non tantum *G:* Hec tantum *φ* serviet] servit et *bch* iste meis *Iunianae.* 7. est haec *p* legeres *XA:* legere *O* 8. [*om. pr.B*] Si licet *AB:* Scilicet *G*

Te conviva leget mixto quincunce, sed ante
Incipiat positus quam tepuisse calix.
Esse tibi tanta cautus brevitate videris?
Hei mihi, quam multis sic quoque longus eris!

II.

Creta dedit magnum, maius dedit Africa nomen,
Scipio quod victor quodque Metellus habet;
Nobilius domito tribuit Germania Rheno,
Et puer hoc dignus nomine, Caesar, eras.
Frater Idumaeos meruit cum patre triumphos,
Quae datur ex Chattis laurea, tota tua est.

III.

Sexte, nihil debes, nil debes, Sexte, fatemur.
Debet enim, si quis solvere, Sexte, potest.

IV.

O quam blandus es, Ammiane, matri!
Quam blanda est tibi mater, Ammiane!
Fratrem te vocat et soror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?

II, 6. Cattis

---

9. misto *μα* quinunce *pr.A:* quicunque *G* si ante *φ:* sedante *s:* sedente *b* 10. quam] quod quam *φ* 11. captus *Oabchmswzφ* 12. Ei mihi *XAG et corr.B:* Heu mihi *μx* (*non λ*)*:* Et mihi *pr.B*: Hei quam multis 𝔓*:* Hei hei *vel* Eheu *Gruterus.*

II. * Ad Caesarem *TX.* 1. Certa *wμ* dedit] dabit *l:* debet *pr.x* Affrica *G:* Aphrica *O* 2. habent *Heinsius.* 3. domino *XAB* theno *s* 4. nomine] munere *abchsw* erat *z* 5. Frater] Caesar *c* Idymeos *T:* Idimeos *s*: Hidumeos *b:* Idneos *pr.B* 6. Chattis *scripsi*, *vide I. Grimm. in Grammat. I, p.* 172., *Mythol. Germ. p. XXII.*: Chathis *A:* Chalhis *X:* Chalis *C et pr.B:* Chartis 𝔄*:* Carthis *Bongarsianus:* Cathis 𝔓*Gbm:* Cattis *O et margo a;* Catis *swμx:* Castis *T*: Dachis *p;* Dacis *achlzφa et corr.Bx*

III. Ad Sextum *X.* [*Apponunt D et Excerpta Frisingensia.*] 1. Sexte *utrumque om. Frisingensia.* nil] nihil *pr.Ah* solvere] reddere *s* Sexte] vera *Frisingensia.*

IV. Ad Amianum *X.* 1. Amiane *ABCbhφμxa:* Aviane *l:* Aminiane *w* 2. Ammiana *B: reliqui ut versu* 1. 3. rogat *beh*

Quare non iuvat hoc quod estis esse?
Lusum creditis hoc iocumque? Non est:
Mater quae cupit esse se sororem,
Nec matrem iuvat esse nec sororem.

V.

Ne valeam, si non totis, Deciane, diebus
    Et tecum totis noctibus esse velim.
Sed duo sunt quae nos disiungunt milia passum:
    Quattuor haec fiunt, cum rediturus eam.
Saepe domi non es, cum sis quoque, saepe negaris:
    Vel tantum causis vel tibi saepe vacas.
Te tamen ut videam duo milia non piget ire,
    Ut te non videam quattuor ire piget.

VI.

I nunc, edere me iube libellos.
Lectis vix tibi paginis duabus
Spectas eschatocollion, Severe,
Et longas trahis oscitationes.
Haec sunt, quae relegente me solebas

IV, 7. Matrem   V, 3. distinguunt   VI, 3. ἐσχατοκόλλιον

---

6. Ludum *amw* credidit *φ* locumque *s* 7. Matrem *Scriverius „addicentibus MSS.“* se *om. sw et pr.B*

V. * Ad Decianum causidicum *X: nullum lemma T.* 1. Nec valeam *clp* Deciniane *T* 2. *Inter quartum et quintum habent A et pr.B.* 3. disiungunt *T:* distringunt *B:* distinguunt *vel* distingunt *reliqui.* passuum *b* 4. editurus *B* eam] eo *margo Gryphii:* eram *G* 5. saepe *om. b:* quandoque *margo b* 6. vagas *T* 7. piget] pudet *z*

VI. Ad Severum *X.* 1. In hunc *XB* cedere *X:* aedere *O* iubes *φ et corr.B* libelle *z* 3. Spectas eschatocollion *Salmasius ad Vopisci Firm. p. 704.:* Spectas eschatocolion *O:* Spectas *ἐσχατοκωλικὸν a et margo p:* Spectas aeschatocolicon *λ:* Spectas *ἐξκατόκωλεον margo h:* Spectas sescatocollion *G:* Spectasses cato collion (callion *c:* colicón *p:* coleon *hx:* calcon *μ*) *XABCachlpswzμx et membranae Scriverii:* Expectasses cato collion *b: spatium vacuum in φ* 4. Quid longas *amw* trahes l obscitationes *m* 5. legente *e*

Rapta exscribere, sed Vitellianis.
Haec sunt, singula quae sinu ferebas
Per convivia cuncta, per theatra,
Haec sunt aut meliora si qua nescis.
Quid prodest mihi tam macer libellus,
Nullo crassior ut sit umbilico,
Si totus tibi triduo legatur?
Nunquam deliciae supiniores.
Lassus tam cito deficis viator,
Et cum currere debeas Bovillas,
Interiungere quaeris ad Camenas.
I nunc, edere me iube libellos.

VII.

Declamas belle, causas agis, Attale, belle,
Historias bellas, carmina bella facis,
Componis belle mimos, epigrammata belle,
Bellus grammaticus, bellus es astrologus,
Et belle cantas et saltas, Attale, belle,
Bellus es arte lyrae, bellus es arte pilae.
Nil bene cum facias, facias tamen omnia belle,
Vis dicam quid sis? magnus es ardalio.

---

6. Raptim scribere 12. triduo tibi VII, 7. facis attamen ardelio.

---

6. Rapta exscribere 𝔓as: Raptim seribere *margo a et Gryphianae:* Rupta scribere *reliqui.* sed Vitellianis] sed Vitellianus *φ:* tu Vitellianus *l* 8. conctu *ϰ* 9. Hae *A* 11. umbelico *pr.A* 12. Sit *pr.B* totus] soli *φ* 13. „*Alias* unsquam“ *Scriverius.* diliciae *X* supiniores] tibi supersunt *φ* 14. Lapsus *ch* defieit *XABCGoφ*: deficies *b* 15. eurrente *z* Boullas *B* 16. Iter iungere (iugere *μ*) *GOμϰa:* „*vel* Intermittere“ *m* 17. In buno *XB* cedere *X*

VII. Ad Attalum *X.* 1. Ne clamas *pr.b* agit *pr.B* 2. Historias faeis *s.* [*Versus* 2—8. *apponunt Excerpta Frisingensia.*] 3. Coupouis *A* mimmos *ϰ*: minimos *w:* hymnos *μ*: numeros 𝔛 epigrammate *X* 5. Et belle sultas et eantas *Frisingensia.* cantas] quantas *B* 6. es *om. AB et pr.s:* et *a* pylae *X* 7. faeias tamen *Frisingensia et Schmiederus*: faeis tamen *XABhsw et pr.a:* faeis et tamen *Cb:* faeia buee tamen *G et MS Scriverii:* faeis uttamen *reliqui.* *Interpungebatur in fine versus.* 8. quis sis *ch:* qui sis *l* ardalio *XACc𝔇𝔅:* hardalio *Frisingensia:* ardalion *bohz:* artialio *pr.B:* artalio *corr.B*: ardulio *G:* ardelio *reliqui.*

VIII.

Si qua videbuntur chartis tibi, lector, in istis
Sive obscura nimis sive latina parum,
Non meus est error: nocuit librarius illis
Dum properat versus annumerare tibi.
Quod si non illum, sed me peccasse putabis,
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
„Ista tamen mala sunt.“ Quasi nos manifesta negemus:
Haec mala sunt, sed tu non meliora facis.

IX.

Scripsi, rescripsit nil Naevia, non dabit ergo.
Sed puto quod scripsi legerat: ergo dabit.

X.

Basia dimidio quod das mihi, Postume, labro,
Laudo: licet demas hinc quoque dimidium.
Vis dare maius adhuc et inenarrabile munus,
Hoc tibi habe totum, Postume, dimidium.

XI.

Quod fronte Selium nubila vides, Rufe,
Quod ambulator porticum terit seram,

XI, 2. serus,

VIII. Ad lectorem *X.* 1. lector, in istis] carmina lector *ch* 4. adnumerare *XA* 6. cordis] mentis *margo Iuntinae Lemairii.* [7. 8. *apponunt Excerpta Frisingensia.*] 7. quae si manifesta negemus *XABCl𝔅*: quae si manifesta negamus *Iunianae*: si non manifesta negemus *O*: quasi nos manifesta negemus *reliqui cum Frisingensibus et duobus Gruteri*: quasi si manifesta negemus (negamus *Gruterus*) „*ex optimis membranis*“ *Heinsius in Ovid. Heroidd. IV*, 111. *et Gruterus. Volebat Heinsius* „*ex vestigiis optimarum membranarum*“ *dicere.*

IX. * Ad Neviam *TX.* 1. rescripsi *φ* nil] nihil *A et pr.B*: mihi *G* non] nil *φμκ𝔛* 2. quod] quae *l* legerit *μκα*: legerat *reliqui cum 𝔓m.*

X. * Ad Postumum *TX.* [*Versus* 1. 2. *apponit D.*] 1. Bassia *T* quod] quae *φ et Iunianae*: quod *reliqui cum 𝔛 et Gruterianis.* libro *pr.b* 2. licet] sed *b et pr.h* hinc] hoc *l* 3. minus adhuc et inenarabile *T*

XI. * Ad Rufum de Silio cenipena *T*: Ad Rufum de Silio cenipeta *X.* 1. Selaum *z*: Sillum *T* nubile *z* Ruffe *α* [*Versus* 2. 3. *om. T.*] 2. sterit *B* seram *XABCGOαωzλφ* „*sic fere*“ *libri Gruteri*: sera *l𝔅*: serra *boh*: sero *s t* serus *μκα*

Lugubre quiddam quod tacet piger vultus,
Quod paene terram nasus indecens tangit,
Quod dextra pectus pulsat et comam vellit:
Non ille amici fata luget aut fratris,
Uterque natus vivit et precor vivat,
Salva est et uxor sarcinaeque servique,
Nihil colonus vilicusque decoxit.
Maeroris igitur causa quae? Domi cenat.

XII.

Esse quid hoc dicam, quod olent tua basia myrrham
Quodque tibi est nunquam non alienus odor?
Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Postume, semper:
Postume, non bene olet qui bene semper olet.

XIII.

Et iudex petit et petit patronus.
Solvas censeo, Sexte, creditori.

XIV.

Nil intemptatum Selius, nil linquit inausum,

---

4. tangit indecens nasus; 5. Et dextra XIV, 1. intentatum

---

3. Lugubrem *c*: Languore *bodleianus et* 𝔅 quidam *Oμ*: quodam *bodleianus*. 3. piget *G* 4. poene *T* nasus indecens (indicet *T*: impiger *l*) tangit *TXABCGbhlφ*: nasus tangit (taugis *pr.s*) indecens *sw*: taugit indeceus nasus *Oaμxa*: tergit indecens nasus *Vaticanus Heinsii in Claudian. Rufin. I. praef.* 4. 5. Quod extra *T*: Et dextra *μxa* pulsat pectus comam et *c* velit *TA et pr.B*: velat *G* 6. fato *pr.B*: fuuns *φ* lugent *G* [7. 8. 9. *om. T.*] 7. Utrique *G* precor] pater *φ* vivant *c* 8. et *om.φ* 9. vilicusque *AB*: villicusque *reliqui*. 10. ergo *x* causa quae? Domi cenat *XAB*: causa quae est? Domi cenat *COabchmwφμxa et Gruteriani*: causa quod domi cenat *G𝔛*: causa domicena est *T*: quae causa est? domi cenat (quod domi cenat *c*) *csx*

XII. * Ad Postumum *TX*. [*Apponit D post X*, 2.] 1. bassia *TX* myrram *Oφ*: marram *T*: mirram *Da*: murra *XABG* 2. Quodque] Quid *G* est *om.Dl* nunquam] semper *μxa*: tibi est semper est non *φ* 3. suppectum quod oles *G*

XIII. Ad Sextum *X*.

XIV. Ad Paulinum de Silio *XABG*. 1. intemptatum *XABG*: intentatum *reliqui*. Silius *X* nil inquit *XAcl*: nil linquid *G*: nil inquid *B*

Cenandum quotiens iam videt esse domi.
Currit ad Europen et te, Pauline, tuosque
Laudat Achilleos, sed sine fine, pedes.
Si nihil Europe fecit, tum Septa petuntur,
Si quid Phillyrides praestet et Aesonides.
Hinc quoque deceptus Memphitica templa frequentat,
Assidet et cathedris, maesta iuvenca, tuis.
Inde petit centum pendentia tecta columnis,
Illinc Pompeii dona nemusque duplex.
Nec Fortunati spernit nec balnea Fausti,
Nec Grylli tenebras Aeoliamque Lupi.
Nam thermis iterumque iterumque iterumque lavatur.
Omnia cum fecit, sed renuente deo,
Lotus ad Europae tepidae buxeta recurrit,
Si quis ibi serum carpat amicus iter.
Per te perque tuam, vector lascive, puellam,
Ad cenam Selium tu rogo, taure, voca.

---

6. Phyllirides 7. Hic quoque 13. iterum cunctis iterumque 15. Europes

---

2. iam] se *corr.h* 3. Europem *BGhwφ et pr.a* 4. [om. *pr.B.*] et sine *hm et corr.b* 5. nihil] mihi *φ* Europae *wx* tunc *GOabchlsw* Ut nihil Europe profectum est *Heinsius.* 6. Phillyrides *φα:* Phyllirides *Gahsw:* Phillirides *XBhx:* Philirides *Ob:* Philliridis *s* praestat *bchlsz* Essonides *w* 7. Hic *l* Melphitica *G* templa] sacra *lmφ* frequentat] fatigat *z*, *margo* frequentat 8. Adsidet *XA* chathedris *A:* quathedris *l:* captedris *z* iuventa *aw* 9. testa *pr.B:* texta *margo B* colonis *s* 10. Illic *sφ et pr.AB* Pompei *Gabμα:* Ponpei *B* 11. Fasti *bchpz* 12. Grilli *XAB* 13. thermis iterumque Iterumque iterumque *𝔓Oamswz:* thermis iterumque iterumque lavatur *bo:* termis (ternis *pr.B*) iterum Iterumque lavatur *XAB:* thermis iterum toties iterumque *C𝔇:* thermis iterum cunctis iterumque *Glpφμxα:* cunctis iterum thermis iterumque *h* ternis *Heinsius: an* ternis iterum thermis iterumque? labatur *AG et pr.B:* lavantur *csz:* laudatur *pr.p* 14. confecit *l* 15. Laetus *φ* Europae *XABC:* Eurote *G:* Europes *reliqui.* trepide *O:* tepida *abchswzμx:* tepidaeque *C* busseta *b:* bureta *hino posuerunt Excerpta Frisingensia.* 17. Te propterque tuam *φ* perque] quaeque *G* lassive *O* 18. tu] te *lφ* rogat aure *pr.B*

XV.

Quod nulli calicem tuum propinas,
Humane facis, Horme, non superbe.

XVI.

Zoilus aegrotat: faciunt hanc stragula febrem.
Si fuerit sanus, coccina quid facient?
Quid torus a Nilo, quid Sidone tinctus olenti
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?
Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes.
Vis fieri sanus, stragula sume mea.

XVII.

Tonstrix Suburae faucibus sedet primis,
Cruenta pendent qua flagella tortorum
Argique letum multus obsidet sutor.
Sed ista tonstrix, Ammiane, non tondet,
Non tondet, inquam. Quid igitur facit? Radit.

XVIII.

Capto tuam, pudet heu, sed capto, Maxime, cenam,
Tu captas aliam: iam sumus ergo pares.

XV, 2. Herme, XVII, 5. inquis? ergo quid facit?

XV. Ad Hormum *X*. 1. tuam *G* 2. Horne *bchz*: Herme *μxa et corr.a* non] nec *φ*

XVI. * Ad Zoyllum egrotantem *T*: Ad Zoilum aegrotantem *X*. 1. Zoylus *x* hanc] sibi *l* stragala *O*: tragola *B*: fragula *C* 2. fuerat *l*: fueris *O* coctina *T* 3. tholua *ew*: thorusa Nilo *s* siodone *GOeφμxa et margo b* olente *Cbchz*: olent *AB*: tinctu solent *X*: cinctus *vel* cultus *Gruterus*: cinctus *novit λ*: tigua *Domitius*. 4. stultus *G*: sculptas *pr.h*: stratas *l* quis *T*: nil *Heinsius*. 5. demitte *ABφ* Machaonea *λ*: Macahooes *T*: Mechaones *G*: Machaona sonea *XB et pr.A* omnis *Obhwμx*: omneis *a* 6. fragula *C* summe *Ob*

XVII. Ad anum *X*. 1. 4. Tonsor *Pulmannus*. Suburrae *Bbhwa* 2. fragella forum *b*: flagellatorum *pr.h* 3. multis *b et pr.c* sator *AG*: sodor *c* 4. Amiane *Obhμxa* 5. inquis *Osz* quid igitur *XABCGΩ*: quid ergo *abhswφμxa*: ergo quid *Oc*

XVIII. * Ad Maximum *TX*. 1. Capta *G* set *B* 1. 8. Maxume *bh* 2. alias *abchpswzφμxa*

Mane salutatum venio, tu diceris isse
Ante salutatum: iam sumus ergo pares.
Sum comes ipse tuus tumidique anteambulo regis,
Tu comes alterius: iam sumus ergo pares.
Esse sat est servum, iam nolo vicarius esse.
Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

XIX.

Felicem fieri credis me, Zoile, cena:
Felicem cena, Zoile? deinde tua?
Debet Aricino conviva recumbere clivo,
Quem tua felicem, Zoile, cena facit.

XX.

Carmina Paulus emit, recitat sua carmina Paulus.
Nam quod emas, possis dicere iure tuum.

XXI.

Basia das aliis, aliis das, Postume, dextram.
Dicis „Utrum mavis? elige.“ Malo manum.

XXII.

Quid mihi vobiscum est, o Phoebe novemque sorores?
Ecce nocet vati Musa iocosa suo.

---

3. ipse *b* [5. 6. *om. T.*] 5. Iam comes *φ* ipse] usque *Heinsius.* timidique *G*: tumidoque *bchlφ* regi *bchlφ* [7. 8. *apponit D.*] 7. Esses adest servum *T*: Esse suum satis est *l*: Esse sat est servo *Heinsius.* nolo] modo *s* virarius *T* 8. [*Apponunt Excerpta Frisingensia.*] Quid rex *T* Maxime] Postume *XABCDGl et Frisingensia.*

XIX. * Ad Zoilum *T* [1. 2. *om. T.*] 2. cena Zoile deinde tuam *XABC*: cenam Zoile dando tuam *Chl*, *bodleianus et „lectio Gallicana“ margo Iunii*: coenam Zoile damno tuam *φ* 3. Arcino *T* clivo] duro *s*; lecto *MS Wassii in Sallust. Iug. CXIV.* 4. fecit *pr.B*

XX. De Paulo *X.* 1. recita *pr.B* paulis *pr.B* [2. *et XXI*, 1. *om. B.*] Non quod *G*

XXI. * Ad Postumum *TX.* 1. aliis das] das nobis *c* 2. mavis elege *T*: malis *Heinsius.* malo malum *w*

XXII. * Ad Apollinem de Postumo *T*: De Postumo *X.* 1. nobiscum *C* est Phoebe *bcs et pr.h*

Dimidio nobis dare Postumus ante solebat
Basia, nunc labro coepit utroque dare.

XXIII.

Non dicam, licet usque me rogetis,
Quis sit Postumus in meo libello,
Non dicam: quid enim mihi necesse est
Has offendere basiationes,
Quae se tam bene vindicare possunt?

XXIV.

„Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squalidus haerebo pallidiorque reo:
Si iubeat patria damnatum excedere terra,
Per freta, per scopulos exulis ibo comes.“
Dat tibi divitias. „Ecquid sunt ista duorum?“
Das partem? „Multum est.“ Candide, das aliquid?
Mecum eris ergo miser: quod si deus ore sereno
Annuerit, felix, Candide, solus eris.

XXV.

Das nunquam, semper promittis, Galla, roganti.
Si semper fallis, iam rogo, Galla, nega.

XXIV, 6. des aliquid.

---

3. vobis *φ* 4. cepit *BO*

XXIII. De Postumo *X*. 2. Quid sit *ABCGclφ*: Qui sit *aswz* 4. ostendere *bchlφ𝔅 et corr.a* 5. uncare *bsw* possint *l*

XXIV. * Ad Candidum *TX*. 2. Squallidus *a*: Squallidior *pr.ch* serebo *T*: Squalidior erebo *φ*: errabo *vel* horrebo *Heinsius*. 3. iubeas *corr.a*: iuvat *μ et pr.x*: iubet e patria *corr.x* patrism *T* 4. scopolos *T* 5. Dant *B*: Det *Heinsius*. Ecquid *Oaα*: et q *φ*: et quid *reliqui*. deorum *XABCG* 6. patrem *bφ et pr.h* est *om.C* des aliquod *φ* 7. eris *om. pr.A*: ergo eris *corr.A*: es ergo *abcswx𝔅*: eris igitur *l*; ergo miser es *μxα*: eris ergo miser *cum reliquis* 𝔄𝔓 Quid *Heinsius*. 8. Adnuerit *TA*: Advĩms *G*: Auuuit o felix *φ*

XXV. Ad Gallam *X*.

XXVI.

Quod querulum spirat, quod acerbum Naevia tussit,
Inque tuos mittit sputa subinde sinus,
Iam te rem factam, Bithynice, credis habere?
Erras: blanditur Naevia, non moritur.

XXVII.

Laudantem Selium cenae cum retia tendit
Accipe, sive legas, sive patronus agas:
„Effecte! graviter! cito! nequiter! euge! beate!"
Hoc volui: facta est iam tibi cena, tace.

XXVIII.

Rideto multum qui te, Sextille, cinaedum
Dixerit et digitum porrigito medium.
Sed nec paedico es nec tu, Sextille, fututor,
Calda Vetustinae nec tibi bucca placet.
Ex istis nihil es fateor, Sextille: quid ergo es?
Nescio, sed tu scis res superesse duas.

XXVIII, 4. Vetustillae

XXVI. * Ad Bithinicum *TX*. 1. sperat *T* acervum *XAB*: cervum *T* Nevia *TX*: venia *w* 2. suos *abchlswφμκa*: tuos *reliqui cum* 𝔄𝔓 *et margine Gryphii*. sputa] spurea *G* deinde *h* 3. teraem factam *B*: terre factam *bc et pr.h*: terre factum *l*: terrae foetam 𝔅: cererem fictam *φ* Bithiniee *BOh*: Bithynnice *a*: Bitinice *μκ* credit *G* 4. Venia *T*: Vinia *G*

XXVII. De Saelio *XA*: De Selio *G* [*Epigrammata XXVII—XXIX. om. φ*] 1. Saelium *A*: Senium *G* cenae Selium dum *h* punit *l*, *vide Burmannum in Ovid. A. A. I*, 45. 3. Effocte *a*: Effete *Iunius*: Efuete *λ*: Affecte *o*: Affectus *m*: Effecte *reliqui cum* 𝔓: Effate *Lipsius*. cito om. 𝔓*bs* 4. est om. *l* tacet *μκ et „codex antiquus" Domitii.*

XXVIII. Ad Sextillum *X*. 1. Sextile *bhμκ*, *ut versu* 3. 5. cynaedum *Oa*: synedum *G*: emendum *b* 2. Duxerit *pr.b* porigito *B* 3. Sixtille *A* 4. Vetustina *Oμκ*: Venustine *B* [5. 6. *XABCG hoc loco omissos interponunt Epigr. XXIX*, 8—10.] 5. nil *XABG* 6. ut scis *κ* super esse *O*

XXIX.

Rufe, vides illum subsellia prima terentem,
Cuius et hinc lucet sardonychata manus,
Quaeque Tyron totiens epotavere lacernae
Et toga non tactas vincere iussa nivea,
Cuius olet toto pinguis coma Marcelliano
Et splendent vulso brachia trita pilo;
Non hesterna sedet lunata lingula planta,
Coccina non laesum pingit aluta pedem,
Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.
Ignoras quid sit? splenia tolle, leges.

XXX.

Mutua viginti sestertia forte rogabam,
Quae vel donanti non grave munus erat.
Quippe rogabatur felixque vetusque sodalis
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Is mihi „Dives eris, si causas egeris" inquit.
Quod peto da, Gai: non peto consilium.

XXIX, 5. Marcellano 10. quis sit? XXX, 3. fidusque 6. Cai

XXIX. Ad Rufum *X*. 1. Ruffe *κα* tenentem *Olpμκα et pr.h* 2. et huc *m* nocet *AG*: et ignescit *Heinsius Adversariis p.* 616. sardonicata *XBOμκ*: sardonycata *α*: sardoniccata *bh*: sordonicata *Gw* 3. quotiens *bchl* lucernae *ACbs* 4. toga] coma *z* 5. pinguius *μ* Marcelliano *XObhλ*: Marcellino *G*𝔅: Marcerliano *pr.B*: Marceliano *reliqui*: Marcellano *Salmasius*. 6. volso *abcw* tota *l*𝔅 7. aesterna *X*: externa *Obhz*: externa *vel* hesterna *m*: extrema *μκα*: hesterna *cum reliquis* 𝔄𝔓*λ*. ligula *Olpμκ* 8. Cocinna *b*: Cochina *h* pingit 𝔓*abchmpswzμλs* (pinguit) 𝔅: cingit *reliqui*: stringit *Heinsius*. alupta *s*: alucta 𝔅 9. numero saliunt *B* stillantem *Lipsius*. 10. Ignoscas *l* quid sit *XABCGchlswμκα*: qui sit *z*: quis sit *Oab* „*et optimus liber scriptus*" *Scriverii*: quid sint *lp* tolle] unde *l* legas *XBC*

XXX. * Ad Gaium *TX*. 1. sextertia *bhα*: sextercia *G* 2. manus *A* erant *abhlz*𝔅 *et Gryphianae*. 3. fidusque 𝔓*Oabchlpswμκα*: felixque *cum reliquis margo Gryphii*. verusque *T*: vetus *A* 4. lapsas *c* archa *Xh* fragellat *b* 5. Iis *κ* inquid *B* 6. Gai *TXABGab*: Cai *reliqui*.

XXXI.

Saepe ego Christinam futui. Det quam bene quaeris?
Supra quod fieri nil, Mariane, potest.

XXXII.

Lis mihi cum Balbo est, tu Balbum offendere non vis,
Pontice: cum Licino est, hic quoque magnus homo est.
Vexat saepe meum Patrobas confinis agellum,
Contra libertum Caesaris ire times.
Abnegat et retinet nostrum Laronia servum,
Respondes „Orba est, dives, anus, vidua."
Non bene, crede mihi, servo servitur amico:
Sit liber, dominus qui volet esse meus.

XXXIII.

Cur non basio te, Philaeni? calva es.
Cur non basio te, Philaeni? rufa es.
Cur non basio te, Philaeni? lusca es.
Haec qui basiat, o Philaeni, fellat.

XXXI, 1. Chrestillam XXXIII, 4. Te qui basiat, hic, Philaeni,

---

XXXI. Ad Marianum X. 1. Christinam *XACbopa*: Cristinam *BGOabsφ*: Christinum „*vetus codex*" *Domitii*: Christillam *cx*: Cristiilam *hm* 2. De qua bene *G*: Sed quam bene *anoφ* fieri] tribui *Heinsius*.

XXXII. * Ad Ponticum causidicum X: *nullum lemma T.* 1. Bailo *T*: Balba *pr.w* 2. cum Licino est] cum Licino *opμa et pr.x*: cum Licinio *b*: cum Licino est *reliqui cum Gruterianis et* 𝔛 3. Vexat] Verax *w*: Versat *margo Iuntinae Lemairii.* Prothabas *x*: Probas *o*: Protas *B et pr.a*: Portas *b*: Piotas *s*: Procax *corr.l* 4. Contra] Contrita *A* 5. Lauronia *G*𝔛: Latonia *lpφμ*: Latronia 𝔅 *et pr.B*: Letonia *abesw*: Lectonia *hz* 6. Orbata est *A* vidua est *m* [7. 8. *apponit D.*] 8. Est liber *pr.A* qui velit *H* essemus *A*

XXXIII. * Ad Philenin *T*: Ad Philenen X. 1. Philene *XABCGOwφ ubique.* 2. ruffa es *ABGlxa*: russa es *X*: rustica es *C* 3. [*om. φ.*] *Post hunc versum Cuiacianus inserit haec:* Cur non basio te Philaeni? falsa es. *In B eadem leguntur pro versu quarto.* 4. [*om. T.*] Haec qui basiat, o Philaeni, (basiate *X*: basiat te *A*:) fellat (fallat *A*) 𝔓*XA*: Hic qui basiat, o (te *G*) Philaeni, fellat *Gs*: Hic te qui basiat, Philaeni, fellat *belp*: Te qui basiat, o Philaeni, fellat *Ca*: Te qui basiat, is, (hic *hz*: *om. Owμ et pr.x*) Philaeni, fellat *Oahwzμx*: Sed qui te basiat Philene fellat *φ*

XXXIV.

Cum placeat Phileros tota tibi dote redemptus,
Tres pateris natos, Galla, perire fame.
Praestatur cano tanta indulgentia cunno,
Quem nec casta potest iam decuisse Venus.
Perpetuam dii te faciant Philerotis amicam,
O mater, qua nec Pontia deterior.

XXXV.

Cum sint crura tibi simulent quae cornua lunae,
In rhytio poteras, Phoebe, lavare pedes.

XXXVI.

Flectere te nolim, sed nec turbare capillos,
Splendida sit nolo, sordida nolo cutis;
Nec tibi mitrarum nec sit tibi barba reorum:
Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.
Nunc sunt crura pilis et sunt tibi pectora setis,
Horrida, sed mens est, Pannice, vulsa tibi.

XXXIV, 5. faciant dî te   XXXVI, 5. Sunt tibi crura

XXXIV. Ad Galliam *X*. 1. redemptis *pr.B* 2. Tris *Oabchwz* notos *G* Galle *B* 4. docuisse *c* 5. Perpetno *G* te dii *AG*: Di te perpetuam *λ* 6. Pontica *abcmswzφ𝔄*, *Arondellianus et pr.h*

XXXV. * Ad Phoebum *TX*. 1. sunt *XAB*: sic *φ* cura *Aφ* simileat *TXBbh et pr.a* 2. In rhytio *a*: In brathio *T*: In rhitio *φμx et margo hp*: In rhidio *pλ*: In brutio *h*: In Brythio 𝔅: in rytthio *A*: In rityo *X*: In rithio *Gw*: Intirio *B*: Imbrutio *b*: Imbricio *O et Domitius in editione Veneta* 1480.: Umbricio *ç*: In rictu *margo* 𝔄: In rivo *Vindob*. 3.

XXXVI. Ad Pannicum *X*. 1. Pectere *bchlpzφμxa et corr.a*: Flectere *reliqui cum* 𝔓 *et codice Hutteri in Iani Gulielmii Verisimill. III*, 17. 2. Sordida sit nolo, splendida *z* 3. mitrarum] „*al.* mimorum“ *c* 4. viri *Heinsius*. 5. Nunc tibi crura *φμxa*: Hunc sunt crura *G*: Nunc sunt crura (curra *A*) *reliqui cum* 𝔓, *Bongarsiano et m.* et sunt tibi] et nunc sunt *G* saetis *A*: *om.z* 6. Orrida *X* volsa *XABOabcwxμx*

XXXVII.

Quidquid ponitur hinc et inde verris,
Mammas suminis imbricemque porci
Communemque duobus attagenam,
Mullum dimidium lupumque totum
Muraenaeque latus femurque pulli
Stillantemque alica sua palumbum.
Haec cum condita sunt madente mappa,
Traduntur puero domum ferenda.
Nos accumbimus otiosa turba.
Ullus si pudor est, repone cenam:
Cras te, Caeciliane, non vocavi.

XXXVIII.

Quid mihi reddat ager quaeris, Line, Nomentanus?
Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.

XXXIX.

Coccina famosae donas et ianthina moechae:
Vis dare quae meruit munera, mitte togam.

XL.

Uri Tongilius male dicitur hemitritaeo.

XXXVII. * Ad Caecilianum cenipetam *TX*. 1. Quicquid *T* vortis *asw* 2. summinis *Oμx*: summis *b*: sumis *w*: sumen *φ* 3. [*om. T.*] atagenam *Oμx*; attacenam *z* 4. Muium *μ*: Nullum *Oφ* lupumque] aprumque *φ* 5. Murenae latus *s* [6. 7. 8. 9. *om. T.*] 6. Stellantemque *XABCbchlp𝔅 et pr.G* halica *XABGObhμx*: halyca 𝔅 7. Hoc condita *φ* 9. Nos] Nec *h* aconbimus *O* 10. depone *φ* 11. Ceciliane te *T* vocavi 𝔓*XABCGOmswλa*, *palatinus alter*, *pr.a et margo h*: vocabo *T bchlpzμx et corr.a*: videbo *φ*

XXXVIII. * Ad Linum *TX*. 1. Quod mihi redat *pr.B* Nomentanus Lino quaeris *lmw* nomea lanus *φ* 2. reddet *AB* „*vel* no vidoam" *margo G manu secunda*.

XXXIX. De moecha *X*. 1. Cocina *b* formosae *s et pr.a*; fastosae *Roius*. et iacinthina *chl et margo a*; et iacentina *b*; et iantina *s*: iacintina *z*: hiacinthina *φ*

XL. * De Tongilio goloso *T*: De Tongillio giioso *X*. 1. Viri *XB* Tongulius *s* emitriteo *TXABGh*: hermitritaeo *Oa*: thermitriteo *w*; hemitricheo *b*

Novi hominis fraudes: esurit atque sitit.
Subdola tenduntur crassis nunc retia turdis,
Hamus et in mullum mittitur atque lupum.
Caecuba saccentur quaeque annus coxit Opimi,
Condantur parco fusca Falerna vitro.
Omnes Tongilium medici iussere lavari:
O stulti, febrem creditis esse? Gula est.

XLI.

„Ride si sapis, o puella, ride“
Pelignus, puto, dixerat poeta,
Sed non dixerat omnibus puellis.
Verum ut dixerit omnibus puellis,
Non dixit tibi: tu puella non es,
Et tres sunt tibi, Maximina, dentes,
Sed plane piceique buxeique.
Quare si speculo mihique credis,
Debes non aliter timere risum,
Quam ventum Spanius manumque Priscus,

XL, 2. mores 3. crassis modo XLI, 6. Nam tres 10. vatius manumve lippus

2. Novi] Nou *w* fraudes *T𝔓mxφ et Gruteri tertius:* mores *reliqui cum 𝔇.* [3. 4. *apponunt Excerpta Frisingensia.*] 3. tenduntur *XC* modo *Oμκα:* nunc *reliqui cum 𝔛:* nunc crassi tenduntur *Frisingensia.* turdis] cervis *T* 4. Hamis *Tw* milvum *Frisingensia:* malum *μκ* 5. sanceutur *C𝔅:* sicentur *μκ:* sinceutur *T:* siccentur *Obchswzφα:* coquentur *l:* saccentur *reliqui cum „omnibus MSS“ Scriverii.* annis *pr.G* Opimi *Tμκα:* Opimis *x:* Opimus *reliqui:* Opimius *Roius.* 6. Condetur *X:* Conduatur *Tφ* fusa *G𝔅 et MS Scriverii:* nigra *Oφ* Palerna viro *s* 7. lassere *T teste Heinsio.* levari *s* 8. Quod stulti *c*

XLI. * Ad Maximinum *T:* Ad Maximinam *X.* [1—8. *om. T.*] 1. Vide si sapis *G* o *om. φ* 2. puto] petto *B* 4. [*om. pr.G.*] Verum ut] Verum *c:* Quamvis *μκα:* Verum ut *reliqui cum „optimo codice duobusque aliis“ Scriverii.* 5. *Ante v. 4. b* 6. Nam tres *Tp, sed vide ad v. 12.* Maxumina *a:* Maxuma *b* 7. plani *G* picaeique *X* buxaeique *T:* bureique *b:* „*al.* rubeique“ *c* 9. risum] tussim *φ* 10. Qui ventum *T* Panius *T:* Spamus *φ:* vacuus *Viennensis Gruteri:* valius *Scriverius.* manumve *𝔓abchpsz et Viennensis:* maniumve *w* Crispus *𝔛:* lippus *Viennensis.*

Quam cretata timet Fabulla nimbum,
Cerussata timet Sabella solem.
Vultus indue tu magis severos,
Quam coniux Priami nurusque maior,
Mimos ridiculi Philistionis
Et convivia nequiora vita
Et quidquid lepida procacitate
Laxat perspicuo labella risu.
Te maestae decet assidere matri,
Lugentive virum piumve fratrem,
Et tantum tragicis vacare Musis.
At tu iudicium secuta nostrum
Plora, si sapis, o puella, plora.

XLII.

Zoile, quid solium subluto podice perdis?
Spurcius ut fiat, Zoile, merge caput.

---

13. induito 20. Lugentique virum piumque

---

11. Quam] Quae *T* creata *Os*: creta tabula timet *φ* Fabulla nimbum Cerussata timet *om. A et pr. G* Fabulla] Fabula *TO*: tabula *bsw*: tabella *ahmφμx* 12. Cerusata *Xφ*: Cerusa timet *B*: q serussata *G* Tabella *Tsφ* *In T versus sic se excipiunt*: 10. 12. 11. 6. 7. 13 *sqq.* 13. Voltus *ab* Indue tam *G*: finge tuos *X*: induito *Heinsius.* saevos *T* 14. Que conix Piami *T*: Quam coniunx (*sic et hμxa*) Prami *X*: Quam couiunx Primi *AB* 15. Mimmos *b*: Minimos *w* Philistrionis *abclsw* 16. nequiae *T* 17. epida *x* 18. Lassat *φ* perpicuo *pr. B*; prospicua; *corr.* prospicuo *T*: perpetuo *bch* tabella *clφ*: puella *XAB*: puellas *G* risit *μx* 19. Te mestiae *T* adsidere *TX* mari *T* 20. Lugentive *Tp*: Lugentemque *abchwoφ*: Lugentique *reliqui.* virum] urium *φ* piumve *T*: piumque *reliqui.* 21. E tantum *T* vagare *T*: vocare *XB* 22. Ad tu *T*: Aptu *XAB*: Aptum *C et pr. G*: At tuum *I*: Aut tu *Heinsius.* 22, 21. *transponit w.*

XLII. Ad Zoilum *X.* 1. solum *φ* sub luto *s*: saluto *b*: subloto *corr. a*: sublato *B*; soluto *h* pardis *codex Barthii Adversariis XXXI, 1. unde is fecit* quid solio sublato podice parcis? 2. Spurcior *pφ*𝔅 fias *XABC*𝔅: „*al.* faciat" *G* mege *B*: terge *Heinsius.*

XLIII.

Κοινὰ φίλων haec sunt, haec sunt tua, Candide, *κοινά*,
Quae tu magniloquus nocte dieque sonas.
Te Lacedaemonio velat toga lota Galaeso
Vel quam seposito de grege Parma dedit,
At me quae passa est furias et cornua tauri,
Noluerit dici quam pila prima suam.
Misit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas:
Non vendes nummis coccina nostra tribus.
Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Immodici tibi flava tegunt chrysendeta mulli:
Concolor in nostra, cammare, lance rubes.
Grex tuus Iliaco poterat certare cinaedo,
At mihi succurrit pro Ganymede manus.
Ex opibus tantis veteri fidoque sodali
Das nihil et dicis, Candide, *κοινὰ φίλων?*

XLIII, 5. furiosi cornua

XLIII. Ad Candidum *X*. 1. *Κοινὰ φίλων* haec sunt, haec sunt tua, Candide, *κοινά* 𝔓*asw:* Cocna philon hacc sunt (exsunt *A et pr.G*) tua Candide coena *XABG*: *Κοινὰ φίλων* haec sunt tua semper Candide *κοινά* 𝔛: Candide *κοινὰ φίλων* (*vel* cnena philon) haec sunt tua Candide *κοινά* (*χοινά bis* μφ *πάντα Cpu*). *COchlpzμα et Graecis omissis b:* Candide τα των φιλων κοινα, παντα haec sunt tua Candide *κ*: (C)andide (*spatium vacuum*) haec sunt tua candide (*spatium vacuum*) *φ* 2. magnilocus *AB*: magniloquis *X:* magnificns *e* 3. lata *pr.G:* leta *pr.h.* 4. supposito *s* terra dedit *XABCG et margo aw, vide Epigr. XLVI, 6.;* „*in manuscripto* (𝔛) *lectio est ambigua mihi propter implicitum litterarum tractum, Creta an Acerra legendum sit.*" *Hadrianus Iunius.* 5. Ad me *B* furias et *CGO;* furia sed *XAB*: furia et 𝔓: furiati *Gruterus:* furiosi *reliqui cum Budleiano.* 6. prima pila *w* sua *l* 7. Agenoridae *Iunianae.* Catmi *B* 8. vendens *s:* vendas *G* 9. Lybicos *Xφ* orbis *X* 10. texta *XABG:* „*al.* testa" *margo G.* facina *h* 11. chrinsendeta *X:* chrisendata *μx:* chrisende tamulli *w:* crisendeta *O:* crisendita *b:* crysendata *φ:* chorus endeta *A:* chorus sendetam ulli *B:* chorus endera *pr.G* muli *a* 12. gammare *φμx:* camare *X:* cammere *B:* camere *b:* camerae *pr.G* „*al.* gamare:" tam mare *sw:* tam mane *pr.h* 13. Crestuns *B* puterit *corr.φ* cartare *A:* cantare *pr.G* 15. fidique *pr.A* 16. mihil *A* *κοινὰ φίλων om. bwφ et pr.x:* cnena philon *XABGO:* *χοινὰ φιλων μ:* κοιμαφιλου *corr.x*

XLIV.

Emi seu puerum togamve pexam
Seu tres, ut puta, quattuorve libras,
Sextus protinus ille fenerator,
Quem nostis veterem meum sodalem,
Ne quid forte petam timet cavetque,
Et secum, sed ut audiam, susurrat:
„Septem milia debeo Secundo,
Phoebo quattuor, undecim Phileto,
Et quadrans mihi nullus est in arca."
O grande ingenium mei sodalis!
Durum est, Sexte, negare, cum rogaris,
Quanto durius, antequam rogeris!

XLV.

Quae tibi non stabat praecisa est mentula, Glypte.
Demens, cum ferro quid tibi? Gallus eras.

XLVI.

Florida per varios ut pingitur Hybla colores,
Cum breve Sicaniae ver populantur apes,
Sic tua suppositis collucent praela lacernis,

XLVI, 3. pellucent

XLIV. Ad Sextum feneratorem *X*. 1. Emis *x et corr.B*: Emit *hs*: Enim *margo a*: Cum *aw* togamque *l* 2. tris 𝔓 ut puta *XBCcl*: vel puta 𝔓*abswz*: ut puto *AGO*: vel puto *reliqui*. 4. uosti *z* 6. sed ut *zλ Iunianae*: sic uudiam *pr.B*: sic ut *reliqui, ex I*, 96, 3. audiat *X* 8. Phoebo vel *sω* quattuor et undecim *C* undecin *φ*: decem *c* Phileco *X* 9. nullum *c* 11. Sexte] septem *φ* negare] rogare *l* cum] quod *c* rogeris *Oabhlswzμκα* 12. rogaris *C*

XLV. Ad Clyptum *X*. 1. preciosa est *G* Clypte *X*: Clipte *B* 2. cum testa *margo Iuntinae Lemairii.* eris *φ*

XLVI. * Ad Nevolum *TX*. 1. ut pingitur] ubi pingitur 𝔅: depingitur *l*: ut tingitur *aswφ* Hilba *w* 2. Siceaniae *T*: Sicaviae *μ* populatur *s* 3. subpositis *B*: subpostas *T*: sepositis *codex Iani Gulielmii Verisimill. III*, 7. *et pr.G*: compositis 𝔛 collucent *BG et codex Gulielmii*: conlucent *TXAC*: perlucet *Oμκ*: perlucent *vel* pellucent *reliqui*. praela *Ta*: prela *Oλasw et* „optimi *MSS*" *Gruteri*: tecta *μκ*: praeda *Gryphianae*: prata *reliqui cum* 𝔛 *et codice Gulielmii.* lacervis *φ*: laternis *T*: lacernas *pr.z*: lucertus *w*: racemis *margo m*

Sic micat innumeris arcula synthesibus,
Atque unam vestire tribum tua candida possunt,
Appula non uno quae grege terra tulit.
Tu spectas hiemem succincti lentus amici
Proh scelus! et lateris frigora trita times.
Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus,
Quid metuis? non te, Naevole, sed tineas!

XLVII.

Subdola famosae moneo fuge retia moechae,
Levior o conchis, Galle, Cytheriacis.
Confides natibus? non est paedico maritus:
Quae faciat duo sunt: irrumat aut futuit.

XLVIII.

Coponem laniumque balneumque,
Tonsorem tabulamque calculosque
Et paucos, sed ut eligam, libellos:
Unum non nimium rudem sodalem

8. trita mei   10. Quid renuis?

---

4. Sic lucet *h*   innumeris *T*: immaneris *φ*   syndysibus *z* [5. 6. *om. T.*]   5. tua vellera *Cbchlzφμκα*: tua candide *m et pr. G*: tua candida *reliqui cum* 𝔓, *Bongarsiano et codice Gulielmii.*   possint *Heinsius.*   6. Apula *XABCbcl*   non uivco *Heinsius.*   7. Tu expectas *b*; Suspectas *c*   succencti *pr. G*   lactus *e*   8. lateri *bchl*𝔅: later *T*   tuta *Ozμκα et margo p*: tua *φ*: trita *reliqui cum tribus Gruteri*, 𝔛 *et codice Gulielmii*: tumcs *pr. C*: mei *Scriverius.*   9. erat *om. T*   fraudere *w et corr. a*   10. Quid metuis? *T et Roii collatio Amstelodamensis*: Quod metuis *Cφ*: Quid rennis 𝔓*XGOpszλ et margo m*: Quod rennis (rennuis *A*) *AB*𝔛*m*: Quem renuis *bchl*𝔅 *et margo a*: Non metuam *a*: Non metuas *wμκα*   non te] monte *T*: mortem *Caωφμκα*   Nevule *aω*: Nevela *pr. G*: Noevele *A*   tineas] timeas *XCφ et pr. s*: timpas, *corr.* tiapas, *T*

XLVII. * Ad Gallum *TX.*   1. formosae *clsz et pr. ap*   rethia (*corr.* retia) moethae *T*   2. Levior oconcis *T*: Levior e conchis *XAC et corr. G*: Levior est conchis *B*: Lenioto coucis *b*: Leniar conchis *hω*   Gallacci theriacis *T*: cythariacis *aω et pr. Gh*: titheriacis *XB*   [3. 4. om *T.*]   3. Confides *XACGz et Iunianae*: Confidis *reliqui cum Gruterianis.*   4. irrimat *ahsw*   aut] et *hp*

XLVIII. Ad Rufum *X.*   1. Cauponem *sφ*   2. Tonsoremque *O*   tabulasque *h*   calculumqua *s*   5. 6. *transpositi a Iunio.*

Et grandem puerum diuque laevem
Et caram puero meo puellam:
Haec praesta mihi, Rufe, vel Butuntis,
Et thermas tibi habe Neronianas.

XLIX.

Uxorem nolo Telesinam ducere: quare?
Moecha est. Sed pueris dat Telesina. Volo.

L.

Quod fellas et aquam potas, nil, Lesbia, peccas.
Qua tibi parte opus est, Lesbia, sumis aquam.

LI.

Unus saepe tibi tota denarius arca
Cum sit et hic culo tritior, Hylle, tuo,
Non tamen hunc pistor, non auferet hunc tibi copo,
Sed si quis nimio pene superbus erit.
Infelix venter spectat convivia culi
Et semper miser hic esurit, ille vorat.

XLIX, 1. 2. Thelesinam *et* Thelesina LI, 3. caupo

---

5. purum *p* 6. Et *om.s* cara *B* 7. Bitontis *pzμκα*: Bitonti *c*: Bytuntis *O*: Bisunti *Iacobus Bononiensis.* 8. Et thermas *G*

XLIX. * De Thelesina *T*: De Telesina *X*. 1. Thelisinam *G* 2. set *B* da *pr.B*

L. Ad Lesbiam *X*. 1. fallas *X* et quam *XAB*: et quod *G* potes *w*: portes *s* mi Lesbia *G* 2. est *om. XA*: qua tibi opus parce Lesbia *B* summis *O*

LI. Ad Chyllum *X*: Ad Hyllum *A*. 1. archa *Gh* 2. Hyle *Oμκα*: Hile *bh*: Ille *XBGaswφ* 3. aufert *b* hoc *φ* caupo *s et margo a* 4. penne *a* erit] est *Heinsius.* 5. culo *pr.B* 6. exurit *bh*

LII.

Novit loturos Dasius numerare: poposcit
Mammosam Spatalen pro tribus: illa dedit.

LIII.

Vis fieri liber? mentiris, Maxime, non vis:
Sed fieri si vis, hac ratione potest.
Liber eris, cenare foris si, Maxime, noles,
Veientana tuam si domat uva sitim,
Si ridere potes miseri chrysendeta Cinnae,
Contentus nostra si potes esse toga,
Si plebeia Venus gemino tibi vincitur asse,
Si tua non rectus tecta subire potes.
Haec tibi si vis est, si mentis tanta potestas,
Liberior Partho vivere rege potes.

LIV.

Quid de te, Line, suspicetur uxor
Et qua parte velit pudiciorem,

LII, 1. loturas   LIII, 2. potes.

LII. De Dasio Spatale *X.* [*Om. hoc Epigramma pr.G.*] 1. Movit *aw* loturos 𝔓*XBCGOclpwzμα et corr.h, pr.x et, ut videtur, φ:* lilturos *A:* letoros *b:* leeturos *pr.h:* loturus *s:* loturas *a*𝔛, *tres Gruteri et corr.x:* lieturas *Iunianae.* Dasius] Clausius *c* numerare] „*al.* munerare" *G* 2. Mamosam *XA* Spatalem *Gφμx:* Spattalem *B:* Spattale *X:* Spatelem *abhsw* illa] uua *b*

LIII. * Ad Maximum *TX.* 1. libera meutiri *XB et pr.A:* liber meutiri, *corr.* ac meutiri, *G* Maxume *a* 2. Set *B* potesl *T:* potes *reliqui.* [3. 4. 9. 10. *apponit D.*] 3. Maxime] Scevole *D* uoles *D:* uolles *XABCGw et in rasura a:* nolis *reliqui:* tollea *Heinsius.* 4. si movet *pr.G:* si fovet *Heinsius.* uva] illa *B* 5. ehryseudata *Osw:* erysendata *φ:* ehrisendeta *T* Ciuse *T:* Cyonae *x* 6. si potes esse toga *om. pr.B* 7. geuio *pr.b* iuocitur 𝔅: iuugitur *Heinsius in Ovid Remed. Amor.* 407. axe *c* 8. 9. *transponunt AB* 8. teetus *x* teeta] taula *XBC* [9. 10. *om. pr.Cl.*] 9. Nee tibi *T:* Hoe tibi si ius est, in te si tanta potestas *Heinsius.* 10. Parto *T*

LIV. Ad Linum *X.* 2. pudieiòr est *pr.G:* puditiorem *X:* podieitiorem *Bbchlw, vide Burmann. in Anthol. II, p.* 505.

Certis indiciis satis probavit,
Custodem tibi quae dedit spadonem.
Nil nasutius hac maligniusque est

LV.

Vis te, Sexte, coli: volebam amare.
Parendum est tibi: quod iubes, colere:
Sed si te colo, Sexte, non amabo.

LVI.

Gentibus in Libycis uxor tua, Galle, male audit
Immodicae foedo crimine avaritiae.
Sed mera narrantur mendacia: non solet illa
Accipere omnino. Quid solet ergo? Dare.

LVII.

Hic quem videtis gressibus vagis lentum,
Amethystinatus media qui secat Septa,
Quem non lacernis Publius meus vincit,
Non ipse Cordus alpha paenulatorum,

LV, 2. coleris. LVI, 1. notatur LVII, 4. Codrus

---

3. Et certis *A* iudiciis *pr.a* probabit *BC et pr.G* quae tibi *s*: tibi quem *bch* 5. oausutius *w*: nausitius *φ* hac] ac *X* maligniusque est] maligniusque *XABCG*

LV. Ad Sextum *X*. 1. nolebam *XABCw et pr.G* amari *c* 2. Pareendum *pr.G* colere *XBCφ et corr.G*: colore *A et pr.G*: coleria *reliqui*. 3. te *om.l* Sexte colo *Oabchlswφ*

LVI. * Ad Gallum *T*: Ad Gallum de uxore *X*. 1. Deotibus *aw* Lybicis *T*: Libicia *X* male audit *TCOabchlmpswzμκα*, *parisinus* 8284. *et corr.G*: ma laudit *AB*: mala *pr.G*: me laudat *X*: Galle audit *φ*: notatur *Iunianae*: laborat *codex Cantabrigiensis Wassii Indic. Sallust. s. v. Immodicus*. 2. foedac *asw*: sordet *φ* crimen *Tasw* 3. mea *s* oarratur *T* nam solet *h*: noo *om. pr.b*: si solet *corr.b* ille *s* 4. Accepere *T*: Omnioo accipere *G*

LVII. De micropsico divite *X*: De M. Cropsico *z* 1. lentii *pr.G* media qui secat Septa *Oμκα et corr.a*: media quem secat secta (saetta *A*: acta *G*) *XABG*: media qui (*pr.* quia) secat via *l*: mediam qui secat viam *reliqui cum* 𝔅 3. laceroia] cernis *XABC*: crinia „*vel* cernis" *G* Publieus *c* vincit meus *s* 4. Cordus *XABG*: Codrus *reliqui*.

Quem grex togatus sequitur et capillatus
Recensque sella linteisque lorisque:
Oppigneravit modo modo ad Cladi mensam
Vix octo nummis annulum, unde cenaret.

LVIII.

Pexatus pulchre rides mea, Zoïle, trita.
Sunt haec trita quidem, Zoïle, sed mea sunt.

LIX.

Mica vocor: quid sim cernis, cenatio parva:
Ex me Caesareum prospicis ecce tholum.
Frange toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo:
Ipse iubet mortis te meminisse deus.

LX.

Uxorem armati futuis, puer Hylle, tribuni.
Supplicium tantum num puerile times?

---

7. Claudii modo ad mensam   LIX, 4. dememinisse   LX, 2. dum puerile times.

---

5. Que *B*   6. lintheisque *O*   8. mode modo ad Cladi (Gladi 𝔓: Claudi *A*) mensam 𝔓*A et Salmasius de mod. usur. p.* 701. *et Exercitt. Plin. p.* 149.*:* modo ad Claudi (Claudii *corr.B*) mensam X*BCGclswφ*: modo ad mensam Claudi (Claudii *b*) *bh:* Claudi modo ad mensam *a:* ad modo Claudi mensam *μκα:* ad Claudi (Claudii *mz*) modo mensam *Omz:* Oppignoravit Claudiam modo ad mensam *Heinsius Adversariis p.* 529.   8. Vix] Bis *φ*   numinis *B*   aunlum *paene omnes.*   cenarat „*vel* cenaret" *G*

LVIII. * Ad Zoilum *T:* Ad Zoilum *X.*   1. Vexatus *bch*𝔅   mea] me *h*

LIX. De cenatione micae *X.*   1. Pica *l:* Mensa *G*   qui sim *c:* quem sim *z*   2. Et me *α*   tholum] „*al.* diolum" *G:* torum *bcls*𝔅 *et pr.h:* totum *w*   3. Fringe *G*   thorum *bchlz et pr.G*   rosas] „thoras *vel* togas" *margo b*   cape rosas *h*   tinguere *ABCGaz:* cingere *c:* tinge *O*: et ungere *vel* tangere *Heinsius.*   Scande turos: pete vina: rosas cape, et ungere nardo *margo Iuntinae Lemairii.*   4. te timuisse decus *pr.G:* dememinisse „*hoc est oblivisci: ita habet codex vetustissimus cum manu librariorum: hactenus lectum* meminisse" *Domitius. Vide Vossii Aristarch. III,* 39. *p.* 889. *edit. Halens.*

LX. Ad Hylum *X.*   Hyle *Oμκα:* Hile *bh*   2. tantum] facti 𝔄   num *GO et corr.A:* nec 𝔄*φ et Bononiensis:* dum *reliqui.*   puer hile *b et pr.h:* puer hille (*pr.G* hile) *BCGOclφ:* puer ille *pr.B:* puer Hyle *OA:* puer Hylle *XAsw et Bononiensis.*

Vae tibi, dum ludis, castraberis. An mihi dicis
„Non licet hoc?“ Quid? tu quod facis, Hylle, licet?

LXI.

Cum tibi vernarent dubia lanugine malae,
Lambebat medios improba lingua viros.
Postquam triste caput fastidia vespillonum
Et miseri meruit taedia carnificis,
Uteris ore aliter nimiaque aerugine captus
Allatras nomen quod tibi cunque datur.
Haereat inguinibus potius tam noxia lingua:
Nam cum fellaret, purior illa fuit.

LXII.

Quod pectus, quod crura tibi, quod brachia vellis,
Quod cincta est brevibus mentula tonsa pilis:
Hoc praestas, Labiene, tuae — quis nescit? — amicae.
Cui praestas, culum, quod, Labiene, pilas?

---

3. castrabere. Iam mihi dices, LXI, 6. datum est. 7. tua noxia LXII, 4. quem, Labiene,

---

3. qui ludis *Benoniensis.* laudis *pr.p* castraberis *AG:* castraveris *X:* castrabere *reliqui.* an „*vel* iam“ *G:* an *corr.A:* at *Heinsius:* iam *reliqui, fortasse ex* 63, 4. dicis *XABCG:* dices *reliqui.* 4. quid] dic *vel* quin *Heinsius.* hoc quod tu *Bφ* quod licet Hylle facis *c*

LXI. De infame *X.* 1. dubia] tenera *abchmswzφ et codex Pulmanni.* 2. medius *A* 3. vespiiionum *COclμx:* vispillonum *BGsz:* vispilienum *Xabhwφ:* bis pilluoum *A* 4. metuit *Heinsius.* 5. minimaque *AGlsw, Viennensis Gruteri et corr.a:* minimique *B:* miseraque 𝔄*:* nimia *φ* aurugine *XBCGl*𝔄 *et Viennensis:* aurygine *A:* aurigine *O:* rubigine *hμxλ et* „*al.* rubigine“ *e:* rudigine *φ* 6. datur *XABCGO:* datum est *reliqui cum* 𝔓*m et Bongarsiano.* 7. unguinibus *XAB* iam noxia *X*𝔄*:* via noxia („*vel* iam“ *G*) *BG:* viam noxia *A:* tua noxia *Clp:* tibi noxia *Heinsius.* 8. fallaret *pr.BG:* falleret *bφ* purior illa fuit] fecerat illa minus *m* (*ex I,* 22, 8.)*:* tristior illa fuit *φ*

LXII. * Ad Labienum *TX.* 1. velis *a* 2. levibus *O* pillis *T* 3. perstas *O* Laviene *T* quis] qui *T* 4. quod] *TXABGOl*𝔄*:* quid *s:* quem *reliqui.* Labiane *asx:* Laviane *T* pilis *X* Cum vellis culum, cui Labiene facis? *codex Pulmanni.*

LXIII.

Sola tibi fuerant sestertia, Miliche, centum,
Quae tulit e sacra Leda redempta via.
Miliche, luxuria est, si tanti dives amares.
„Non amo“ iam dices: haec quoque luxuria est.

LXIV.

Dum modo causidicum, dum te modo rhetora fingis
Et non decernis, Laure, quid esse velis,
Peleos et Priami transit et Nestoris aetas
Et fuerat serum iam tibi desinere.
Incipe, tres uno perierunt rhetores anno,
Si quid habes animi, si quid in arte vales.
Si schola damnatur, fora litibus omnia fervent,
Ipse potes fieri, Marsya, causidicus.
Eia age, rumpe moras: quo te sperabimus usque?
Dum quid sis dubitas, iam potes esse nihil.

LXIII, 4. haec mage LXIV, 3. transti vel Nestoris annos 8. potest 9. spectabimus

---

LXIII. Ad Miliehum *X*. 1. fuerat *s*: fuerunt *Gryphianae*. 1. 3. Milliche *h*: Milliee *φ*: Meliehe *aswμκα* 2. redepta *G* 3. si tanti] stanti *B*: stante *X* amaris *Obchmswφzμκ* (*non λ*) 4. Sed non iam dicees *φ* haec] hee *m* mage *μα et corr.κ*: magna *pr.κ et Veneta* 1485.: qunque *cum reliquis* 𝔄𝔅 *et λ*

LXIV. * Ad Laurum causidieum *TX*. [*Versus* 1—4. *et* 9. 10. *apponit D.*] 1. Dum te causidienm *D* dum te mihi *O*: tum te medo *T* rethora *TA*: rechora *D* 2. dum deceruis *D* disceruis *s* Laure *TXABCDOz*𝔛: Taure *reliqui.* quid] quis *XB et corr.G*: quod *b* 3. trausis 𝔄: transti *Scriverius.* et Nestoris *TXABCDGOl*𝔓: ut Nesteris *φ*: vel Nesteris *reliqui cum* 𝔛. aetas] annos 𝔄 *et „nonnulli“ Scriverii.* Nectoris *D* Eu Peliae et Priami transisti et Nestoris annos *Heinsius.* 4. fue erat *T*: fuerit *corr.a* servum *D*: secum *φ* desidere *pr.G*; dinere *pr.B*: deserere *D* 5. periuut et *B* retheres *T*: rehteres *φ* 6. Si quis *T* arce *pr.B* 7. Discola *T* 8. potes *T*𝔄*φ*: potest *reliqui.* Marsna *T*: Marsis *XBOμκα* 9. Heia *TX*: Eya *D* quod te *D* sperabimus *DGOlw*𝔄𝔓𝔅 *et Bongarsianus*: speravimus *TXABCbhzφ*: spectabimus *apsμκα*: spectavimus *c*: quo desperabimus *Heinsius.* 10. quis sis *XABC*𝔄*φ*: qui sis *C*

LXV.

Cur tristiorem cernimus Saleianum?
An causa levis est? „Extuli“ inquit „uxorem.“
O grande fati crimen! o gravem casum!
Illa, illa dives mortua est Secundilla,
Centena decies quae tibi dedit dotis?
Nollem accidisset hoc tibi, Saleiane.

LXVI.

Unus de toto peccaverat orbe comarum
    Annulus, incerta non bene fixus acu.
Hoc facinus Lalage, speculo quo viderat, ulta est
    Et cecidit saevis icta Plecusa comis.
Desine iam, Lalage, tristes ornare capillos,
    Tangito et insanum nulla puella caput.
Hoc salamandra notet vel saeva novacula nudet,
    Ut digna speculo fiat imago tua.

LXV, 2. inquis,   LXVI, 4. sectis   6. Tangat
8. tuo

LXV. Ad Saletanum *X.*   1. cernis *G*   Saleianum *𝔓A*: Saletanum *XBCGl*: Saleranum *reliqui.*   2. lenis *aw*   Extuli *eta*: Extulit *ABCGOaswzφμx*: inquis extulit *bhp et quidam Oudendarpiani*: untulit *X*   inquit *XABCGφ*: inquis *reliqui.*   3. gravem] grandem *B*   4. Illa illa] Illa *GOφ*   est mortua dives *Oφ*   Secunda illa *B*   5. deciesque mibi *φ*   6. Nollet *pr.h*   accidisse *cφ*   haec *c*   Saletaae *et* Saleraue *iidem qui versu* 1.

LXVI. * Ad Lalagen *TX.*   1. torto *Heinsius in Ovid. Amorr. I,* 14, 18., *in exemplari suo delevit.*   2. inserta *Heraldus.*   3. Lalagae *X*: Lalaie *B*: Lalages *C*   quod *Tehwφμxa*: quom *l*   4. Et cecidit] Caeditur et *Heinsius Adversariis p.* 521.   saevis icta *TXAB*: sectis icta *GOlpszφμxa*: sectis ulta *C et margo ab*: sectis laeta *bch et pr.aw*: saevis laeta *corr.a*: „aegra *vel* ulta“ *margo aw*   Plecussa *T*: Phlegusa *𝔓abhmwφ𝔅 et Bongarsianus*: Flegusa *Osμx*   5. Desine tam *Iunianae.*   Lalagae *X, quod reponit Heinsius Adversariis p.* 524.   tristis *abhw*: tristeis *a*   onerare *XAB* (*honerare*) *CG*   6. Tangit *T et Vaticanus Heinsii*: Tangito *Heinsius l. c.*: Tangat *reliqui.*   et insanum] vel sanum *s*   7. salmandra *O*   nocet *bsw*: „*alii* voret“ *margo b*   vel] et *c*   saeva] nuda *bch𝔅*   nonvacula *T*: novacla *h*
8. Dignior ut speculo *codex vetus Cagnerii.*   tua *Tabepswzφμ et pr.Gx*: tuo *reliqui*: Ut digna (*vel* Indigna ut) speculo fiat imago suo *Heinsius l. c.*

LXVII.

Occurris quocunque loco mihi, Postume, clamas
Protinus et prima est haec tua vox „Quid agis?"
Hoc, si me decies una conveneris hora,
Dicis: habes puto tu, Postume, nil quod agas.

LXVIII.

Quod te nomine iam tuo saluto,
Quem regem et dominum prius vocabam,
Ne me dixeris esse contumacem:
Totis pilea sarcinis redemi.
Reges et dominos habere debet
Qui se non habet, atque concupiscit
Quod reges dominique concupiscunt.
Servum si potes, Ole, non habere,
Et regem potes, Ole non habere.

LXIX.

Invitum cenare foris te, Classice, dicis:
Si non mentiris, Classice, dispeream.
Ipse quoque ad cenam gaudebat Apicius ire:
Cum cenaret erat tristior ille, domi.
Si tamen invitus vadis, cur, Classice, vadis?
„Cogor" ais: verum est; cogitur et Selius.
En rogat ad cenam Melior te, Classice, rectam.
Grandia verba ubi sunt? si vir es, ecce, nega.

7. turgente *l* 8. Selis *pr.G* 9. leviter *w* ambventur *C*: admoneutur *XAls et pr.BG*: admonetur *corr.G* austris *margo Gryphii.* 11. Hic *B* septem] semper *G* domino *XABCG𝔄* montis *ABG*: colles *lφ* 12. extimare *bsφμx et pr.a* 13. Albinos *G* Thusculosque *a* 14. latet *w et corr.a*: facit *z* orbe *G* 15. Fidenes *𝔄* veteresque *Cφ* Rubros *l*: Rufras *φ𝔅*: Tabras *h*: Ulubras *Ianus Rutgersius.* 16. quid *w et pr.a* canore *vel* rubore *vel* virginea cohorte *Heinsius in Ovid. Fast. III*, 675. 17. perenne *BGφ*: perbenne *w*: perhemne *a*: perbemnae *s*: Porenne *h*: Poronne *b*: Perannae *Iunianae.* 18. Illinc *sw et pr.a* Flamminiae *BO*: Flaminene *ahs*: Flammineae *x*: Flaminao *b*: Flammine *X* Salatiaeque *pr.h*: Salariateque *b* 19. patet *szμxa*: tacet *𝔅*: iacet *reliqui cum Γ4.* 𝔄m et sedo *𝔄*: et sedeo *XB*: ossedo *sw et pr.a* iacente *l* 20. Nec *cl* sic *w*: fit *φ* 21. nec] nunc *m* celeuma *omnes.* 22. Neu *pr.G* heluariorum *pr.G*; helciatiorum *X* 23. tam *om.s* Milvius *Obchlmzφμxa et pr.G*, *corr.a* 24. Lassae *z* Thyberi *φ* volant *bh*: volvet *w et pr.a* 25. seu] ni *Heinsius.* 26. dominam *var. lect. c* 27. tanquam *μx*

Tam comi patet hospitalitate.
Credas Alcinoi pios Penates,
Aut facti modo divitis Molorchi.
Vos nunc omnia parva qui putatis,
Centeno gelidum ligone Tibur
Vel Praeneste domate pendulamque
Uni dedite Setiam colono:
Dum me iudice praeferantur istis
Iuli iugera pauca Martialis.

LXV.

Oculo Philaenis semper altero plorat.
Quo fiat istud quaeritis modo? lusca est.

LXVI.

Egisti vitam semper, Line, municipalem,
    Qua nihil omnino vilius esse potest.
Idibus et raris togula est tibi sumpta Kalendis
    Duxit et aestates synthesis una decem.

LXVI, 3. est excussa

---

28. pater *aoswx𝔅 et pr.h* comi *om.s* 29. Alchinoi *B*: Aleyoni *X*: Alcioni *Col*: Aclioni *pr.A* 30. fati *s*: facta *X*: factam *ABCGV4*. divites *pr.A* 31. parvaque *XB*: parva quae *ACbchlwφ et pr.a* 32. Contento *sw et pr.a* 33. dogmate *sw et pr.a*: domateque *l* 34. dedite Seciam *O et corr.a*: dedite sediam *s et pr.a*: dedite sed iam *w*: dedite sed tamen *XABCG*: dedite sed non *φ*: deditis ediam *bcz𝔅*: deditis edium *pr.h*: deditis eoliam tamen *l*: eredite *Heinsius*. collono *φ* 35. praeferuntur *pr.A*: proferantur *Gryphianae*. 36. Iugi *l*: Tulli *Oabchmswzφμxα*: Iuli *reliqui cum 𝔛*.

LXV. De Philenide *X*. 1. Occulo *μ* 2. Quo fit *bhsw et pr.a*: Quod fit *l*: Quod fiat *B*: Quod si fiat *X* quaeritur *V*: modo quaeritis *bhsw* lusca est *om.b* quaeritis? modo lusca est *distinguit G*.

LXVI. * Ad Linum de rustica vita *T*: Ad Linum *X*. 1. Egesti *G* Line semper *bh* 2. dulcius *XABCGOφ*, *margo p, Iunianae et „antiquus codex“ Domitii*: vilius *reliqui cum „recentiore codice“ Domitii, duobus Gruteri et codicibus Scriverii*. [3. 4. *om. T.*] 3. raris] Nonis *o* togula est tibi sumpta *XCOφ𝔛*: togulaa si tibi sumpta *A*: togulae tibi sumpta *BG*: togula est excussa *reliqui cum Gruterianis*. calendis *μα* 4. et] ad *Oμxα* syndesis *z* unda *A*

Saltus aprum, campus leporem tibi misit inemptum,
 Silva graves turdos exagitata dedit.
Captus flumineo venit de gurgite piscis,
 Vina ruber fudit non peregrina cadus.
Nec tener Argolica iussus de gente minister,
 Sed stetit inculti rustica turba foci,
Vilica vel duri compressa est nupta coloni,
 Incaluit quotiens saucia vena mero.
Nec nocuit tectis ignis, nec Sirius agris,
 Nec mersa est pelago, nec fluit ulla ratis.
Supposita est blando nunquam tibi tessera talo,
 Alea sed parcae sola fuere nuces.
Dic, ubi sit decies, mater quod avara reliquit?
 Nusquam est: fecisti rem, Line, difficilem.

LXVII.

Praetorem pauper centum sestertia Gaurus
 Orabat cana notus amicitia,
Dicebatque suis haec tantum deesse trecentis,
 Ut posset domino plaudere iustus eques.

---

7. Raptus 8. rubens 9. missus

---

5. ineptum *T et Gryphianae.* 6. graves *Ts:* gravis *reliqui.* inexagitata *pr.B* 7. Captus *Tφ*: Raptus *reliqui.* flumineo *s* venit] nñ *pr.G* 8. ruber *TXABCGφ:* rubens *reliqui.* fundit *Tφ* cadis *XA* 9. Argolicus *C* iussus *T:* missus *reliqui.* 10. dedit *Heinsius.* 11. Vilica *TXAB*: Villica *reliqui.* 12. vina *B*: turbs 𝔓abcmswz [13. 14. *om. T.*] 13. serius *s et pr.a:* Syrius *μx* 14. fuit *XABGp*𝔅: fugit *Cl* illa *XABCGφ:* pelagi fluctibus *Heinsius et H. Bolt Silv. Crit. p.* 101. 15. subposita *TX* tessara *μx:* thessera *G* talu *XAC:* tallo *s* 16. sole *h:* solea *T* 17. sit] sic *x* reliquid *TB*

LXVII. De Gauro *X.* 1. centum pauper *φ* sextertia *abφ* Gauro *XG et pr.A:* Gauro *B* 2. cara *Oabchlswzμxa*: nota carus 𝔅: cana *reliqui cum* 𝔛 *et „quibusdam scriptis“ Scriverii.* 3. hoc *bchs* treceuis *czφ et corr.a*: tricenis *bhsw et pr.a* 4. iussus *hswzμxa*𝔅 *et pr.a:* visus *bc:* iustus *reliqui cum* 𝔛*m et margine Gryphii.*

Praetor ait „Scis me Scorpo Thalloque daturum,
Atque utinam centum milia sola darem."
Ah pudet ingratae, pudet ah male divitis arcae.
Quod non das equiti, vis dare, Praetor, equo?

LXVIII.

Invitas centum quadrantibus et bene cenas.
Ut cenem invitor, Sexte, an ut invideam?

LXIX.

Tu Setina quidem semper vel Massica ponis,
Papile, sed rumor tam bona vina negat.
Diceris hac factus caelebs quater esse lagona.
Nec puto, nec credo, Papile, nec sitio.

LXX.

Nihil Ammiano praeter aridam restem
Moriens reliquit ultimis pater ceris.

LXVII, 8. non vis equiti, LXIX, 3. lagena

---

5. scl *pr.B:* scin *Heinsius.* scorto *φ:* sthorpo *pr.a:* Strope 𝔅 Thulioque *lμxa et corr.a*: Talioque *bchz:* Thaloque *XACO et pr.a:* Taloque *sφ:* Tilloque *G*; scorphota loque *B* 6. Aque *G* 7. Ah pudet] Hu pudet *Gh:* Ac pudet *b:* A pudet *B*: Apud *X* ah] a *XAB*: ha *Gb* arces *XABC et pr.G*: urtes *lφ et corr.G* 8. non das] non vis 𝔓*z*

LXVIII. * Ad Sextum *TX.* 1. Iavitus *T* 2. [*Apponunt Frisingensia.*] Sexteanut videar *Frisingensia.*

LXIX. * Ad Papylum *TX.* 1. Sectina *b:* Secinu *G* vel semper *l* Marsica *Cbsw:* Mersica *XAB:* Mepsica *z* potas *T* 2. Papyle *TXB*: Phapile *b*: Paphile *h:* Pamppile *O*: Pamphile *clpzμxa* rumor est tam *XB et pr.A* 3. ac *T* celeps *TA* esse] eſ *A* lagona *TXAB*: lagena *reliqui.* 4. Papyle *TXB*: Paphile *chpz:* Pamphile *Ol*

LXX. Ad Marullinum *X.* 1. Nihil Aminiano *w et corr.a:* Nihil Amiano *μxa:* Nihil (Nil *hz*) Mamiano *chszφ* et 𝔉l: Nichil Amimano *b* aridum vestem *Oabchlmswzφμxa et „antiquus codex" Domitii:* tritam vestem *„recentes codices" Domitii.* 2. ultimus *b et Gryphianae.*

Fieri putaret posse quis, Marulline,
Ut Ammianus mortuum patrem nollet?

LXXI.

Quaero diu totam, Safroni Rufe, per urbem,
Si qua puella neget: nulla puella negat.
Tanquam fas non sit, tanquam sit turpe negare,
Tanquam non liceat: nulla puella negat.
Casta igitur nulla est? sunt castae mille: quid ergo
Casta facit? non dat, non tamen illa negat.

LXXII.

Exigis, ut donem nostros tibi, Quinte, libellos.
Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon.
„Aes dabo pro nugis et emam tua carmina sanus?
Non“ inquis „faciam tam fatue.“ Nec ego.

LXXIII.

Cum gravis extremas Vestinus duceret horas
Et iam per Stygias esset iturus aquas,

LXX, 3. Maronille, LXXI, 1. Semproni 5. sunt castae mille.

---

3. putet posse *Oabchlwxμx*: putat posse *p*𝔙: posse putet *s*: putet potuisse *a*: putaret posse *cum reliquis* 𝔓m𝔉 Maruline *s*: Marulinae *A*: Maruliane *G*: Marunille *Oμx*: Marouille *a*: Marulline *reliqui cum* 𝔙. 4. Amianus *μxa*: Aminianus *corr.a*: Mamianus *bchzφ*: Mammianus 𝔙 nolit *μxa*

LXXI. * Ad Rufum de puellis *T*: Ad Rufum *X*. 1. Safroni *TXABCGblswφ*: Sofroni *p*: Sophroni *Oaclzμxa*: Semproni *Seriverius et Heinsius*. Fufe *B* orbem *T* 2. neget] negat *Chz et pr.G* negat] neget *X* 3. rogare *XAB et pr.G* 5. sunt castae *TXABG*: castae sunt *reliqui*. milae *A* quod *XABφ* 6. ulla „*al.* illa“ *G*

LXXII. * Ad Quintum *TX*. 2. abeo *T* bybliopola *XAφ* Triphon *TBOμxa* 3. dato *w et pr.a* sanus] suus *pr.s*: si vis *Cbcφ*𝔙 *et corr.s*

LXXIII. * De Vestiuo egro *T*: De Vesthinu *X*. 1. Vesthinus *XAB* hooris *pr.G* 2. Etiam *TAB* Stigias *TX alii.*

Ultima volventes oravit pensa sorores,
Ut traherent parva stamina pulla mora.
Iam sibi defunctus caris dum vivit amicis,
Moverunt tetricas tam pia vota deas.
Tunc largas partitus opes a luce recessit
Seque mori post hoc credidit ille senem.

LXXIV.

Aspicis, imbelles temptent quam fortia dammae
Praelia? tam timidis quanta sit ira feris?
In mortem parvis concurrere frontibus ardent.
Vis, Caesar, dammis parcere? mitte canes.

LXXV.

O felix animo, felix, Nigrina, marito
Atque inter Latias gloria prima nurus:
Te patrios miscere iuvat cum coniuge census,
Gaudentem socio participare viro.

LXXIII, 7. Tum LXXIV, 1. tentent damae 3. audent 4. damis LXXV, 4. participique

---

3. volventis *XAB et pr.G*: volentes *T* orabit *XA et pr.B*: orabunt *Gasw et Iunianae*: oravit *reliqui cum Gruterianis.* pensa] fata *a* sororis *XAB et pr.G* 4. puella *T et pr.A*: nulla 𝔓bchlsz𝔅: fusca *Om* (*margo* pulla) *w et corr.ao* 5. defunctis *pr.B* carus *𝔉*: atris *a* vivis *bμ et pr.x* 6. teas *pr.B*: taeas *A* 7. Tunc *XABGφ*: Tam *A*: Tum *reliqui.* patitus *B*: patitur *A*: partitur *C* , x] et *w*: e *Heinsius.* 8. Deque *XAB et pr.G* post haec *φ*: post que *m* credедit *T*: reddidit *X*: post hoc redidit *pr.B*

LXXIV. * Ad Caesarem de dammis *T*: Ad Caesarem *X*. 1. inbelles *TXB* temptent *TX alii*: tentent *vulgo.* qua *μ*: quae *b*: ut *cz* dammae *TX alii.* 2. Praedia *s* tum *bez* cum *ez*: quam *XACG et pr.B* tumidis *C* 3. morte *T* varis *Heinsius.* ardent *T et margo Gryphii*: audent *reliqui.* 4. dammis *T alii*: damnis *X*: damis *reliqui.* canis *XA*

LXXV. * De Nigrina *T*: Ad Nigrinam *X*. 2. Laelas *X*: Ialices *T* 3. Te] Iam *T*: Quam *Heinsius.* patruos *μx*: patriae *s* sensus *XABGa* 4. participare *Tφ*: participemque *Oabeswzμxa*: participique *reliqui.* loro *Heinsius.*

Arserit Euadne flammis iniecta mariti,
  Nec minor Alcestin fama sub astra ferat:
Tu melius: certo meruisti pignore famam,
  Ut tibi non esset morte probandus amor.

LXXVI.

Milia misisti mihi sex bis sena petenti:
  Ut bis sena feram, bis duodena petam.

LXXVII.

Nunquam divitias deos rogavi
Contentus modicis meoque laetus.
Paupertas, veniam dabis, recede.
Causa est quae subiti novique voti?
Pendentem volo Zoilum videre.

LXXVIII.

Condita cum tibi sit iam sexagesima messis
  Et facies multo splendeat alba pilo,

---

6. Alcestem 7. pignore vitae,

---

5. Arserat *φμκ* Enhadne *TB*: Euchadne *X*: Henbadne *A*: Enagne *sz*: Euanne *a*: Enaoe *bw* ac flammis *h*: hanc flammis *b* inlecta *T*: iotecta *XABC et pr.G*: ioteota *b*𝔅 maritis *Heinsius in Claudian. Bell. Gild.* 407. 6. miror *T*: minus *abchlmpswμκα*: minor *reliqui cum Iunianis.* Alcestin *T*: Alcestim *XABμα*: Alcesten *Ochlp*: Alcestem *wzφ*: Aicestam *G*: Alcesti *κ*: Aiceste *bw*: Alcestá *s* fama] flamma *AG* acta *s* 7. certe *GOaboswzφμκα*: certae *λ et Aldina anni* 1517.: certo *reliqui cum* 𝔓𝔅 *et corr.κ* pignore famam *T*: pectore famam *hlpφ et* 𝔉𝔩: pignore vitae *Oczμκαλ et corr.a*: pignora vitae *XABCGmsw*𝔛 *et pr.a*; famae *Heinsius.*

LXXVI. * De fematorum (*h. e.* feneratorem) *T*: Ad Bissenam *X*: In avarum amicom *A*. 1. bisena *T* roganti *p* [2. *Apponunt Frisingensia.*]

LXXVII. * De voto *T*: De se *X*. 1. delitias *pr.h* deo rogavi *s*: rogavl deos *XABG* 2. Contectus *XB* 4. quae om. *abhlsw* tam *O et Iunianae*: Quae causa subiti *p*𝔅: Quae causa est tam subiti *μκα* sobito *T*

LXXVIII. * Ad Rufum senem inquietum *T*: De cardulione *X*. 1. Candida *Gryphianae.* mensis *XA et pr.B*

Discurris tota vagus urbe, nec ulla cathedra est,
Cui non mane feras irrequietus Ave;
Et sine te nulli fas est prodire tribuno,
Nec caret officio consul uterque tuo;
Et sacro decies repetis Palatia clivo
Sigeriosque meros Partheniosque sonas.
Haec faciant sane iuvenes: deformius, Afer,
Omnino nihil est ardalione sene.

LXXIX.

Hospes eras nostri semper, Matho, Tiburtini.
Hoc emis. Imposui: ius tibi vendo tuum.

LXXX.

Declamas in febre, Maron: hanc esse phrenesin
Si nescis, non es sanus, amice Maron.
Declamas aeger, declamas hemitritaeos:

LXXVIII, 8. Sigerosque 10. ardelione LXXIX, 1. Maro 2. rus LXXX. 1. 2. 6. Mathon 3. hemitritaeus

---

3. quathedra *φ* est *om. O* 4. inrequietus *TX alii.* have *TXB* 5. phas *O* adire *s* 7. repetitis *s* Palatio *X* divo *s*𝔅 *et pr.a* [8. 9. *om. T.*] 8. Sigeriosque *Ga:* Sigereosque *XABC:* Sygereosque *corr.h:* Sidereosque *bswzφ et pr.h:* Sidereasque *l:* Saturiosque *λ et margo p:* Sydereosque *reliqui cum* 𝔅. moros *c:* modos *Oabhlpswzφμκα:* meros *reliqui cum* 𝔓 *et margine m:* Sigeriosque meos „*antiquus codex*" *Domitii et Heinsius.* 9. faciunt *s:* faciat sane iuvenis *ls* Afer] autem *aw* 10. ardalione *TXBC*𝔇*h:* ardaliane *G:* hardalione *Ab:* ardelione *reliqui.*

LXXIX. Ad Mathonem *X.* 1. Sospes *G* Maro *abswz*𝔅 Tyburni *b* 2. emi *pr.G:* emas *h*𝔅 ius *XABGabhlmwφ*𝔄 *et* 𝔉𝔩*:* via *s:* rus *reliqui.*

LXXX. * Ad Maronem febricitantem *T: in reliquis libris praeter Ohμκα cum LXXIX. conflatum est:* „*haec Martialis esse non mihi fit verisimile*" *Scriverius.* [1. 2. *apponunt Frisingensia.*] 1. Maron *TXABObmpsw*𝔓, *Frisingensia,* 𝔉𝔩. *et pr.G:* Maro *Caz:* Matho *cl:* Mathon *reliqui.* hoc esse *Gφ* phrenesin *C et Gryphianae:* freneain *OB:* fraenesin *A:* feresin *X:* phrenesim *φα:* frenesim *bhpμκ, Frisingensia et pr.G:* senesim *corr.G:* frenessem *T* 2. est *p* Maron *TOaswz et* 𝔉𝔩*:* Maro *XABCb et pr.G:* Matoa *cl:* Mathon *reliqui.* 3. hemitritaeoa *μα:* haemitritaeos *T:* hemitriteos *XBCOclpzφ:* hemytritaeos *κ:* emitriteos *AGabhsw:* emitreteus *Frisingensia hinc apponunt.*

Si sudare aliter non potes, est ratio.
„Magna tamen res est.“ Erras; cum viscera febris
Exurit, res est magna tacere, Maron.

LXXXI.

Epigramma nostrum cum Fabulla legisset,
Negare nullam quo queror puellarum,
Semel rogata bisque terque neglexit
Preces amantis. Iam, Fabulla, promitte:
Negare iussi, pernegare non iussi.

LXXXII.

Hos quoque commenda Venuleio, Rufe, libellos
Imputet et nobis otia parva, roga,
Immemor et paulum curarum operumque suorum
Non tetrica nugas exigat aure meas.
Sed nec post primum legat haec summumve trientem,
Sed sua cum medius praelia Bacchus amat.
Si nimis est legisse duos, tibi charta plicetur
Altera: divisum sic breve fiet onus.

LXXXI, 4. permitte   LXXXII, 8. opus.

---

4. sudere *φ*   es *pr.G*   5. est] es *XA*: *om. pr.B*   erras *T𝔓abehpswzμα et pr.κ*: errat *l*: errans *Oφ*, *corr.κ et var. lect. G*: terra *XAB et pr.G*: torret *C𝔇*: torrens *Pontanus et Heinsius.* viscere *l*   6. es *a*   carere *bcl*: cacare *ahmpswzμκ et Arondelianus Gronovii in Syllog. Epistt. III, p. 7.*: vacare *Gronovius.* Marou *TOabswz et* 𝔉l.: Maro *XABC et pr.G*: Mathon *reliqui.*

LXXXI. De Fabulla *X*.   1. Epigrammata nostra *c*   nostrum *om. sw*   2. quo queror] conqueror *XABClφ*: eum queror *G*   puellam *s*   3. his terque *Owμκα*   4. amanti *bc*   permitte *wz et Heinsius*: admitte *Os et corr.a*   5. *Prius* iussi *om. s*

LXXXII. Ad Rufum *X*.   1. Nevoleo *sw et pr.a*   2. et] ut *margo Gryphii.*   rogo *𝔛*   4. tetriga *XABκ*: tetricas *sw et pr.a*: tretica *b*   exigit *G et Iunianae.*   aurem *B*   5. Set *B*   haec] hi *X*   summumqne *l*   trientam] triumphum *e*   6. sua] fusa *hp*   cum medius] commodius *XC*: medius *pr.B*   praedia *s*: praemia *e*   8. divisim *pr.a*   leve *margo Iuntinae Lemairii.*   fiat *c*   onus *XABCGabsw*, 𝔉l. *et margo h*: opus *reliqui.*

LXXXIII.

Securo nihil est te, Naevole, peius; eodem
Sollicito nihil est, Naevole, te melius.
Securus nullum resalutas, despicis omnes,
Nec quisquam liber, nec tibi natus homo est.
Sollicitus donas, dominum regemque salutas,
Invitas: esto, Naevole, sollicitus.

LXXXIV.

Non est in populo nec urbe tota,
A se Thaida qui probet fututam,
Cum multi cupiant rogentque multi.
Tam casta est, rogo, Thais? Immo fellat.

LXXXV.

Nos bibimus vitro, tu murra, Pontice. Quare?
Prodat perspicuus ne duo vina calix.

LXXXVI.

Si vis auribus Atticis probari,
Exhortor moneoque te, libelle,
Ut docto placeas Apollinari.
Nil exactius eruditiusque est,

LXXXV, 1. murrha

LXXXIII. * Ad Naevolum *TX*. *Suspectat Epigramma Ianus Rutgersius.* 2. nii *φ* 3. nullos *Iunianae.* 4. liber] visus *abchlswxφ et bodleianus.* natus *TXABC𝔓*: notus *G𝔛abehlmp swx, bodleianus*, 𝔅 *et* 𝔉l.: gratus *reliqui.* 5. donas] dicis *φ* domum *T*

LXXXIV. De Thaida *X*. 1. nec in urbe *G* 2. Thaidam *p* qui Thaida *φ* salitam *margo Gryphii.* 3. capiant *A et pr.B* 4. roga *pr.B*: ergo *hlpφ*

LXXXV. * Ad Ponticum *TX*. 1. murra *TXAGaφ𝔛*: myrrba *p*: myrra *BOμκα*: mirra *b*: mirina *h* in pontice *φ* 2. Fraudat *T* prospicuus *X*: perspicuum *a*: conspicuum *s*

LXXXVI. Ad librum suum *X*. 1. Attici *pr.G* 2. exortor *Ab*: exorto *pr.B* me neoque *A* 3. Appollinari *μκ*

Sed nec candidius beniginusque:
Si te pectore, si tenebit ore,
Nec rhonchos metues maligniorum,
Nec scombris tunicas dabis molestas.
Si damnaverit, ad salariorum
Curras scrinia protinus licebit,
Inversa pueris arande charta.

LXXXVII.

Infantem secum semper tua Bassa, Fabulle,
  Collocat et lusus deliciasque vocat,
Et, quo mireris magis, infantaria non est.
  Ergo quid in causa est? Pedere Bassa solet.

LXXXVIII.

Nulla remisisti parvo pro munere dona,
  Et iam Saturni quinque fuere dies.
Ergo nec argenti sex scripula Septiciani
  Missa nec a querulo mappa cliente fuit;
Antipolitani nec quae de sanguine thynni
  Testa rubet, nec quae cottana parva gerit;

LXXXVI, 7. ronchos   LXXXVII, 3. Et quod
LXXXVIII, 3. scriptula   5. Antipolitano   6. coctana

---

5. benigniusque est *Gc*   6. si teneditore` *XA*: site ned Id ore *B*: si tenebat ore *l*: si te tenet ore *G*   7. necbronchos *X*: nec runchos *b*: nee ruucos *φ*   malignorum *abpswφμ et pr.x*   9. damnaverim *A*   solariorum *s*   10. Curtas *s*

LXXXVII. * Ad Fabullum de Bassa *T*: Ad Fabullum *X*.   1. Catulle *T*   2. diliciasque *T*   voca *corr.B*: facit *abchswz𝔅*   3. quo *T*: quod *religui.*   mag̃ ē infantaria *G*   misereris *pr.A*   4. Bassa] caussa *s*

LXXXVIII. * Ad Septicianum *T*: De Septiciano *X*.   1. pro parvo *h*   munera *pr.A*   [3. 4. 5. 6. *om. T.*]   3. sex] se *Oμx*   scripula *XABGO et var. lect. o*: stripula *h*: scriptula *𝔓C*: scipula *cl*: scrupula *religui.*   Septitiani *XC𝔓 et pr.G*: Septitiano *B*: Septinianc *lμxa*   5. Antipolitano *Oabcswzμx*   thiri *w et pr.a*: tiri *s*: cyrri *l*: trani, *corr.* tinni, *G*   6. Texta *pr.B*   cottana *XABGma*: cotann *φ*: coctona *lw*: cothona *s*: coctina *z*: coctana *religui. Vide Schneiderum ad Pallad. p.* 197.   parve *pr.G*: farve *Heinsius.*

Nec rugosarum vimen breve Picenarum,
Dicere te posses ut meminisse mei.
Decipies alios verbis vultuque benigno,
Nam mihi iam notus dissimulator eris.

LXXXIX.

Ohe iam satis est, ohe libelle,
Iam pervenimus usque ad umbilicos.
Tu procedere adhuc et ire quaeris,
Nec summa potes in scheda teneri,
Sic tanquam tibi res peracta non sit,
Quae prima quoque pagina peracta est.
Iam lector queriturque deficitque,
Iam librarius hoc et ipse dicit
„Ohe iam satis est, ohe libelle.“

---

7. rogosarum *pr.A*: crusasarum *B*: rusa sacrum *X*: rugusurum *T* pincernarum *pr.G* 8. possis ut miminisse *T*: possus *z* 9. benignae *T* 10. nobis *bc*: votis *T* eras *l*

LXXXIX. Ad librum suum *X*. 2. umbelicos *A*: umbilicum *zφ*: umbiculos *s* 4. schida *AB*: sceda *μx*: scida *wz*: ceda *G*: sclla *φ*: scola *h et* 𝔉l: schola *Oolp*𝔅: stola *Beverlandus*. 6. [*om. z.*] peracta est] notata est *φ*: notatur *XABCGOhlm*𝔛 7. hoc *om. X*: et *om. b*: et hoc et ipse *z*

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON

LIBER V.

I.

Haec tibi, Palladiae seu collibus uteris Albae,
Caesar, et hinc Triviam prospicis, inde Thetin,
Seu tua veridicae discunt responsa sorores,
Plana suburbani qua cubat unda freti;
Seu placet Aeneae nutrix, seu filia Solis,
Sive salutiferis candidus Anxur aquis;
Mittimus, o rerum felix tutela salusque,
Sospite quo gratum credimus esse Iovem.

Diversitas scripturae exemplaris Scriverieni secundis curis emendati MDCXXI. — I, 1. Hoc

---

Apparatus criticus. — *Accurate collati sunt iidem libri qui libro IV. praeter a, qui non est collatus. Accedit accuratissima collatio codicis P. In φ primum est Epigramma hoc:*

Siquid turpe subest quinto fortasse libello
Non quia lascivum est: hoc minus ipse legas.

I. * Ad Caesarem *TX*: Germanicos Cesari oratio libelli *P*. 1. Haec *T*: Hoc *reliqui*. Pallidiae *TP* ureris *s* Aivae *T*: albis *l*𝔅 2. hinc] in *Csw* Thetim *GOhφ*: Thitim *AB*: Chitim *X*: Thetyn *μλ*: Thetym *κa* 3. dicunt 𝔅: discent 𝔛 4. Plena *T* cupit „*al.* cubat" *G* freti] maris *l*𝔅 5. Aneae *A* 6. Anxyr *TA*: Anxir *X et pr.B*: Ansir *corr.B*: Ausur *z*: Auxer *elsw* 7. tute salusque *T* 8. Hospita *l* credimus] quaerimus *XABG*𝔛: rabimur *Heinsius*.

Tu tantum accipias: ego te legisse putabo
  Et tumidus Galla credulitate fruar.

II.

Matronae puerique virginesque,
Vobis pagina nostra dedicatur.
Tu, quem nequitiae procaciores
Delectant nimium salesque nudi,
Lascivos lege quattuor libellos;
Quintus cum domino liber iocatur;
Quem Germanicus ore non rubenti
Coram Cecropia legat puella.

III.

Accola iam nostrae Degis, Germanice, ripae,
  A famulis Histri qui tibi venit aquis,
Laetus et attonitus viso modo praeside mundi,
  Affatus comites dicitur esse suos:
„Sors mea quam fratris melior, cui tam prope fas est
  Cernere, tam longe quem colit ille deum.“

IV.

Foetere multo Myrtale solet vino,

II, 6. iocetur   III, 2. Istri

---

9. Tu tamen *chzφ*: Tuantum *pr.A*   asplcias 𝔛: accipies *μκα*: accipias *reliqui cum* 𝔓*m*.   10. timidus „*al.* tumidus“ *G*   Galla] falsa *CObchlmpswzφμκ*𝔄𝔅 (*non λ*).   ‐credelitate *A*: crudelitate *P*

II. Ad Lectorem *X*: De qualitate libri *P*.   1. Patronae *p*   2. spargina *pr.A*   6. iocatur *λ*𝔅: vocatur *XABCφ*𝔛: vocetur „*al.* loquatur“ *G*: vocetur *w*: iocetur *reliqui*.   7. Germinacus *B*   non *om. C*   8. Cecopria *b*: Cecropiam *XA*: Cecropa *pr.w*

III. Ad Graminicum *X*: De praesentia Caesaris *P*.   1. Accole *μκ*   Degis] degit *O*: legis *φ*   2. A domitis *margo Iuntinae Lemairii*.   Histri *XABPbhφ*: Istri *reliqui*.   aquas *pr.B*   3. Letos *O*   morto *b*: mox *h*   4. Affatus *X*   5. qua *μκ*   6. quam colit *G*

IV. Ad Paulum *X*: De Mirtale vinolenta *P*.   1. Myrtale] Tuccius *XABCG*𝔛   solet vino Myrtale *φ*   vino] uno *B*

Sed fallat ut nos, folia devorat lauri
Merumque cauta fronde, non aqua miscet.
Hanc tu rubentem prominentibus venis
Quotiens venire, Paule, videris contra;
Dicas licebit „Myrtale bibit laurum.“

V.

Sexte, Palatinae cultor facunde Minervae,
Ingenio frueris qui propiore dei;
Nam tibi nascentes domini cognoscere curas
Et secreta ducis pectora nosse licet:
Sit locus et nostris aliqua tibi parte libellis,
Qua Pedo, qua Marsus quaque Catullus erit.
Ad Capitolini caelestia carmina belli
Grande cothurnati pone Maronis opus.

VI.

Si non est grave nec nimis molestum,
Musae, Parthenium rogate vestrum:
Sic te serior et beata quondam
Salvo Caesare finiat senectus
Et sis invidia favente felix,
Sic Burrus cito sentiat parentem:
Admittas timidam brevemque chartam

---

2. Sed failit nos *w* vorat *l* lanari *μκ*: luri *pr.B* 3. Merumque quod cauta *b* fronte *a* aquam *B*: aquis *G* 4. Hunc *corr.G et Iunianae.* rubente *e* 6. Dices *φ* Myrcalo *X* bibat *l*

V. Ad Sextum *X*: Commendatio libelli *P.* 1. Sexta *pr.B* 2. fueris *P* propriore *φ* 3. Iam *φ* nascentis *l et var. lect. B* 4. serreta *b*: serrata *ch* nosce *sμu*: posse *Heinsius.* 5. Sit iocus *bch*: Sit soius *XAB* e nostris *ls*: nostris *B* libelius *B* 6. pede *X* mersus *XBO* eris *pr.C* 7. Ad om. *XBC et pr.AG*: Et *corr.G et Iunianae*: Qua *Heinsius.* Capitoni *A* 8. chotarnati *φ*

VI. Ad Musas de Parthenio *X*: Ad Parthenium *P.* 1. nec minus *φ* 2. Parrenium *corr.B* nostrum *O* 3. condam *B* 5. fatente *Heinsius Adversariis* p. 344. 6. Bursus *AG*: Birrus *C*: Brurrus *P*: Brutus *e* sentiat] nexiat *A*: nesciat *X et pr.G* 7. Admittat *l*

Intra limina sanctioris aevi.
Nosti tempora tu Iovis sereni,
Cum fulget placido suoque vultu,
Quo nil supplicibus solet negare.
Non est quod metuas preces iniquas:
Nunquam grandia nec molesta poscit
Quae cedro decorata purpuraque
Nigris pagina crevit umbilicis.
Nec porrexeris ista, sed teneto
Sic tanquam nihil offeras agasque.
Si novi dominum novem sororum,
Ultro purpureum petet libellum.

VII.

Qualiter Assyrios renovant incendia nidos,
    Una decem quotiens saecula vixit avis,
Taliter exuta est veterem nova Roma senectam
    Et sumpsit vultus praesidis ipsa sui.
Iam precor oblitus nostrae, Vulcane, querelae
    Parce: sumus Martis turba, sed et Veneris:
Parce, pater: sic Lemniacis lasciva catenis
    Ignoscat coniux et patienter amet.

VI, 8. aulae. 10. placidus 17. Si tanquam

---

8. lumina *w* acvi *XABCGX*: aulae *reliqui.* [9. *om. A.*] 10. placido *P et Heinsius*: pallidus *l*: *om. x*: placidus *reliqui.* suosque *φ* 13. nec] et *l* poscet *x* 14. Quam *B* credo *pr.G* 15. umbiculis *s* 16. septencto *pr.B* 17. nil *w* 18. genium *Heinsius.*

VII. * Ad Vulcanum *TX*: *om. Epigr. P.* 1. Assirios *TX alii*: Assiricos *pr.G* renovavit *μ*: petent *l* nidos] libros *B* 2. vicit *pr.B* 3. Talis exuta es (*eraso, ut videtur,* t *littera*) *T*: Talis et axuta es *Heinsius.* exusta *s* 4. Sumpsisti et *vel* Et sumpsti *Heinsius.* ista *T*: illa *O* tui *Heinsius.* [5. 6. 7. 8. *om. T*: *novum Epigramma faciunt sw.*] 5. pretor *X* notae „*nonnulli codices*" *Domitii et* „*membranae*" *Scriverii.* Volcane *Aswμxa* 6. sed et] solet *c* 7. Pareo *X* pater] precor *φ* lascive *h* 8. atque paventer *sw*: et sapienter *Rutgersius.* ames *XABCGX*

VIII.

Edictum domini deique nostri,
Quo subsellia certiora fiunt
Et puros eques ordines recepit,
Dum laudat modo Phasis in theatro,
Phasis purpureis ruber lacernis,
Et iactat tumido superbus ore:
„Tandem commodius licet sedere,
Nunc est reddita dignitas equestris;
Turba non premimur, nec inquinamur.“
Haec et talia dum refert supinus,
Illas purpureas et arrogantes
Iussit surgere Lectius lacernas.

IX.

Languebam: sed tu comitatus protinus ad me
Venisti centum, Symmache, discipulis.
Centum me tetigere manus aquilone gelatae:
Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

X.

Esse quid hoc dicam, vivis quod fama negatur
Et sua quod rarus tempora lector amat?
Hi sunt invidiae nimirum, Regule, mores,
Praeferat antiquos semper ut illa novis.

VIII. De edicto Caesaris *X*: Laus Romae *P*. 2. fortiora *C* 3. recipit *φ* 4. laudatur *φ* 5. ruber *XABCGφμκα*: rubens *m𝔅 et duo codices Scriverii cum reliquis.* 10. supiuis *w* 11. Illa *P*: Illo *s*: Ille *bcw et pr.h* purpores *X* 12. Iussit] Ut sit *pr.AG*: Ius sit *corr.G*: Fur sit *corr.A* Lectus *XABC*: Leutus *pr.G*: Leuius *φ*: Lebius *s*: Lactus *hw*: Lelius *Pbchs*

IX. * Ad Summacum medicum *T*: Ad Simmachum medicum *X*: De egro urbano *P*. 1. tu *om. l* protiuus] omnibus *l𝔅* 2. ceusum *pr.B* Symache *T*: Symace *h* (*et v.4.*): Simmace *G* (*et v.4.*) 3. galatae X *et pr.B* 4. nou habeo *Xs et pr.B*

X. * Ad Regulum *TX*: De scriptis suis *P*. 1. Esse quod *φ* quod fame *A*: quid famc *X et pr.B*: sed fama *s* 3. Hii sunt *T*: Hae sunt *X*: Haec sunt *pr.AB*: Insunt *Pbchlpw𝔉𝔅* regulae *T* 4. antiquis *XA et pr.B* ille *l et Gryphianae.*

Sic veterem ingrati Pompei quaerimus umbram,
Sic laudant Catuli vilia templa senes.
Ennius est lectus salvo tibi, Roma, Marone
Et sua riserunt saecula Maeonidem:
Rara coronato plausere theatra Menandro,
Norat Nasonem sola Corinna suum.
Vos tamen, o nostri ne festinate libelli:
Si post fata venit gloria, non propero.

XI.

Sardonychas, zmaragdos, adamantas, iaspidas uno
Portat in articulo Stella, Severe, meus.
Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Invenies: inde est haec, puto, culta manus.

XII.

Quod nutantia fronte pertinaci
Gestat pondera Masthlion superbus,

X, 5. Pompeii XI, 1. smaragdos 2. Versat
XII, 1. perticata

---

5. Pompoi *TXABObφμλα*: Pompoji *reliqui*: Pompeiam *Heinsius Adversariis p.* 529. 6. Et *mμκα*: Sic *reliqui cum* 𝔓. laudat — sonox *l* Iulia *bhszμκα*: vilia *cum reliquis* 𝔓 *et margo Gryphii*: fatui Iulia templa *Heinsius l. c.* senis *Gryphianae.* 7. Innias *T* salvus *l* Romo *μκ* Marono] Romano „*vel* rubore“ *B* 8. Moeonidem *XB*: Maeoniden *A*: Moo videm *T* 9. Raro *O* coronata *pr.G* 10. Non erat *T* Corina *O* 11. ostrine „*vel* nostri“ *B*: nonostri *pr.A* nec *c*: non *μκα* libobelli *T*

XI. * Ad Severum *TX*: De anulis Stellae *P.* 1. Sardonicas *T*: Sardonicas *XBP alii.* zmaragdos *XA*: smarados *φ*: smaragoa *Heinsius*: *om. T*: smaragdos *reliqui.* adamantos *Gb et pr.T* biaspidas *X*: biaspadas *B*: iaspidos *TGb et pr.h* 2. Portat *TXABCGφμκα*: Vorsat *reliqui cum* 𝔉𝔓𝔙*m.* 3. dicitis *A*: digito *l* 4. inde est hoc *φ*: ideo (id *κ*) est haec *mκ*: hinc est hinc *z*

XII. De Maselione *X*: Comparatio Lini et Stellae *P.* 1. nutantia *φ* perticata 𝔓*s et* „*optimus codex*“ (*fortasse* 𝔓 *dicit*) *Scriverii.* 2. Masthlion *Scaliger*: Masellon *XBCGOswμκα et corr.h*: Maxlion *A*: Maschlion *φ*: Masselion *b*: Massilon *z et pr.h*: Meselion *P*: Messalon *c*: Selion *l* supinus *Salmasius.*

Aut grandis Ninus omnibus lacertis
Septem quod pueros levat vel octo,
Res non difficilis mihi videtur,
Uno cum digito vel hoc, vel illo,
Portet Stella meus decem puellas.

XIII.

Sum, fateor, semperque fui, Callistrate, pauper,
Sed non obscurus, nec male notus eques,
Sed toto legor orbe frequens et dicitur „Hic est,"
Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis
Et libertinas arca flagellat opes
Magnaque Niliacae servit tibi gleba Syenes,
Tondet et innumeros Gallica Parma greges.
Hoc ego tuque sumus: sed quod sum, non potes esse:
Tu quod es, e populo quilibet esse potest.

XIV.

Sedere primo solitus in gradu semper
Tunc, cum liceret occupare, Nanneius,
Bis excitatus terque transtulit castra,

---

8. Linus

---

3. grandes *vel* pandis *Heinsius*. Ninus *XABCGOλ*: nimis *ωφ𝔛*: Linus *reliqui*. omnibus] obviis *Heinsius*: eminens *Schottus*. 4. levat] gestat *C* 7. Portat *ACGφ*: Levat 𝔉l. meas *s*

XIII. * Ad Callistratum *TX*: Comparatio literati et divitis *P*. 1. Summe *T* Calistrate *bh*: Calistratus *T* pauper] puer *φ* 2. Sed] At *O* 4. pavicis *b* hoc] haec *T teste Heinsio*. 5. At] Aut *T teste Heinsio*. testa *pr.B* 6. fragellat *A*: fragella *b*: flagellas *pr.B* 7. Niliacis *pr.h* gleba] gloria *P* Siacaes *T*: Syenis *c*: Syene *P* 8. Callica *XAC*: Gallica „*vel* Gallia" *B* Parma] parca, *corr.* parta, *B* 9. sed *om. l* tu neu potes asse *l* 10. es] esse *X*

XIV. De Nannelo *X*: De Nanneio *G aliique et „optimus codex et alius quidam scriptus" Scriverii*: De Nanneio iusto *P*. 1. Pedere *s* solet *bchl*: soles *s* in *om. c* 2. luceret „*vel* diceret" *l*: licet *bhsw*: liceat *P*: licebat *Oμκα*: liceret *reliqui cum Iunianis*. Nanaelus *b*: Manneins *hφμκα et pr.B* 3. ter quater tulit *h*: terque tulit *b*: terque quaterque transtulit *P*

Et inter ipsas paene tertius sellas
Post Gaiumque Luciumque consedit.
Illinc cucullo prospicit caput tectus
Oculoque ludos spectat indecens uno.
Et hinc miser deiectus in viam transit,
Subsellioque semifultus extremo
Et male receptus altero genu iactat,
Equiti sedere Lectioque se stare.

XV.

Quintus nostrorum liber est, Auguste, iocorum,
Et queritur laesus carmine nemo meo,
Gaudet honorato sed multus nomine lector,
Cui victura meo munere fama datur.
Quid tamen haec prosunt quamvis venerantia? Multis
Non prosint sane, me tamen ista iuvant.

XVI.

Seria cum possim, quod delectantia malo

XIV, 5. Caiumque 8. vitam XV, 5. 6. venerantia multos? Non prosint: sane, XVI, 1. malim

---

4. selles *b* 5. Gaiumque *XABCGPb*: Graiumque *s*: Caium *O*: Caiumque *reliqui.* Liciumque *C* 6. Illic *pr.A* cocuiio *XAB*: coccuilo *G* capnd *G* 8. hic *l* in via *XABCφ et pr.G*: in ima *corr.G* 11. Equiti sedere *Scriverius*: Equiti sederere *A*: Equiti se dedere *XBP*: Equiti sed sedere, *corr.* se sedere, *G*: Equiti se sedere *μκ*: Equiti sedere se *α*: Equiti se cedere (caedere *O*) *Obhlswφ*: Equitique se cedere *Cex* Lectioque se stare *μκα*: Lectoque se stare *XABC et corr.G*: Letoque se stare *P*: Leutoque se stare *pr.G*: rectumque se (*om. l*) stare *Obchlswzφ*

XV. * Ad Caesarem *TX*: Ad Augustum de iocis suis *P.* [*Ignorat Epigr. λ.*] 1. locorum *s et pr.BG*: librorum *l* 3. honoratus *Pszφ*𝔅: ornatus *c* multo *cφ*: multum 𝔅 nomine *TPzμκα*: carmine *reliqui cum* 𝔄𝔅. *Duplex igitur extitit scriptura: alteram recepimus, altera fuit*: Gaudet honoratus sed multo (*vel* multus) carmine lector. 4. victora *pr.T* munera *pr.B*: nomine *l* 5. celebrantia *Heinsius.* multis *TXACGlφ*, *bodleianus et pr.B*: multos *reliqui.* 6. prosiut *TABCbchzφ et corr.G*: prosunt *reliqui cum P et bodleiano. Nos probato multis aliter distinximus*: venerantia multos? *vulgo.*

XVI. * Ad lectorem *TX*: De facecia sermonis *P.* 1. [*Apponunt Frisingensia.*] Siria *T*: (S)eriem *φ* possum *pr.G*: possint,

Scribere, tu causa es, lector amice, mihi,
Qui legis et tota cantas mea carmina Roma:
Sed nescis, quanti stet mihi talis amor.
Nam si falciferi defendere templa tonantis
Sollicitisque velim vendere verba reis,
Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas
Et fiet vario sordidus aere sinus.
At nunc conviva est comissatorque libellus,
Et tantum gratis pagina nostra placet.
Sed non et veteres contenti laude fuerunt,
Cum minimum vati munus Alexis erat.
„Belle“ inquis „dixti: iuvat, et laudabimus usque.“
Dissimulas? facies me, puto, causidicum.

XVII.

Dum proavos atavosque refers et nomina magna,
Dum tibi noster eques sordida condicio est,

---

9. commissatorque 11. non hac veteres 13. inquis, dixti: satis est: laudabimus usque.

---

corr. prosiut, *A* quod] hoc *A et pr.G*: quid *Obchlφμκα et Frisingensia.* delectantius *P* malim *zμκα*: malo *reliqui cum Frisingensibus.* 2. est *pr.T* mihi] malo „*antiquus codex*“ *Domitii.* 3. canctas *b*: cunctas *T*: iactas *h et* 𝔉l. 4. stat *G* 5. faciferi *pr.B* sonantis *z* 6. Sollicitis velim *P* vendere] defendere „*vel* impendere“ *B* 7. Plurimas *φ* mittit *T* meretas *B* 8. fieri *XAB et pr.G*: fieret *C*𝔛: fuit *corr.G* varia] patrio („*i. e. Hispano*“) *Heinsius*: Phario *Rutgersius.* sardibus *XB* here *G* finus *B* 9. At] Et *Aφ et pr.G* commissatorque *P*: comisatorque *X*: commisatorque *A*: comassatorque *belzφμκα et pr.G*: commessatorque *hs*: commesstorque *O*: comitatorque *B*: miseratusque *T* libellis *XABGl* 11. Sed] Et *pr.G* ut veteres *bchls*𝔅: hac veteres *μκα*: et veteres *reliqui cum* 𝔓. 12. nimium *bc*: minus *B* vati] grati *φ* 13. Velle *XABCl* inquis *TOcμκα*: inquid *BG*: inquit *reliqui.* dix̄ *T*: dicti *XAG*: dictique *B* iuvat (uiuat *teste Boissonadio*) et laudabimus *T*: satis laudabimus *X et pr.G*: satis laudabimur *AB*: tu satius laudabimur *C*: satis est, laudabimus *Ol*: satis est, laudabimur *reliqui.* 14. [*om. B.*] faciss *w*

XVII. * Ad Gelliam *T*: Ad Atavogelliam *X*: De Gellia quae potioribus eum nollet iungi *P*. 1. Cum *Cc* 2. sordida] maxima *l*

Dum te posse negas nisi lato, Gellia, clavo
Nubere, nupsisti, Gellia, cistifero.

XVIII.

Quod tibi Decembri mense, quo volant mappae
Gracilesque ligulae cereique chartaeque
Et acuta senibus testa cum Damascenis,
Praeter libellos vernulas nihil misi,
Fortasse avarus videar aut inhumanus.
Odi dolosas munerum et malas artes.
Imitantur hamos dona. Namque quis nescit,
Avidum vorata decipi scarum musca?
Quotiens amico diviti nihil donat,
O Quintiane, liberalis est pauper.

XIX.

Si qua fides veris, praeferri, maxime Caesar,
Temporibus possunt saecula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit spectare triumphos?
Quando Palatini plus meruere dei?

XVIII, 5. videor XIX, 1. veri,

---

3. Gelia *P*: Galcia *s* clava *P* 4. cistifero *TPbczμια et corr.h*: cistibero *XAB et pr.G*: cistigero *Owφ*: cestigero *s*: celtibero *ClX et pr.h*, *corr.G*

XVIII. Ad Quintianum *XP*. 1. quo *om. O* 2. Gratilesque *X et pr.B* lagulae *b* certique *pr.G* 3. acura *b* texta *blsw* dasnacenis, *corr.* dasuascenis, *B* 5. videor 𝔓 [6. 7. 8. *apponit D.*] 6. numerum *XD*: munerarum *b* arces *B* 7. Imitatur *pr.A* dona. Namque] donamque *XBG et pr.A*, *corr.D*: donatque *pr.D*; donaque *C et corr.A* quis] qui *X* 8. Avidum voratam *P*: Avidum donata *Clφ*: Avidum decipi donata *D* decipis carum *AG*: decipit searum *Xφ*: decepi scarum *μκ* scaurum *clpφ et pr.h* schaurum *b*: setarum *s* musta *b*; muscat *XAB et pr.G* Avidum vorato decipi scarum museo *Brodaeus*: Avidum involut. decipi scarum nassa *Heinsius Adversariis p.* 532. 9. amicum sibii diviti donat *P* 10. O] Hoc *Heinsius*.

XIX. * Ad Caesarem *TX*: Laus Caesaris *P*. 1. veris *TPφ*: veri *reliqui. Vide Burmann. in Ovid. Heroidd. XVIII*, 119. praefer *T* 2. nulla seaula *P* 3. exspectare *b*

Pulchrior et maior quo sub duce Martia Roma?
Sub quo libertas principe tanta fuit?
Est tamen hoc vitium, sed non leve, sit licet unum,
Quod colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes veteri fidoque sodali,
Aut quem prosequitur non alienus eques?
Saturnaliciae ligulam misisse selibrae
Flammarisve togae scripula tota decem
Luxuria est, tumidique vocant haec munera reges:
Qui crepet aureolos, forsitan unus erit.
Quatenus hi non sunt, esto tu, Caesar, amicus:
Nulla ducis virtus dulcior esse potest.
Iam dudum tacito rides, Germanice, naso:
Utile quod nobis, do tibi consilium.

XX.

Si tecum mihi, care Martialis,
Securis liceat frui diebus,

---

12. Flammataeve togae scriptula 13. regis.

---

5. maior] melior *Obchlz𝔅 et codex Scriverii.* sub quo *z*: quod sub *s*: quo, *om.* sub, *pr.G* ducere *AG* 7. hoc *om. T*: et *Heinsius.* scilicet *c* 10. eques] opes *O* *A versu* 11. *novum Epigramma* („Ad Caesarem" *XP*) *ordiuntur libri praeter T*: *coniungenda esse viderat Scriverius.* 11. ligula *T* se librae *P*: selibrem *z*
12. Flammarisve togae scripula (scriptula *P𝔄*: scrupula *w*) *OPωφ𝔄*: Flammarisve togereri pala *T*: Flammarisve tole scripula *X*: Flammaris (Flammari *l*) vetulae scriptula (scrupula *Cl*) *ABCGl*: Flammarisque toge scrypula *h*, *qui pr. manu om. totum versum*: Flamacisve (Flammatisve *cs*: Flammalisque *z*) togae strupula (scrupula *cs*: scrupola *z*) *besz*: Flammataeve togae scrupula *μκα*: Flammarisve stolae *vel* Lamualis cotulae *Heinsius.* Flammarisve *etiam* „*quidam scripti*" *Scriverii et λ.* 13. Luxoria *T* tumideque *B*: tumidaeque *X*: timidique *bh𝔅* vocat *T* haec] hoc *Heinsius.* regis *P𝔅* 15. Quatiuus *φ* hii *T* *Inde a v.* 17. *novum Epigramma* („Ad Germauicum" *XP*) *ordiuntur libri praeter TOμκαλ et corr.G.* 17. tacitos *P* rides] iaces *C* Germani ecuas *T*: tacitae rides, Germanice, uassae *Heinsius Adversariis p.* 531.
18. Uitile *A* nobis *TP𝔅*, „*MS., quem contulit Ricardus Thomsonus*" (*an P?*) *apud Scriverium, et corr.G*: nobis vis *l*: uovis *XA et pr.B*: uou vis *reliqui.*

XX. Ad Martialem de tempore otioso *X*: Otii bona vita *P*: *om. Epigramma G*, *post XIII. habent λμκ.* 2. Secari *s*

Si disponere tempus otiosum
Et verae pariter vacare vitae:
Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec lites tetricas forumque triste
Nossemus, nec imagines superbas;
Sed gestatio, fabulae, libelli,
Campus, porticus, umbra, virgo, thermae,
Haec essent loca semper, hi labores.
Nunc vivit necuter sibi bonosque
Soles effugere atque abire sentit,
Qui nobis pereunt et imputantur.
Quisquam vivere cum sciat, moratur?

XXI.

Quintum pro Decimo, pro Crasso, Regule, Macrum
Ante salutabat rhetor Apollodotus.
Nunc utrumque suo resalutat nomine. Quantum
Cura laborque potest! Scripserat, et didicit.

XXII.

Mane domi nisi te volui meruique videre,
Sint mihi, Paule, tuae longius Esquiliae.

XX, 11. vivit sibi neuter, heu, bonosque XXI, 2. Apollonius. 4. Scripsit et edidicit. XXII, 2. Exquiliae.

---

3. diponere, *corr.* dopouere „*vel* disponere“ *B* odiosum *w* otiosum tempus *φ* 4. vetere *Ab et pr.h* gaudere *l* 5. potentium *pr.A* 6. litis *bhw* forumve *c* 7. Noscemus *swμκα*: Nossemus *reliqui cum* 𝔛. imagine superbos *P* 10. ii *h* 11. necuter sibi bonosque *scripsi de meo*: neeut eius (nec utenis *A*) ibo bonosque *XABC*: neuter sibi bonosque *φ*: sibi neuter, heu, bonosque *α*: neuter sibi bonosque *reliqui.* 12. aufugere *s* 13. Qui pro nobis *lp*: Quis nobis *s* pereunt] poteruot *h* 14. couseiat *l*: eum sie *corr.A* moriatur *φ et corr.A*: moratum *l*

XXI. * Ad Regulum *TX*: De rhetore ante amante *P*. [*Collatus est V4.*] 1. Vinctum *T* Grasso *T*: Casso *X* Marcum *Pbcsμκα*: Macrum *reliqui cum duobus Gruteri, Scriverianis et* 𝔇. 2. rethor *TBV4*. Apollodotus *Heinsius et Gronovius*: Apollonius *Oxμκα*: Appollodorus *P*: Apolodorus *w*: Apollodorus *reliqui cum V4.* 3. utroque *μκ* resalutabnt *A*: resultat *s* 4. labor quae *T* scripserat et dedicit *T*: scripsit et edidicit *reliqui.*

XXII. Ad Paúlum *X*: Quo longe maneat nec in domo sua inveniatur Paulus *P*. 1. domu *corr.A* nisi] si *BGpwφ* merui voluique *Obchwzμκα* (*nam de φ rursus fallitur Lemairius.*): volui meruique *reliqui cum* 𝔓*m* 2. Sunt *Opμκ*𝔛

Sed Tiburtinae sum proximus accola pilae,
Qua videt antiquum rustica Flora Iovem:
Alta Suburani vincenda est semita clivi
Et nunquam sicco sordida saxa gradu,
Vixque datur longas mulorum vincere mandras
Quaeque trahi multo marmora fune vides.
Illud adhuc gravius, quod te post mille labores,
Paule, negat lasso ianitor esse domi.
Exitus hic operis vani togulaeque madentis:
Vix tanti Paulum mane videre fuit.
Semper inhumanos habet officiosus amicos:
Rex, nisi dormieris, non potes esse meus.

XXIII.

Herbarum fueras indutus, Basse, colores,
Iura theatralis dum siluere loci.
Quae postquam placidi censoris cura renasci
Iussit et Oceanum certior audit eques,
Non nisi vel cocco madida vel murice tincta
Veste nites et te sic dare verba putas.
Quadringentorum nullae sunt, Basse, lacernae,
Aut meus ante omnes Cordus haberet equum.

---

5. Suburrani 7. rumpere 11. hinc XXIII, 8. Codrus

---

3. Tyburtiue *Pb* sum *om. s*: sunt *P*: mibi *lw* accoli *s* 4. Flore *X* Iovem] iocum *B* 5. Suburrani *φ et Gruteri tertius, v. Burmann. Anthol. Lat. II*, 514.: suburhani *reliqui.* vinconda est] est incendia *s* 6. saxu] gluxa *C* 7. Visquo *pr.B* murorum *P et „codex antiquus“ Domitii.* viucero] rumpere *Pbch𝔅*: orumpore *z*: cropere *Heinsius.* 8. marmore *lμx* 10. lassum *corr.B*: lassa *Pwx* iannitor *O*: iauito *s*: gaaitor *X* 11. hiuc *μxa*: hic *reliqui cum 𝔄m.* 12. tauti] tandem *XABCφ*: tantum *„vel* taudom“ *G* 13. [*Apponunt Frisingensia.*] in humunos *Frisingensia.*

XXIII. Ad Bassum *X*: De Basso paradoxo divite affecto *P.* 1. inductus *s* collores *φ* 2. Iure *X et pr.B* 3. Sed postquam *o* censotus *XA et pr.B* 4. Occeanum *Pbh* 5. croco *o*: ostro *l𝔅* tiuotam *A et pr.G* 6. potas *pr.B* 7. uulla *pr.B*: millo *φ* suut *om. b* lucernae *B*: lacertae *bs* 8. omnis *Pbhw* Cordus *XABGOP et Iunianae*: Corrus *l*: Codrus *reliqui.* hahebit *φ* eques *l*

XXIV.

Hermes Martia saeculi voluptas,
Hermes omnibus eruditus armis,
Hermes et gladiator et magister,
Hermes turba sui tremorque ludi,
Hermes, quem timet Helius, sed unum,
Hermes, cui cadit Advolans, sed uni,
Hermes vincere nec ferire doctus,
Hermes suppositicius sibi ipse,
Hermes divitiae locariorum,
Hermes cura laborque ludiarum,
Hermes belligera superbus hasta,
Hermes aequoreo minax tridente,
Hermes casside languida timendus,
Hermes gloria Martis universi,
Hermes omnia solus et ter unus.

XXV.

„Quadringenta tibi non sunt, Chaerestrate: surge,
Leitus ecce venit: sta, fuge, curre, late."

XXIV, 8. ipsi, XXV, 2. Lectius

XXIV. Ad Hermen *X*: Laus Hermetis *P*. 3. Hermes gladiator *OPsw* 4. turbo *Heinsius.* 5. Elius *Oμx*: Aelius *α*: Helius *reliqui cum* 𝔓*m.* 6. Hermetul cadit *b* sed uuum *G* 7. nuue *p*: sed *α*: nec *reliqui cum* 𝔄𝔓*m.* 8. suppositituus *h*: suppositivus *l*: suppositus *zφ et corr.G* sibi ipse *XABC et pr.G*: sibimet ipsi *corr.G*: et ipse sibl *φ*: sibi ipsi *reliqui.* 9. delitiae *h* locariorum *Xφ*𝔄, *idemque novit Domitius*: loricariorum *Cw*: helciariorum *Heinsius.* 10. favorque *Heinsius.* ludiorum *φ* 11. astu *AC*: tusta *B*: et hasta *s* 12. aequorea *XABG* 13. casse *z*: casside ahenea *vel* cuspide lanceae *Heinsius.* 15. [*om. P.*] salus *G* et tamen unus *bhswzφ*, *pr.G et corr.Acl*

XXV. Ad Cherestratum *X*: De divite dissimulatore Cherestrato *P*. 1. Qnadringinta *P*: Quadragiuta *C* tibi *om. pr.A* Cerestrate *B*: Crestrate *X*: Therestrate *b*: Cherastrate *G* 2. Leïtus *X et pr.A*: Letius *O*: Letus *P*: Laetius *μx*: Lestus *corr.G*: Lectus *B et pr.G*: Lectius *α et pr.h*: Lectior *b*: Lecior *C et corr.A*: Laetior *clswzφ* erce *B* curre, late *om. C*: curte, late *s*: surge, late *chx*: surge, tace *b* 𝔊𝔩.

Ecquis, io, revocat discedentemque reducit?
Ecquis, io, largas pandit amicus opes?
Quem chartis famaeque damus populisque loquendum?
Quis Stygios non vult totus adire lacus?
Hoc, rogo, non melius, quam rubro pulpita nimbo
Spargere et effuso permaduisse croco?
Quam non sensuro dare quadringenta caballo,
Aureus ut Scorpi nasus ubique micet?
O frustra locuples, o dissimulator amice,
Haec legis et laudas? Quae tibi fama perit!

XXVI.

Quod alpha dixi, Corde, paenulatorum
Te nuper, aliqua cum iocarer in charta,
Si forte bilem movit hic tibi versus,
Dicas licebit beta me togatorum.

XXVII.

Ingenium studiumque tibi moresque genusque
Sunt equitis, fateor: cetera plebis habes.

XXV, 11. amici, XXVI, 1. Codre

---

3. Et quis io *Gφ*: Exquisio *Pls*: Et qui sic *w* vocat *c* descendentemque *φ* 4. Et quis io *Gφ*: Et qui sic *w*: Nec qui sit *l* pandet *cs*: pandis *B*: pangit *l*: patidit *φ* 5. legendum *Heinsius.* 6. loquendum, Qui *Obhswμκα* Stigias *G* tutus *Bchl*: tutos *bs* audire *pr.B* 7. num melius *φ* nymbo *O* 8. croco] mero *bchlp*𝔉*l*. 9. censuro *w* date *b et pr.Bh* quadrinta *pr.B*: quadragiuta *Cw* 10. Scorpii *Bb*: Scopi *s* 11. et dissimulator *c* amici 𝔓X*Osz* 12. quae] quod *c*: quo *Heinsius.* petit *s*: „*vel* parit" *B*

XXVI. * Ad Cordum *TX*: In Cordum *P.* 1. Quod nuper aipba *pr.G*: Quoda fadix *T* Corda *XC*: Cerdo *w*: Codre *zμκα* 2. Tu *φ* dum *c* iocarer *AB et pr.G*: iocetur *z* in *om.* *φ* 3. novit *pr.B*: movet *cs* 4. beata me *T*: betam me *ABCG*: vita me *l*𝔅: bem me *P* togotorum *ABC*: togatum *sw*: togariorum *T*

XXVII. * Ad Paulum *T*: De Oceano *X*: De non respondente natalibus suis *P.* 1. stadiumque *T* tibi *om.* *O* genusque] genus *T* 2. ceteris *pr.G* phebis *B*: phoebis *XA* [3. 4. *om.* *T.*]

Bis septena tibi non sunt subsellia tanti,
Ut sedeas viso pallidus Oceano.

XXVIII.

Ut bene loquatur sentiatque Mamercus,
Efficere nullis, Aule, moribus possis:
Pietate fratres Curtios licet vincas,
Quiete Nervas, comitate Rusones,
Probitate Macros, aequitate Mauricos,
Oratione Regulos, iocis Paulos:
Robiginosis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forsan esse tu credas:
Ego esse miserum credo, cui placet nemo.

XXIX.

Si quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis,
„Formosus septem, Marce, diebus eris."

XXVIII, 4. **Rufones,** 7. **Rubiginosis**

---

3. Bis septem tibi iam nou *a* sint *beB et teste Grutero* P. 4. Occeano *bh*

XXVIII. * Ad Aulum *TX:* De Mamerco loquace malo *P.* 1. loquar *XBC* 2. aulae *Oμx* posses *z*: potes *bchsw* 3. fratres Curtios licet *Douza:* licet fratres Curios *bhsw*: licet Curios *l*: fratres Curios licet *reliqui.* vincat *AB et pr.G* 4. Quieto et *P* vernas *w* Drusones *Pchlmswzφμxa*: Diusonos *b* 5. Matros *X*: Marcos *μxa: reliqui* Macros *a Grutero „ex codice" restitutum.* Mariscos *pr.G*: Mauros *c* 6. regulus *T* iocis *sw* faulos *T* 7. Robiginosis *T et pr.A*: Rubiginosis *reliqui.* cunctos *c* dentibus cuncta *G* rodis *XABC* 8. forsitan *Tc* eredes *p*: credis *l*: crudis *z* 9. Ego te miserum *pr.G*

XXIX. * Ad Galliam *T*: Ad Gelliam *X*: De Gellia feda *P.* *Affert hoc Epigramma Aelius Lampridius Sever. Alexandr. XXXVIII.* „Quod ille leporem quotidio (cotidio *codex Bambergensis*) haberet, iocus poeticus emersit (mersit *Bambergensis*), idcirco quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos qui leporem comederint, ut Martialis etiam (*sic Bambergensis et biga Palatinorum Gruteri*: Martialis Coci *editio princeps Mediolani MCCCCLXXV. edita*) Epigramma significat, quod contra quandam Gelliam scripsit, huiusmodi: Cum — leporem." 1. 4. Gallia *Tz* dicis] mandas *Lampridius.* 2. Formousus *T* septem] semper *G, cum correctione marginali obscuriore.* Septem formosus *Lampridius.* Maco *Lampridii Bambergensis*, Marie *Mediolanensis.*

Si non derides, si verum, lux mea, narras,
Edisti nunquam, Gellia, tu leporem.

XXX.

Varro, Sophocleo non infitiande cothurno,
Nec minus in Calabra suspiciende lyra,
Differ opus, nec te facundi scena Catulli
Detineat, cultis aut elegia comis;
Sed lege fumoso non aspernanda Decembri
Carmina, mittuntur quae tibi mense suo.
Commodius nisi forte tibi potiusque videtur,
Saturnalicias perdere, Varro, nuces.

XXXI.

Aspice, quam placidis insultet turba iuvencis
Et sua quam facilis pondera taurus amet.
Cornibus hic pendet summis, vagus ille per armos
Currit et in toto ventilat arma bove.
At feritas immota riget: non esset harena
Tutior et poterant fallere plana magis.

---

3. lux mea narres *Gryphianae:* Gellia narras *O:* Gellia mandas *margo h:* Si verum dicis, si verum Gellia mandas *Lampridius.*

XXX. Ad Varronem *X*: Ad Varrenom de munere carminis *P.* 1. Varre *B* Sophedee *X* Sophocleo coturno *hinc excerpserunt Frisingensia.* 2. labra *C* suspiciente *B*: suscipiendo *Obhlwz* lyram *XAB* 3. Affer *bchz* opes *z* te *om. s* faeundis caena *X* scaena *A:* coona *φ*: saena *b*: sona *h*: cena *C*: seema 𝔅 4. modis *Heinsius.* 5. fumo non *μ* aspernenda *C* 6. sibi *s* suo] nevo 𝔅 7. potinsque] potins *P* 8. mices *pr.B*

XXXI. * De cortamiae taurerum *TX*: Parabola tauri *P.* 1. quam] tam *bohs* 2. amat *T* 3. hine *XABC et pr.G* vagus] iugus *μκ* 4. arma] aura *G* 5. Et foritas *G* in mota *O* 6. poterat *c*: possent *φμκα*: poteraat *cum reliquis* 𝔛 *et codices Gruteri.* fallare *T*

Nec trepidant gestus, sed de discrimine palmae
Securus puer est, sollicitumque pecus.

XXXII.

Quadrantem Crispus tabulis, Faustine, supremis
Non dedit uxori. „Cui dedit ergo?“ Sibi.

XXXIII.

Carpere causidicus fertur mea carmina: quis sit,
Nescio: si sciero, vae tibi, causidice.

XXXIV.

Hanc tibi, Fronto pater, genetrix Flaccilla, puellam
Oscula commendo deliciasque meas,
Parvula ne nigras horrescat Erotion umbras
Oraque Tartarei prodigiosa canis.

XXXI, 7. et de discrimine   XXXIII, 1. qui sit
XXXIV, 1. genitrix

---

7. trepidat *C* gestas *pr.B*: gressus *lμκα:* gestus *reliqui cum* 𝔄, 𝔉l., *margine Gryphii et codicibus Gruteri*: gestu *Heinsius.* sed de diserimioe palmae *TOPchswpzμκα*: sed dedis erimne *b:* et de diserimine palmae *codices Gruteri (de m testatur idem Modius, P non habet* et): sed de diserimino palmis *Gryphianae*: uee de diserimine palmae *φ:* et ne discrimine parmas *XABG*: et nec discrimioe parvo *C*𝔅 *et marge w*: sed de discrimine plaotae *Reius.* 8. Si curus *l*

XXXII. Ad Faustinum. *X:* De exheriedata uxore ad Faustinum *P.* 1. tabulis Crispus *x* 2. cui] quis *behlq* dedi *s*

XXXIII. * Ad causidicum *TX;* De causidico detrahente sibi *P.* 1. quis *CG et corr.B:* carminaque *pr.B:* qui *reliqui.* 2. ve *Oμκ*

XXXIV. * Ad Fronteoem *T:* In Frontenem *X:* Ad Herotion *P, qui tamen primum distichon ignorat. [Collatus est V*4.] 1. genetrix *TAbh:* genitrix *reliqui.* Flacilla *Tz*: Fraeilla *bh*: Francina o 3. *Novum Epigramma incipiunt TXABCGV4.cmz et Iunianae;* De Frotiooe *T*: Ad Freliooem *X et pr.V*4: Ad Frentiooem *A*: Ad Erotiooem *BCc et corr.V*4.: Ad eandem *Iunianae. De Palatino non satis accurate Gruterus: „Cum ms. aliquot et edd. vett. isthaec coniungerent disticho superieri, eos non trepide secutus sum. — Stat tamen a vulgg. Palat. et quart.“* Parvula *TACGφ*𝔄 *et corr.B*: Parvola *pr.BV*4.: Paucula *codex Scriverii, qui* Paulula *coniecit:* Pallida *XOPbhlswμκα et corr.V*4.*:* Callida *cmz* nec *OPbmsμκα* Heretion *OV*4.*bhφμκα:* horrere aerotiou *T:* Erontion *G*: Heration *B* 4. Oraque] Ora *pr.G* Tarpareis *e*

Impletura fuit sextae modo frigora brumae,
Vixisset totidem ni minus illa dies.
Inter tam veteres ludat lasciva patronos
Et nomen blaeso garriat ore meum.
Mollia non rigidus cespes tegat ossa, nec illi,
Terra, gravis fueris: non fuit illa tibi.

XXXV.

Dum sibi redire de Patrensibus fundis
Ducena clamat coccinatus Euclides
Corinthioque plura de suburbano
Longumque pulchra stemma repetit a Leda
Et suscitanti Leito reluctatur:
Equiti superbo, nobili, locupleti
Cecidit repente magna de sinu clavis.
Nunquam, Fabulle, nequior fuit clavis.

XXXVI.

Laudatus nostro quidam, Faustine, libello
Dissimulat, quasi nil debeat: imposuit.

---

9. nec rigidus XXXV, 5. Lectio

---

5. sex tuo modu *T* 6. ne minus *XABGl*: nisi minua *C* 7. Inter tam] Interim *X et pr.AB*: Intcrim̃ *corr.A*: Interea *corr.B*: Interitu *C*: Forte inter *vel* Inter io *vel* Inter iam *Heinsius.* ludet *l*: laudat *C* paternos *C* 8. blesso *Tb*: blese *G* 9. nnu rigidus *TXABCGφ𝔛*: nec rigidus *reliqui.* caespas *A* negat ossa *C*

XXXV. Ad Fabullum *X*: De Euclide divite qui claves suas ferebat *P.* 1. Cum *μxa*: Dum *reliqui cum* 𝔛𝔓. tibi *c* de] e *margn Iunii.* Patrensibus *Oλ𝔅*: Patereusibus *φ*: Patruensibua *XABGPms*: Patruensubus *w*: Patruentibus *z*: patruolibus *Cbchlμxa.* [Patrensibus *Gruterus ex* 𝔓*m attulit minus accurate.*] 2. Ducenta *Oφμxa*: Bucẽna *pr.w*: Buccina *s*: Dum cenat *bc et pr.h* conciunatus *w* Eulides *l* 3. Coritbinquc *m*: Cornitinque *c et pr.h*: Corniehioque *w*: Corinthio *z*: Cnruicbin *s* suburbana *pr.B* 4. pulchrum *bchwz*: *om. C* stimmn *corr.h*: temmn *G*: stegma *s*: scbema *c* repetita Lcda *GO*; petit n Lcda *l*: repetit Lcda *sw*: repetit a Len *b*: repetit alin *c* 5. Et suscitant si el tore lucratur *P* Lcito *XABG*: Leidn *C*: Letn *φ*: Letio *μx*: Lecto *bchlsw*: Lectio *Oza*: *Idem repone XIV*, 11. relustatur *pr.B* 6. superbus *z*: Equitis urbo *P* 7. Concidit *c*: Credidit *l* maua desiuu *φ* 8. Fabulioe *XAw*

XXXVI. Ad Faustinum *X*: Da ingrato ad Faustinum *P.* 1. quidem *pr.A*: quuudam *bchwz* 2. debet *φ*

XXXVII.

Puella senibus dulcior mihi cygnis,
Agna Galaesi mollior Phalantini,
Concha Lucrini delicatior stagni,
Cui nec lapillos praeferas Erythraeos,
Nec modo politum pecudis Indicae dentem
Nivesque primas liliumque non tactum;
Quae crine vicit Baetici gregis vellus
Rhenique nodos aureamque nitellam;
Fragravit ore, quod rosarium Paesti,
Quod Atticarum prima mella cerarum,
Quod sucinorum rapta de manu gleba;
Cui comparatus indecens erat pavus,
Inamabilis sciurus et frequens phoenix:
Adhuc recenti tepet Erotion busto,

XXXVII, 1. cycnis, **8.** miscellam *in margine.* **11.** succinorum **12.** pavo,

---

XXXVII. * Ad puellam delicatam (delicaram *T*) *TX*: Epitaphium puellae delicatae *P*. 1. senibul mihi *s* delientior cignis *h* eignis *T*: tignis *s*: signis *P*: eyenis *A* 2. Agn galesi moelior phalentin *T* Phalanthini *𝔄m*: Phulatini *b*, *pr.A et corr.G*: Palatini *c*: Phalanini *a*: Phalantini *reliqui cum 𝔜*. 3. Choen Lucrini diligatiae *T* delicator *s* 4. eapillo *s* praeferens *P* Erithreos *P*: Eritreos *T*: Erytheos *XBs*: Eritheos *G*: Eriehthreos *φ* 5. positum *w* peendis vidi ecdentem *P*: peendis indieentem *T*: peeudis Indicne gentem *XAB*: pecoris Indiei dentem *hl𝔅* 6. Nevisque *pr.A* tantum *pr.A* 7. erimine *T*: nigre *ACG*: nigrae *XB* vineit *COzφμκα*: vicet *b*: vinect *h*: vicit *reliqui cum 𝔛 et aliquot Gruterianis.* Bethici *P* vellus *om. T* 8. [*om. T.*] Renique *Xb* nitellam *XBμκα et margo p*: mitellam *Op𝔅*, *idque novit Domitius*: micellam *l*: vitellnm *s*: nitelam *reliqui cum 𝔇*: vittellam *Pontanus*: miscelam *Scaliger.* 9. Fraginvit *XB*: Flaglavit *A*: Flagravit *TCGblswz*: Fragans *φ* rosarum *Pw* Paesti] petisti *w* 10. pima *T* mela *φ* 11. sueinorum *TBP*: sucinorum *reliqui.* glaeha *XA*: globa *l* 12. coma paratus *c*: comparato *z* indeces *T* ent *Heinsius.* pavus *XABCG𝔛*: pano *T*: pavo *reliqui.* 13. Inamavillis *T* sciurus *Tλa et margo h*: soyrus *XAB*: seirius *C*: scins *O*: syrus *φ*: cirns *Gs et var. lect. c*: chirus *l*: chyrus *Pw*: ciris *μκ*: chiris *z*: cyrrhus *h*: cirrhus *b*: currus *c* infrequens *φμκ* phenix *OP*: phaenix *κ*: fenix *Gbh*: senex *l* 14. repenti *w* tepeto rato onbus to *T* Herotion *OPhφ*: Orotion *B*: Eriotion *Col*: Herition *bsw* [15—21. *om. T.*]

Quam pessimorum lex amara fatorum,
Sexta peregit hieme, nec tamen tota,
Nostros amores gaudiumque lususque.
Et esse tristem me meus vetat Paetus,
Pectusque pulsans pariter et comam vellens:
„Deflere non te vernulae pudet mortem?
„Ego coniugem“ inquit „extuli et tamen vivo,
Notam, superbam, nobilem, locupletem.“
Quid esse nostro fortius potest Paeto?
Ducenties accepit, et tamen vivit.

XXXVIII.

Calliodorus habet censum — quis nescit? — equestrem,
    Sexte, sed et fratrem Calliodorus habet.
Quadringenta secat, qui dicit *σῦκα μέριζε*:
    Uno credis equo posse sedere duos?
Quid cum fratre tibi, quid cum Polluce molesto?
    Non esset Pollux si tibi, Castor eras.

---

15. avara

---

15. avara *Oμκu*: amara *reliqui cum* 𝔄. 16. Sexta peregit hiemem haec tamen tota *X*: Sexta peremit hieme nec tamen tota *O*: Sexta peregit hieme neu tamen tota *G*: Sexta (*corr.* Sextam) peragit hyemem haec tamen tota *B*: Sextam peregit hiemem nec (et *Cbh*) tamen totam (tota *C et corr.h*: rota *s*) *Cbchlpswμκα* 17. laesusque *X et pr.B* 18. me *om. s* pectus *bcls* 19. Patusque *X*: Pectus *G* pulsas *bc*: pulsat 𝔄: pulsem *l*𝔅 vellem *l*𝔅 20. Deflere modo te *φ*: Deffere veroule nou te pudet *G* vernole *P* 21. ioquid *A* 22. Notam] Noram *XBGφ*: Ferma *Heinsius*: *fortasse* Noras, superbam.

XXXVIII. Ad Calliedorum et Sextum *X*: Quamvis magnum patrimonium duobus nou esse magnum *P*. 1. [Calliodorus habet censum *apponunt Frisingensia.*] Calliddorus *X*: Calliderus *μ* equestre *P* 2. sedet *s* 3. Quadraginta *cl* seca *Rutgersius*: seca et qui *Roius*. qui dicit *om. pr.A*: qui ditit *b* *σῦκα μέριζε λα*: syca merize *XA*: sle amerlze *CGclzμκ et corr.B*: sicat merize *pr.B*: syca merile *O*: syeamerime *φ*: merize (*om.* syca) *P*: secamerize *s*: seeamerice *w*: seca marise *h*: scramerizet *b*: *Ισα μέριζε* „*alii codices*“ *Domitii*: *σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ Beverlandus*. 4. possedere *pr.A* 5. Ptilluce *X* modesto *s*: moloseo *bc*: molosso *m* 6. Non esses *elm* Pullux *b* erat *bchlswμκ*

Unus cum sitis, duo, Calliodore, sedetis.
    Surge: σολοικισμόν, Calliodore, facis.
Aut imitare genus Ledae — cum fratre sedere
    Non potes —: alternis, Calliodore, sede.

XXXIX.

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas, Charine, misi
Hyblaeis madidas thymis placentas.
Defeci: miserere iam, Charine.
Signa rarius, aut semel fac illud,
Mentitur tua quod subinde tussis.
Excussi loculosque sacculumque.
Croeso divitior licet fuissem,
Iro pauperior forem, Charine,
Si conchem toties meam comesses.

XL.

Pinxisti Venerem, colis, Artemidore, Minervam:
    Et miraris, opus displicuisse tuum?

XXXVIII, 8. soloecismum   XXXIX, 2. 4. 9. Carine
10. conchen

---

7. Unius *a*   duos *XB et pr.A*   8. *ΣΟΛΟΙΚΙCΜΟΝ XABC et pr.G*: soloecismon *φ*: sologismum *z*: soloecismum *reliqui*.
9. Aut] Ah *c*: A *b*   mutare *P*   Ledae, aut cum *Iunianae et corr.G*   10. „*vel* alterius" *B*   Calliodiore *φ*   *In P subiunguntur haec*: „Herede peta cum phi psltihcho dulcia mittit," *quae ad sequens Epigramma pertinere videntur.*

XXXIX. Ad Charinum *X*: Pauper effertus est Carinus *P*.
1. Summas *pr.G*: Suppraemas *XB*   triciens *XB*   3. palestras *l*   4. Defecti *Heinsius.*   Carine *multi libri.*   6. tuscis *A*: turris *pr.G*   7. saculumque *φ*: saeculumque *Xμκ*: saccimque, *corr.* saccumque, *G*   8. Chroeso *B*: Cresso *s*: Chroso *X*   ditior *XC et corr.G*   Iro] Prō *G*: Pro *XABCbcφ*: Proh *s*: Per *w*   ferem *l*   10. conchem *XABCa*: conchen *𝔓Obcswzφ et pr.h*: concham *Gμκ et corr.h*: contam *l*

XL. Ad Artemidorum *X*: De dearum ira ad pictorem *P*.
1. [*Apponunt Frisingensia.*]   Piusisti *s*

XLI.

Spadone cum sis eviratior fluxo,
Et concubino mollior Celaenaeo,
Quem sectus ululat matris entheae Gallus,
Theatra loqueris et gradus et edicta,
Trabeasque et Idus fibulasque censusque,
Et pumicata pauperes manu monstras.
Sedere in equitum liceat an tibi scamnis,
Videbo, Didyme: non licet maritorum.

XLII.

Callidus effracta nummos fur auferet arca,
Prosternet patrios impia flamma lares:
Debitor usuram pariter sortemque negabit,
Non reddet sterilis semina iacta seges:
Dispensatorem fallax spoliabit amica,
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam est, si quid donatur amicis:
Quas dederis, solas semper habebis opes.

XLII, 7. quidquid

XLI. Ad Dydimum *X:* De Didimo cieoede *P.* 1. fluxu *corr.A:* ipso *pr.P* 2. concubineo *l* Celeno *bsw*: Cilleneo *pr.h:* Ceneo *pr.B* 3. sextus *ABC*: septus *C* matris ululat *bc* encbee Gallus *b et pr.h*: ethnae Gallus *l*: matrisentee Galles *s:* matris entheaeus *vel* enthea ens *XABC*: matris entheaens, *erasis aliquot litteris*, *G*: *an* matris entheae custos? 5. fabulasque *Phs*, *et idem commemorat Domitius:* fibulosasque *b:* fibulas *lw*: fibulosas *c* 6. pumicatas *l* pauperis *C et corr.B* moestrans *AG*: monstra *pr.B* 7. In equitum] nequitum *bs:* nec equitum *h:* equitum *c* an *om. h et pr.G*: banc *corr.G* scannis *B*: stannis *corr.h*: stagnis *csw et pr.h* 8. Videto *Heinsius.* Didime *P*: Dindime *μκ* liceat *bs et pr.h* maritorii *w*

XLII. De fure *X:* Amicis quod datur non perit *P.* [*Versus* 1. 2. 3. 4. 7. 8. *afferunt Frisingensia.*] 1. effrata *s et pr.B* auferat *BC* archa *P aliique.* 2. patruos *XABC* *Hinc novum Epigramma* („De debitore“ *XP*) *ordiuntur XABCGPb.* 4. Non] Nunc *G* reddent *B* steriles *Bb*: sterile *P* lata *bchsw*: lacta *m* *Rursus novum Epigramma in XABGPb*: „De dispensatore“ *X:* „De debitore“ *P.* 5. Disponsatorem *b* spoliavit *C et corr.B* 6. obstructas *Gl:* obstructa *s:* „*vel* instructas“ *m* [7. 8. *apponit D.*] 7. si quid *XABCGl et Frisingensia:* quidquid *reliqui.* 8. Qua dederit *pr.B:* Quas dederas *pr.A*

XLIII.

Thais habet nigros, niveos Laecania dentes.
Quae ratio est? Emptos haec habet, illa suos.

XLIV.

Quid factum est, rogo, quid repente factum,
Ad cenam mihi, Dento, quod vocanti, —
Quis credat? — quater ausus es negare?
Sed nec respicis et fugis sequentem,
Quem thermis modo quaerere et theatris
Et conclavibus omnibus solebas.
Sic est, captus es unctiore mensa
Et maior rapuit canem culina.
Iam te sed cito cognitum et relictum
Cum fastidierit popina dives,
Antiquae venies ad ossa cenae.

XLV.

Dicis formosam, dicis te, Bassa, puellam.
Istud quae non est, dicere, Bassa, solet.

XLIII, 1. Lecania XLIV, 1. quid repente factum est, 7. unctiore cena

---

XLIII. De Thaide et Lecania *X*: De Lecauia sine dentibus *P.* [*Om. Epigramma B.*] 1. *Legebatur* Lecauia. 2. Qui *X* hemptos *G*

XLIV. Ad Dentonem *X:* Ad parasitum qui ad ditiorem transierit *P.* 1. Quis *s:* Quod *l* Quid factam rogo *φ* quod *l* repete *B*: repetens *X* factum est *Pchsw:* factum est repente *b* 3. et quater *bs* es] est *bc* 4. ne respicis refugis *l* 5. termo *pr.B* et *om. l* 6. cumclavibus *b* 7. ultiore *z* coena *hsμκα:* mensa *reliqui cum* 𝔛𝔓 *et Viennensi Gruteri.* 8. famem *Heinsius.* 9. Iam tesedicito *XABCG* cognitum] raptum *z* 11. caene *XA*

XLV. * Ad Bascum *T*: Ad Bassam *X*: Qois mulier feda puellam se dicat *P.* 1. formonsam *X:* formam *pr.h* 2. Utud *t* quae *TXABGO*𝔓 *et duo Scriverii:* quod *reliqui.* es *mz* Bassa] saepe *bchmz:* nempe *Heinsius.* soles *mφ et corr.T*

XLVI.

Basia dum nolo nisi quae luctantia carpsi,
Et placet ira mihi plus tua, quam facies,
Ut te saepe rogem, caedo, Diadumene, saepe:
Consequor hoc, ut me nec timeas, nec ames.

XLVII.

Nunquam se cenasse domi Philo iurat, et hoc est:
Non cenat, quotiens nemo vocavit eum.

XLVIII.

Quid non cogit amor? secuit nolente capillos
Encolpus domino, non prohibente tamen.
Permisit flevitque Pudens: sic cessit habenis
Audaci questus de Phaethonte pater:
Talis raptus Hylas, talis deprensus Achilles
Deposuit gaudens, matre dolente, comas.
Sed tu ne propera, brevibus nec crede capillis,
Tardaque pro tanto munere, barba, veni.

XLVI, 3. rogam XLVIII, 2. nec 7. nec propera

XLVI. * Ad Diadumenum *X: nullum lemma T:* Amat basiare colluctantem *P.* 1. Bassia *TA* cum *l* nisi si *sw* luitantia *s* carpis *XABCGswX* 2. mi *T* quem *pr.A* 3. cedo *μx*: credo *TwφP* (*in P correctum est* cado.) 4. Consequar *Pφ*: Cumsequor *l* hoc ut me nec] hoc moneo ut *B*: hoc, mei nec *P* nec timeas] ne timeas *b*

XLVII. * Ad Philonem *T:* Ad Filonem *X:* De Philone foriscenio *P.* 1. Nnmqua *T*: Nusquam *X* cinasse *P* Filo *bφ* iurati *P* haec *pr.w* 2. cena *P*

XLVIII. De Encolpo *X:* De abscissa coma Encolpi *P.* 1. Qui *X et pr.B* capille *XA et pr.B*: capillum *G* 2. Enclopus *G:* Encolpos *b*: Eucolpes *cwx*: Encolpo *P* non *XABGPXB*: nec *reliqui.* 3. Promisit *w* habenas *p* 4. Phoetonte *XB et pr.h:* Phetonte *G* 5. deprehensus *Os* 6. gaudes *pr.B* volente *s* comam *G* 7. ne propera *XBCGPbchlswxB et corr.A*: propera *pr.A:* nec propera *reliqui.* ne crede *CGPhX*: ne cede *B*: nec crede *Handius in Gronov. Diatr. Stat. II*, p. 161. 8. Tardeque *A* venit *φ*

XLIX.

Vidissem modo forte cum sedentem
Solum te, Labiene, tres putavi.
Calvae me numerus tuae fefellit:
Sunt illinc tibi, sunt et hinc capilli,
Quales vel puerum decere possint.
Nudum est in medio caput, nec ullus
In longa pilus area notatur.
Hic error tibi profuit Decembri,
Tum, cum prandia misit Imperator:
Cum panariolis tribus redisti.
Talem Geryonem fuisse credo.
Vites, censeo, porticum Philippi:
Si te viderit Hercules, peristi.

L.

Ceno domi quotiens, nisi te, Charopine, vocavi,
    Protinus ingentes sunt inimicitiae,
Meque velis stricto medium transfigere ferro,
    Si nostrum sine te scis caluisse focum.
Nec semel ergo mihi furtum fecisse licebit?
    Improbius nihil est hac, Charopine, gula.

XLIX. 5. nec   9. Tunc   L, 3. Meque petis

XLIX. * Ad Labienum *X*: Ad Lavienum *T*: locus de calvo *P*. 1. fortem *T* 2. Laviene *T*: Labiane *w* 3. Calva me numero te fefellit *P* tua *T* 4. S̃ illinc tibi sint *T*: Illinc tibi sunt et hinc *X* 5. vel *TPl*, *margo Gryphii*, 𝔉l. *et pr.p*: nec *reliqui*. dicere *T*: docere *bφ* poss̄ *T*: possunt *GPbchpswzφ* 6. Nedum *pr.B*: Nodus es *corr.P*. 7. pilus *om.* *T* 8. Hinc *X et pr.BC* profui *b*: fuit *X* 9. Tum *T*: Te *bc*: Tunc *reliqui*. cum prandia] comparanda *P* 10. edisti *φ* 11. Gerione *hinc Frisingensia*. 12. Vides *b* Philippoi *pr.T* 13. vidit *b*: videt *l*

L. * Ad Charopinum (Caropinum *T*) *TX*: De Charopino parasito *P*. 1. Leno *w*: Caedomi *T* nec te *cz* Caropine *TX alii*. vocatur *T* 3. velis *T*: potes *XABG*: patos *P*𝔉l.: paras 𝔛: petis *reliqui*: cupis *vel* furis *Heinsius*. [*Post hunc versum deficit B usque ad V*, 73, 3.] 4. sis *s* 5. semel ego *pr.P* 6. Charopine] caupone *G*: Charopine tgula (*sic*) *P*

Desine iam nostram, precor, observare culinam,
    Atque aliquando meus det tibi verba focus.

LI.

Hic, qui libellis praegravem gerit laevam,
Notariorum quem premit chorus laevis,
Qui codicillis hinc et inde prolatis
Epistolisque commodat gravem vultum
Similis Catoni Tullioque Brutoque,
Exprimere, Rufe, fidiculae licet cogant,
Ave Latinum, χαῖρε non potest Graecum.
Si fingere istud me putas, salutemus.

LII.

Quae mihi praestiteris memini semperque tenebo.
    Cur igitur taceo, Postume? Tu loqueris.
Incipio quotiens alicui tua dona referre,
    Protinus exclamat „Dixerat ipse mihi."
Non belle quaedam faciunt duo: sufficit unus
    Huic operi: si vis, ut loquar, ipse tace.
Crede mihi, quamvis ingentia, Postume, dona
    Auctoris pereunt garrulitate sui.

---

8. coquus.

---

7. precor] procul *c* 8. Utque *bhμx* focus *TX*: iocus *bclwz*: locus *s*: cocus *XAC*: coqus *h*: oocuus *P*: coquus *reliqui.*

LI. * Ad Rufum *TX*: De divite corde bruto, bruto rufo *P*. 1. Huic *Roius.* libellis] verbis *l* pergravem *bchl*: per gravem *Gryphianae*: quae gravem *pr.G* lacuam *l et Roius.* 2. corus *T* lacvis *X*: vilis *φ*: levis *vulgo.* 3. probatis *c* 4. comodat *φ*: commendat *Gryphianae.* voltum *X* 6. fiduculae *T* 7. Have *TX*: Quae *pr.G* cherc *TGOP*: kaire *X*: kere *s*: *χέρε μx*: exaipe *margo G*: *om. bφ* postest *T*: potes *XAG et Iunianae*: pote est *Roius.* 8. salutem *T*

LII. * Ad Postumum de meucre *T*: Ad Postumum *X*: Dona garrulitate perire postuma *P*. 1. Quem *G* 2. tu *om. pr.G* [3. 4. 7. 8. *apponunt Frisingensia*, 5. 6. 7. 8. *D.*] 4. ille *CGel* 5. Non eadem belle *Heinsius.* 6. loquor *T* tacae *T* 7. quamvis] quotiens *h* dona *TGO𝔓𝔉l. et Frisingensia*: donas *Gruteri tertius et corr.z*: donos *b*: dones *reliqui.* 8. gratulitate *s* sui] tua *z*, *quo probato Heinsius* Auctori *scribendum arbitratur.*

LIII.

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyesten?
Quo tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?
Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion, vel si non placet hic, Phaethon.

LIV.

Extemporalis factus est meus rhetor:
Calpurnium non scripsit, et salutavit.

LV.

Dic mihi, quem portes, volucrum regina? „Tonantem.“
Nulla manu quare fulmina gestat? „Amat.“
Quo calet igne deus? „Pueri.“ Cur mitis aperto
Respicis ore Iovem? „De Ganymede loquor.“

LVI.

Cui tradas, Lupe, filium magistro,
Quaeris sollicitus diu rogasque.
Omnes grammaticosque rhetorasque

LIII, 1. Thyestem? **LVI, 1. Cui credas**

LIII. * Ad Bassum *TX*: De scolastico Basso *P*. 1. Cholchida *A* quid scribis *semel T*: quid scribit (scribis *A*) quod scribis *XA* Thiesten *TO*: Tiesten *P*: Thyestē *φ*: Thiestē *Gbh*: Tyestem *X* 2. Quo 𝔓*ACGbchlmsz*𝔉l.: Quod *TXφ*: Quid *Oωμκα* Niohem *XGbmφ*: Niobe *μκα* Andromachem *XG*: Andromache *μκα*: Andromaden *h*: Andromedem 𝔉l. 3. Matheria *T* crede *om. h* 4. vel] aut *P* Poeton *X*: Phoeton, Pheton *alii*: Peton *pr.P*

LIV. De rethore *X*: De oblivioso rhetore *P*. 1. est meus factus *μκ* retor meus *G* 2. Calphurnium *Oφμκα*: Calphornium *z*: Chalfurnium *G* 2. scribsit *G*: scribit *bchlswzμκ* salutat *lp*

LV. Ad Iunonem *X*: De Ganimede ad Iunonem *P*. 1. Sic *z* portans *P* tonanti *Cbchswz* 2. manet *pr.G* amat] amai *P* 3. Quod *μ* cum *clω* mittis *μκ* 4. Despicis *G*: Respicit *swφ*

LVI. Ad Lupum *X*: Suadet ne liberalis discat *P*. 2. rogasque diu *φ*: diuque rogas *GOhpμκ*: diuque tentas *α*: diu rogasque *reliqui cum* 𝔄, *Gruterianis et* 𝔉l. 3. grammaticos (*om.* que) *Cbκz*

Devites, moneo: nihil sit illi
Cum libris Ciceronis aut Maronis.
Famae Tutilium suae relinquas.
Si versus facit, abdices poetam:
Artes discere vult pecuniosas,
Fac discat citharoedus aut choraules.
Si duri puer ingeni videtur,
Praeconem facias vel architectum.

LVII.

Cum voco te dominum, noli tibi, Cinna, placere:
Saepe etiam servum sic resaluto tuum.

LVIII.

Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper.
Dic mihi cras istud, Postume, quando venit?
Quam longe est cras istud? ubi est? aut unde petendum?
Numquid apud Parthos Armeniosque latet?
Iam cras istud habet Priami vel Nestoris annos.
Cras istud quanti, dic mihi, possit emi?

---

6. relinquat.

---

4. Divites *GPsw:* Evites *codex Vossianus Burmann. Anth. Lat. I, p.* 509. 5. liberis *O* 6. Tutilium *pr.P et ,,liber omnium scriptorum optimus" Scriverii:* utilium *XACG:* Vatilium *o:* Lucilium *codex Palmanni:* Titu Livium *corr.P:* Rutilium *reliqui. Vide Spalding. in Quintilian. Inst. Orat. III,* 1, 21. relinquas *XACGOφ:* relinques *l:* relinque *s:* reliquit *c:* relinquat *reliqui.* 7. facis *s* 8. dicere *G et Iunianae.* vult discere *s* pecuniosus *pr.A* 9. Eac *φ* hiscat *Gulielmius.* citharoedos *CObolφ, pr.h et corr.G* 10. ingenii *GOPbswφμx* 11. vel] aut *l*

LVII. * Ad Cinnam *TX:* Mala tractatio Cynne *P.* [*Apponunt Frisingensia.*] 1. uolo *Gryphianae et margo p:* uolim *Scriverii coniectura:* volo *cl:* uoli *reliqui cum 𝔛m.* 2. rosoluto *Ts* tuum *TXABCblφμx𝔓𝔅, Scriverii ,,optimus liber" et var. lect. c:* meum *reliqui cum Frisingensibus.*

LVIII. Ad Postumum *X:* Bene debere vivi ad Postumum *P.* [*Apponunt Frisingensia et D.*] 1. te] bene *D* victuorum *pr.A* 2. illud *l* 3. Tam longum *Heinsius.* Quam tibi cras istud longe est *h et corr.b:* Dic mihi cras istud ubi est *p* longe est *𝔓 et Frisingensia:* longe *reliqui.* ubi est] tibi est *cx:* dubium est *XO* petendum est *l et Frisingensia.* 4. Armeniosve *Opsw et Frisingensia.* 5. Num *φ* Castoris *z* 6. posset *OPcbswzφμx*

Cras vives: hodie iam vivere, Postume, tardum est:
Ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri.

LIX.

Quod non argentum, quod non tibi mittimus aurum,
Hoc facimus causa, Stella diserte, tua.
Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti;
Fictilibus nostris exoneratus eris.

LX.

Allatres licet usque nos et usque
Et gannitibus improbis lacessas,
Certum est hanc tibi pernegare famam,
Olim quam petis in meis libellis
Qualiscunque legaris ut per orbem.
Nam te cur aliquis sciat fuisse?
Ignotus pereas, miser, necesse est.
Non deerunt tamen hac in urbe forsan
Unus vel duo tresve quattuorve,
Pellem rodere qui velint caninam:
Nos hac a scabie tenemus ungues.

LXI.

Crispulus iste quis est, uxori semper adhaeret
Qui, Mariane, tuae? crispulus iste quis est?

LVIII, 7. serum est. LXI, 2 *et* 13. Crispulus

---

7. Cras vivis *P* Cras vives vivis hodie iam vivere tardum est *Frisingensia.* tardum est *P*𝔉l. *cum Frisingensibus*: serum est *reliqui.* 8. [*Om. C.*] here *Frisingensia.*

LIX. Ad Stellam *XP.* 1. mittimus *XACGP*𝔛: mislmus *reliqui.* 2. Hoc facinus *x*: N̄ facimus *pr.G* Stelle *s* diserta *AC* 3. Si quis *l* 4. exhoneratus *b*: exhonoratus *Cs*: vix oneratus *Heinsius.*

LX. Ad detractorem suum *X*: Non vult aico (*sic*) testimonium honum prohibere *P.* 1. Ad latres *O*: Illatres *c* usque *prius om. G* 2. cannitibus *XA* lacesses *Cbcw* 3. Centum *A* ;negare *z* 4. in *om. z*: a *P* 5. urbem *P* 8. Non derunt *XA*: Non erunt *P* in hac *bh* 9. vel *om. pr.A* 10. Pellere *P* vellent *s* 11. Nos hic *P* a *om. XC*

LXI. Ad Marianum *X*: De iuvene orispo qui civis uxor ad latus ambulabat *P.* 2. crispilus *G*

Nescio quid dominae teneram qui garrit in aurem
    Et sellam cubito dexteriore premit?
Per cuius digitos currit levis annulus omnes,
    Crura gerit nullo qui violata pilo?
Nil mihi respondes? „Uxoris res agit“ inquis
    „Iste meae.“ Sane certus et asper homo est,
Procuratorem vultu qui praeferat ipso:
    Acrior hoc Chius non erit Aufidius.
O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini:
    Te successurum credo ego Panniculo.
Res uxoris agit? res ullas crispulus iste?
    Res non uxoris, res agit iste tuas.

LXII.

Iure tuo nostris maneas licet, hospes, in hortis,
    Si potes in nudo ponere membra solo,
Aut si portatur tecum tibi magna supellex:
    Nam mea iam digitum sustulit hospitibus.
Nulla tegit fractos nec inanis culcita lectos,
    Putris et abrupta fascia reste iacet.

LXI, 14. ipse tuas.   LXII, 5. culcitra

---

3. Nescio quod *pr.A* qui] quid *Cc* 4. selam *μ* desteriore *φ* peremit *X* 5. omnis *P* 6. violenta *C*: fruticata *Heinsius.* 7. agis *AG* iuquit *P et pr.G* 8. coecus 𝔅 *et pr.h*: liber *cz* 9. vultum qui proferat ipso *XA* proferat *c*: preforat *b*: perferat *h* uequo *z*, *pr.h et* „*membrana MS*“ *Gronov. Diatr. Stat. I*, *p.* 597. *Hand.* 10. Atrior hoc *φ*: Aprior hic *P* Chiuis *μx*: Citius *X* erit *XACOPchlswzφ*: eris *b*: erat *reliqui.* aut fidius *X* 11. erat *X* Latiuis *bh* 12. Te] Et *C* eredo ego] credere *X* Peunieulo *z* 13. uxores *μx* res ullas *ACGOφ𝔄m*, *Arondellianus et Viennensis Gruteri*: res ullu *X𝔓*: re uuilus *b*: „*vel* si ullas“ *m*: res nullas *reliqui.* crispilus *G* ipse *l* 14. Non agit uxoris *Viennensis Gruteri.* ipse tuas *bchlmswφ* Nou res uxoris *vel* Res anne uxoris? *Heinsius.*

LXII. Ad hospitem *X*: De hospitio hortorum *P.* 1. Rure tuo maueat lieet uostris *l* ortis *XO* 2. uullo *l* ponere] pectore *s* 3. tecum] teuet *b* maga *l* suppellex *OPb* 4. Nou mea *b* dieitum *XAG*: lectum *Cbchlswzφ*𝔅 *et margo* 𝔄 auspieibus *s* 5. factos *bch*: fragtos *pr.A* culcitra *CObchlzφμx et corr.A*: culeura *s*: culcita *ex h. l. apponunt Frisingensia.* 6. facia *A*: fascea *P* resta *X*: teste *φ*: veste *m*

Sit tamen hospitium nobis commune duobus:
Emi hortos; plus est: instrue tu; minus est.

LXIII.

„Quid sentis“ inquis „de nostris, Marce, libellis?“
Sic me sollicitus, Pontice, saepe rogas.
Admiror, stupeo: nihil est perfectius illis,
Ipse tuo cedet Regulus ingenio.
„Hoc sentis?“ inquis „faciat tibi sic bene Caesar,
Sic Capitolinus Iuppiter.“ Immo tibi.

LXIV.

Sextantes, Calliste, duos infunde Falerni,
Tu super aestivas, Alcime, solve nives.
Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo
Lassenturque rosis tempora sutilibus.
Tam vicina iubent nos vivere Mausolea,
Cum doceant, ipsos posse perire deos.

LXV.

Astra polumque dedit, quamvis obstante noverca,
Alcidae Nemees terror et Arcas aper

LXIII, 4. cedit LXIV, 5. Iam LXV, 2. Nemeae

---

7. Sic *μκ*: Si *bφ* continue *w* 8. instruetum *P*

LXIII. Ad Ponticum *X*: Male tractat scripta *P*. 1. de] te *b* Marce] certe *w* 4. cedit *wz*: cedat *Heinsius*. 5. sensit *X* si bene *Plswφ*: non bene *C* 6. Si *lw* ipse tibi *e*

LXIV. Ad Callistum *X*: Ad Calixtum *G*: Bene debere vivere morituros *P*. 1. Caliste *Obhφμκ*: Calixte *G*: Callide *P* infundi *XA* 2. extivas *w*: extinas *s* Alchime *bφ et pr.h*: Alcine *Oμκα*: Alcyne *corr.h*: Elchime *w* solve *XAG𝔄𝔓𝔉l.*: funde *reliqui*. 4. Lasenturque *A*: Laxenturque *mz*: Lassanturque *φ* subtilibus *OPφ*: subilibus *clz* 5. Tam *GO𝔓* (*ex P nihil notatum.*): Iam *reliqui*. iubet *bsw* 6. deleant *c*

LXV. Ad Caesarem *X*: Laus Augusti in comparaciene Herculis *P*. 1. polumque pia dedit *h* opstante *A* 2. Nemees *Gl et corr.P*: Nemeao est *XAC*: Nemeis *pr.P*: Nemeae *reliqui*. terres *z*: terrore marchas *P* Archas *Obh*

Et castigatum Libycae ceroma palaestrae
Et gravis in Siculo pulvere tusus Eryx,
Silvarumque tremor, tacita qui fraude solebat
Ducere nec rectas Cacus in antra boves.
Ista tuae, Caesar, quota pars spectantur harenae?
Dat maiora novus praelia mane dies.
Quot graviora cadunt Nemeaeo pondera monstro?
Quot tua Maenalios collocat hasta sues?
Reddatur si pugna triplex pastoris Hiberi,
Est tibi qui possit vincere Geryonem.
Saepe licet Graiae numeretur bellua Lernae,
Improba Niliacis quid facit Hydra feris?
Pro meritis caelum tantis, Auguste, dederunt
Alcidae cito di, sed tibi sero dabunt.

LXVI.

Saepe salutatus nunquam prior ipse salutas:
Sic eris aeternum, Pontiliane, Vale.

LXVII.

Hibernos peterent solito cum more recessus

---

3. Libyae 4. fusus 7. spectatur 14. quod facit LXVI, 2. erit

---

3. Libici *G*: Libyae *Iunianae*: Sicnlae 𝔚𝔅 ciroma *G*: cerome *w*: ceronia *Pφ* 4. Sicnla *P* tusus *P*: fusus *reliqui.* 5. fronde *φ* 6. nec raptas *c*: non rectas 𝔓 (*nihil ex P notatum*) *et* 𝔉, *vide Hand. ad Gronov. Diatrib. Stat. I, p.* 247. Caecus *Oh* 7. Iusta *A*: Iste *pr.G* spectantur *Heinsius*: spectat *w*: spectas *c*: exspectat *bh*: spectatur *reliqui.* 8. maior *P* nonus *b* magnu dies *c* 9. Quod *Xhφ et pr.G*: Quo *bsw* graviora] maiora *P* Nemaeo *AGOPbφ*: Nemo *Cclwz* monstro] nostro *b* 10. Quod *Xbsw et pr.G*: Quo *h* Mannlios *X* asta *μ*: astra *h* 11. si *om. P* Hiberi *XOhκα*: Hyberi *Pφ*: baberi *bμ*: Iberi *reliqui.* 12. possis *A* 13. Saepe quidem licet *P* belua *XOPφ*: balua *A* 14. Niliaci *z* facis *Gφ* hydra] ira *G*𝔅 15. anguste *μ et pr.κ*: angusta *sφ* 16. dii *XAGOP bhswφ* seru *bcwφ et corr.h*

LXVI. * Ad Pontilianum *T*: Ad Pontillanum *X*: Ad q̃utilianum qui prior volebat salutari *P*. 2. Sic eris *XACGPclpsφλ*𝔅: Diceris *T*: Sic erit *reliqui*: Dic ergo *Heinsius.*

LXVII. * De Progne *TX*: Ad Prognen *P*. 1. [*Om. C.*] Hivernos *T*: Hiberno *s* peterent subito *l*: solito peterent *codex Oudendorpii*: peteret solito *φ*

Atthides, in nidis una remansit avis.
Deprendere nefas ad tempora verna reversae
Et profugam volucres diripuere suam.
Sero dedit poenas: discerpi noxia mater
Debuerat, sed tunc, cum laceravit Ityn.

LXVIII.

Arctoa de gente comam tibi, Lesbia, misi,
Ut scires, quanto sit tua flava magis.

LXIX.

Antoni Phario nil obiecture Pothino
Et levius tabula, quam Cicerone nocens:
Quid gladium demens Romana stringis in ora?
Hoc admisisset nec Catilina nefas.
Impius infando miles corrumpitur auro,
Et tantis opibus vox tacet una tibi.
Quid prosunt sacrae pretiosa silentia linguae?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

LXX.

Infusum sibi nuper a patrono
Plenum, Maxime, centies Syriscus

LXVII, 4. suae. 6. Itym.

---

2. Athides *b*: Atides *h*: Atthidis *P et pr.z*: Attidis *φ*: Althides *s*: Atchydes *X*: Hachehidis *C*: Alcidis *l*: Itides *var. lect. G* in nains *C* 3. Deprehendere *TOμκα*: Deprenderunt *corr.P* nephas *P* ad] sat *s* revesae *T* 4. fugam *s* deripnere *TXAC* suam *Tcm*: suae *reliqui.* 5. discerpit *l* 6. eum] quo *P* Ityn *TC*: Hityn *X*: Itin *AP*: Itym *φ in rasura*: Ithim *Obh*: Itym *reliqui.*

LXVIII. * Ad Lesbiam *TX*: Laudat comam Lesbiae *P.* 1. Arthoa *Gs*: Archto *w* commam *T* 2. seias *c*

LXIX. Ad Antoninm *X*: Ad M. Antoninm de morte Ciceronis *P.* 1. nihil *ACGbclswzφ*: non *h* obiectore *z*: obieetare *h* Photino *CGOchlzφ*: Phatino *b*: Pathino *P* 2. melius *l* noces *XACG* 3. astringis *l* hora *G* 4. nephas *P* 8. Incipiunt *bchmzφ*

LXX. Ad Maximum *X*: De Syrisco eversore ad Max. *P.* 2. Syricus *A et pr.G*

In sellariolis vagus popinis
Circa balnea quattuor peregit.
O quanta est gula, centies comesse!
Quanto maior adhuc, nec accubare!

LXXI.

Humida qua gelidas summittit Trebula valles
Et viridis cancri mensibus alget ager,
Rura Cleonaeo nunquam temerata leone
Et domus Aeolio semper amica Noto,
Te, Faustine, vocant: longas his exige messes
Collibus; hibernum iam tibi Tibur erit.

LXXII.

Qui potuit Bacchi matrem dixisse tonantem,
Ille potest Semelen dicere, Rufe, patrem.

LXXIII.

Non donem tibi cur meos libellos
Oranti totiens et exigenti,
Miraris, Theodore? Magna causa est:
Dones tu mihi ne tuos libellos.

LXXIV.

Pompeios iuvenes Asia atque Europa, sed ipsum

LXXI, 3. Cleoneo

---

3. selariolis *μx*: sellariorum *bhls*: salariorum *O*, *quod commemorat Domitius.* 6. accumbere *blsw*

LXXI. Ad Faustinum *X*: Ad Faustinum de agris Trebulano et Tyburtino *P*. 1. Umida qua gelias *X* quae *P* sumitit *G*: submittit *P* velles *X* 2. virides *s* canipi *c* 3. Diouaeo *c* Et nū vale cleoneo leone *hinc Frisingensia.* 5. Fauste *P* vocat- *Oμxa* longos hinc exige menses *corr.h* hic exige *XACclx*

LXXII. Ad Rufum *X*: Iocus de Iove ad Ruffum *P*. 1. potui *s* Bachi *P* patrem *pr.G* 2. Hic potuit *lB* Semelem *ACGOclφ*

LXXIII. Ad Theodorum *X*: Male tractat scripta Theodori *P*. 3. Mirari *P* est *om. bcs* 4. ne tu mihi *s*

LXXIV. * Ad Pompho. *T*: De filiis Pompei *X*: De morte Pompei *P*. 1. Pompeius *pr.A*: Pomptios *G* iuvenes] cineres *corr.P*

Terra tegit Libyae, si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe? Iacere
Uno non poterat tanta ruina loco.

LXXV.

Quae legis causa nupsit tibi Laelia, Quinte,
Uxorem potes hanc dicere legitimam.

LXXVI.

Profecit poto Mithridates saepe veneno,
Toxica ne possent saeva nocere sibi.
Tu quoque cavisti cenando tam male semper,
Ne posses unquam, Cinna, perire fame.

LXXVII.

Narratur belle quidam dixisse, Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auricula.

LXXVIII.

Si tristi domicenio laboras,

LXXIV, 2. Libyes

---

2. Libyae *scripsi*: Lybiae *T*: Libyes *vel* Libies *vel* Lybies *reliqui.* ulla vegit *A*: illa vehit *B* 3. Quid nimirum *T* expargitur *bh*: spagitur *T* 4. potuit *h* ruina tanta *P*

LXXV. Ad Quintum *X*: Iocus de uxore legittima *P*. 1. „*vel* Qua" *B* tibi nupsit *s* Leva, *corr.* Levia, *G* 2. potest *pr.B* ducere *C*𝔅 *et pr.p* . legiptimam *bs*: legittimam *P*

LXXVI. * Ad Cinnam *TX*: Ad Cinnam avarum comparacione Mitridatis *P*. [1. 2. *om. C.*] 1. Proficit *T* ponto *T*: toto *XABCP* 2. Tossica *s* possint *TP* seaeva *l*: serva *s* *Post versum* 2. *XB* „Ad Cinnam" *ordiuntur novum Epigramma.* 4. possis *T*

LXXVII. Ad Marullum *A*: Ad Marullum pedarisiam *P*: *nullo lemmate in XB cohaeret cum praecedente*: Ad Marullum paederastam *Scriverius ex* „*opt. cod.*" (*num P?*), *qui habebat* Pedarisiam: Pedarisiam 𝔉l. 1. (N)arrator *φ* Marullae *zφ* 2. Quid *φ*: Quis o *et var. lect. G* ferret oleus *l*𝔅 auricula *XABGbmswzφλ*𝔓: auriculam *reliqui.*

LXXVIII. Ad Toranum *X*: Invitat Toranum ad cenam ne tristetur *P*. 1. laboris *b*

Torani, potes esurire mecum.
Non deerunt tibi, si soles προπίνειν,
Viles Cappadocae gravesque porri.
Divisis cybium latebit ovis,
Ponetur digitis tenendus ustis
Nigra coliculus virens patella,
Algentem modo qui reliquit hortum:
Et pultem niveam premens botellus,
Et pallens faba cum rubente lardo.
Mensae munera si voles secundae,
Marcentes tibi porrigentur uvae
Et nomen pira quae ferunt Syrorum,
Et quas docta Neapolis creavit,
Lento castaneae vapore tostae.
Vinum tu facies bonum bibendo.
Post haec omnia forte si movebit
Bacchus quam solet esuritionem,
Succurrent tibi nobiles olivae,
Piceni modo quas tulere rami,

LXXVIII, 2. Turani, merum.

---

2. Torane *B*: Turani *Ow* potest *pr.B* exurire *s* metum *X* 3. derunt *μ*: desunt *X*: dederunt *c*: dederint 𝔅 si soles *προπίνειν λα et margo h*: si soles propinin *ABOx et* „*meliores*“ *Scriverii*: si soles propini 𝔓*φ*: si soles propium *pr.G*: si soles propinqui *XCbolsw*𝔅, *corr.G et* „*plurimi MSS.*“ *Scriverii ad X*, 48. *p.* 239. *et eiusdem editio princeps*: sodales propinqui *pr.h*: sessiles propinquae *μx ex coniectura Merulae.* 4. Viles] Vilis *P*: Ilides *X*: Quae *C*: Caules *Heinsius.* Capadocae *OPbh*: Capadoue *G* 5. Divessis cybum *X*: E divisis cybum, *corr.* cibium, *h*: Dives si cibinm *s*: Dives si scibinm *C*: Dives stibinm *b*: Et dives sycibium 𝔉l. tybium *l* latebit] „*vel* patebit“ *G*: latevit *P* 6. Ponentur *bxφ et pr.h* tenendis *bsw* unctis *c*, *ut coniecerant Lipsius et Heinsius.* 7. Nigras *XAC*, *corr.B et pr.G* culiculus *Pzφ*: colicolis *bc*: coelicolis *sw* vigens patella *m*: ureus patellas *C* patellas *X* [8. 9. 10. *om. c.*] qui modo *P* 9. vineam *bhw* 10. palles *s* 11. Mense - secundo *o* 12. vivae *B* 13. piraque *ABP* ferunt] peruntque *P* 14. crevit *bsw* 15. testae *XABC et pr.G*: coctae *lp*𝔅 *et bodlcianus.* 16. Vinum facies *bsw*: Et vinum facies *h* 17. ni *Heinsius.* 18. tuam *el*: cum *h*: quom *b* silet *P* exurit iouem *s*: exuritiones *h*: exhauritionem 𝔅: exuritur iovem *b* 19. Succurrunt *bhs* vobiles *b* 20. Pyceni *X*: Picem *B*: Picena *b*

Et fervens cicer et tepens lupinus.
Parva est cenula, — quis potest negare? —
Sed finges nihil audiesve fictum
Et vultu placidus tuo recumbes;
Nec crassum dominus leget volumen,
Nec de Gadibus improbis puellae
Vibrabunt sine fine prurientes
Lascivos docili tremore lumbos;
Sed, quod non grave sit nec infacetum,
Parvi tibia condyli sonabit.
Haec est cenula. Claudiam sequeris,
Quam nobis cupis esse tu priorem.

LXXIX.

Undecies una surrexti, Zoïle, cena,
Et mutata tibi est synthesis undecies,
Sudor inhaereret madida ne veste retentus
Et laxam tenuis laederet aura cutem.
Quare ego non sudo, qui tecum, Zoïle, ceno?
Frigus enim magnum synthesis una facit.

LXXX.

Non totam mihi, si vacabit, horam,

---

29. inficetum LXXX, 1. vacabis

---

21. Et ververi *bs et corr.c*: verveci *pr.c* citer *pr.B* 22. Parvula est cena *h* 23. fingens *bhsw* audiesne *G*: audiensve *bhw* 24. voltu *X* placidis *ABC*: placidas *φ*: placide *bchw* recumbis *pr.G*: recumbens *p* 25. domini leges *C*𝔉 26. 27. 28. *affert Scholiasta Iuvenalis XI*, 162. 26. de *om. φ*: Ita ne *Schol. Iuvenalis*. Cadibus *XA et pr.B*: Tadibus *bs et pr.h*: cladibus *corr.B* improbus *b* 27. si fine *X* prurientis *ABC* [29. *om. b.*] 29. quo *P* nec grave *Ph*𝔅 grave sic *b*: gravescit *l*: grave *z* infacetum *XABCGOPchlszφ*: inficetum *reliqui*. 30. codyli *C*: cudyli *P*: condylis *l*𝔅 31. Claudiam si queris *C*𝔅 32. turpiorem *Oxa et marge Gryphii*: tu priorem *libri cum Gruterianis (P) et Scriverianis.*

LXXIX. * Ad Zoilum *TX*: De Zoile estuose *P*. 1. surresti *h*: surrexisti *b*: subtexti *s*: surrexit *XABPφ et pr.G* 2. est *om. TOlμxa* 2. 6. syndysis *zφ* 3. ne] ni *P* 4. E laxam *pr.B*: Et lassam *c* 6. Frigor *T*

LXXX. Ad Severum *X*: De libello suo *P*. 1. vacabit *BCm*: vocabis *wz*: vacabis *reliqui.*

Dones et licet imputes Severe,
Dum nostras legis exigisque nugas.
Durum est perdere ferias: rogamus,
Iacturam patiaris hanc ferasque.
Quod si legeris ipse cum diserto
— Sed numquid sumus improbi? — Secundo,
Plus multo tibi debiturus hic est,
Quam debet domino suo libellus.
Nam securus erit, nec inquieta
Lassi marmora Sisyphi videbit,
Quem censoria cum meo Severo
Docti lima momorderit Secundi.

LXXXI.

Semper pauper eris, si pauper es, Aemiliane.
Dantur opes nulli nunc nisi divitibus.

LXXXII.

Quid promittebas mihi milia, Gaure, ducenta,
Si dare non poteras milia, Gaure, decem?
An potes et non vis? Rogo, non est turpius istud?
I, tibi dispereas, Gaure: pusillus homo es.

LXXXI, 1. eris pauper LXXXII, 4. I, tibi disperdas

---

2. imputet *μ* 3. uostra *X* 5. Iam turam *X et pr.B*: Iucturam *pr.A*: Iam euram *corr.B* hunc patiaris *G* 6. ipse *Om et margo Gryphii*: ipsam *XBCs et corr.G*: istu *P*: ipsa *reliqui.* deserto *Pbsw* 7. scimus *pr.B* serendo *bo*: ferendo *h* 10. Nou *B* 11. Laxi *m*: Lapsi *c* Sysiphi *P* 12. eummeosivero *A* 13. luna *bφ* seouli *s*: secli *bw*

LXXXI. * Ad Aemiliauum *TX*: *in P desunt abhinc tituli.* [*Apponunt Frisingensia et D.*] 1. puuper eris *TXABGP et Frisingensia*: eris puuper *reliqui.* si pauper es *om. pr.B*: si es pauper *s*: tibi uil datur *corr.B* Emiliame *T* 2. Datur *φ* uulli *TXDμκα*: uullis *reliqui.*

LXXXII. * Ad Gaurum *TX*. 3. portes *G* nihil est *l* 4. I tibi *ABCOPμκα*: Si tibi *TXbchlmswzφ𝔛*: Ve tibi, „*al.* Sic tibi" *G* desperas *bchzφ𝔛 et margo Gryphii.* homo est *TG*: eris *sw*: es *bφ* (*om.* homo). I, tibi disperdas *Scaliger*: Dii tibi, dispereas! *Gruterus*: Vae tibi! dispeream, Gaure, *Heinsius*: Tu nisi, dispereum, Gaure, *Idem*.

LXXXIII.

Insequeris, fugio; fugis, insequor; haec mihi mens est:
Velle tuum nolo, Diudyme, nolle volo.

LXXXIV.

Iam tristis nucibus puer relictis
Clamoso revocatur a magistro,
Et blando male proditus fritillo,
Arcana modo raptus e popina,
Aedilem rogat udus aleator.
Saturnalia transiere tota,
Nec munuscula parva, nec minora
Misisti mihi, Galla, quam solebas.
Sane sic abeat meus December.
Scis certe, puto, vestra iam venire
Saturnalia, Martias Kalendas.
Tunc reddam tibi, Galla, quod dedisti.

LXXXIV, 8. quae 10. nostra *margo*.

LXXXIII. * Ad Dindimum *T*: Ad Dyndimum *X*: [*Apponunt Frisingensia.*] 1. (S)i seqneris *φ* et seqnor *T* haec] et *bhs* 2. nollo *φ* Didime *G*: Didyme *szφ*: Dyndime *P*

LXXXIV. Ad Gallam *X*. 2. revocatus *w* 3. perditus *wzφμκα*: protinus *bchl𝔅* fritillos *P* 4. modo] mihi *bch* e] est *P* 5. Aedilum *XAB et pr.G*: Aedilium *corr.G*: Edulum *w*: Edilem dolum *b*: Edulium *C* vidus *X* saleator *pr.B* 6. transire *s* 7. minuscula *pr.B* parca *Heinsius in Ovid. Heroidd. XXI*, 213. 8. quam *XABP𝔄𝔅*: quae *reliqui.* 9. At ne sic *Heinsius.* hic *C* habeat *XABCGPbcl* 10. Scis certe] Suscette *pr.B* nostra *𝔄𝔅*: mea *c* 11. Marcia *P* 12. Tuns reddam *P* dedisti] fecisti *P*. —

FINIT. EX. LIB. VI. INCP. CAPVT. EX. ·VII· ET RELIQUIS. *T*.

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON

LIBER VI.

I.

Sextus mittitur hic tibi libellus,
In primis mihi care Martialis:
Quem si terseris aure diligenti,
Audebit minus anxius tremensque
Magnas Caesaris in manus venire.

II.

Lusus erat sacrae connubia fallere tedae,
Lusus et immeritos execuisse mares.
Utraque tu prohibes, Caesar, populisque futuris
Succurris, nasci quos sine fraude iubes.

Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI.

Apparatus criticus. — *Collati sunt libri iidem qui libro quinto.*

I. Ad Martialem *X*. 1. hic mittitur *G* 2. Imprimis *b* 3. texeris *l* 5. Magni *margo m*

II. * Ad Caesarem *TX*. 1. 2. Ludus *bchmswφ* 1. Luxus *pr.B* serae *P𝔉l.* conubia *XAB*: cunubia *T* falle *T* thedae *TP* 2. etiam merito *XA*: iam merito *B*: erat meritos *C*: Ludusque immeritos *φ*: et inuumeros *𝔉l.* 3. probibe *c* puerisque futuris *margo Gryphii.* 4. quod *T𝔅*

Nec spado iam, nec moechus erit, te praeside, quisquam:
At prius, o mores! et spado moechus erat.

III.

Nascere Dardanio promissum nomen Iulo,
Vera deûm soboles: nascere, magne puer;
Cui pater aeternas post saecula tradat habenas,
Quique regas orbem cum seniore senex.
Ipsa tibi niveo trahet aurea pollice fila
Et totam Phrixi Iulia nebit ovem.

IV.

Censor maxime principumque princeps,
Cum tot iam tibi debeat triumphos,
Tot nascentia templa, tot renata,
Tot spectacula, tot deos, tot urbes:
Plus debet tibi Roma, quod pudica est.

V.

Rustica mercatus multis sum praedia nummis:
Mutua des centum, Caeciliane, rogo.
Nil mihi respondes? Tacitum te dicere credo
„Non reddes:" ideo, Caeciliane, rogo.

IV *ante* III.

---

5. non moechus *C*: moechus (*om.* nec) *c* trepeside *X et pr.B* quisque *X et pr.B* 6. Aut prius *l* omeres *Tb* erit *pr.G*

III. Ad Caesarem *X*. 1. numen *G et codex Iani Gulielmii Verisimm. III*, 22. 3. alternas per saecula *Heinsius.* trudat *b*: trudit *w*: truda *s* 4. senem *b* 5. Ipse *pr.G* tibi invito *b* trahat *l* 6. toto *P*𝔅 Phryxi *O aliique*: *om. X* nevit *h*: nibit *P*: nubit *bcsφ*𝔉*l*.

IV. Ad Caesarem *X*. 1. principiumque *AC et pr.B* 5. Quod plus, *corr.* Hoc plus, *B* tibi] si *w*

V. * Ad Caecilianum *TX*. 1. nummis sum praedia multis *XABCOlφμκα*: sum nummis praedia multis *G*: multis sum praedia (pedica *P*) nummis *reliqui cum* 𝔓*m*. 2. centem *pr.T* roga *pr.B* 3. tacito *T* 4. reddis *pr.A* Caecidiaene *A*

VI.

Comoedi tres sunt, sed amat tua Paula, Luperce,
Quattuor: et κωφὸν Paula πρόσωπον amat.

VII.

Iulia lex populis ex quo, Faustine, renata est
Atque intrare domos iussa Pudicitia est,
Aut minus, aut certe non plus tricesima lux est,
Et nubit decimo iam Telesilla viro.
Quae nubit totiens, non nubit: adultera lege est.
Offendor moecha simpliciore minus.

VIII.

Praecones duo, quattuor tribuni,
Septem causidici, decem poetae
Cuiusdam modo nuptias petebant
A quodam sene. Non moratus ille
Praeconi dedit Eulogo puellam.
Dic, numquid fatue, Severe, fecit?

VII, 1. 2. *omissi.* 4. Thelesina VIII, 1. Practores duo 6. Dignum quid fatuo

---

VI. * Ad Lupereum *TX.* 1. Commedi *XBb* Luperco *XA et pr.B:* Lupercos *ClŨ et corr.G, qui pr. habuisse videtur* Lupercum. 2. cophon — prosopon *AOφμx*: cophon — prosophon *TPbhsw et corr.G*: quophon — prosopon *XBC*: cophon — lupercum *pr.G* Paulo *X*: Paule *P*

VII. * Ad Faustinum *T*: Ad Faustinam *X.* [1. 2. *iam in priore Scriveriana desiderantur, sed lemma in utraque:* De Thelesina ad Faustinum.] 1. ex qua *XABCbw* relata est *XABCbclŨ𝔉𝔚.* Faustina *x* 2. est *om. Oμxa*: Pudicitię *Heinsius.* 3. trigesima *Oblzφ:* tergesima *c* lus est *pr.B* 4. nubet *ABCŨ* Telesilla *XABC:* telis illa *T*: Telesina *vel* Thelesina *reliqui.* 5. lex est *s:* certe est *m* 6. simplicitate *czφ*

VIII. * Ad Severum *TX.* 1. Praecones *T*: Praetores *reliqui.* tribum *T* 3. Cuius iam *T* 4. A quodam a sene *C:* A quondam sene *m et pr.A:* A quodam seno *T* 5. Enlongo *w:* Enlogo *b et pr.h*: en longo *cs*: en lego *l* 6. Die, numquid fatue, Severe, (fatues vere *T*: fatuo Severe *O*) fecit? *TOx et „editio omnium prima" Scriverii*: Digno. ne quid fatue Severe fecit *P, qui* Din nonne quid *scribere voluisse videtur*: Dignum quid fatues (fatuus

IX.

In Pompeiano dormis, Laevine, theatro:
 Et quereris, si te suscitat Oceanus?

X.

Pauca Iovem nuper cum milia forte rogarem,
 „Ille dabit“ dixit „qui mihi templa dedit.“
Templa quidem dedit ille Iovi, sed milia nobis
 Nulla dedit: pudet, ah, pauca rogasse Iovem.
At quam non tetricus, quam nulla nubilus ira,
 Quam placido nostras legerat ore preces!
Talis supplicibus tribuit diademata Dacis
 Et Capitolinas itque reditque vias.
Dic precor, o nostri dic conscia virgo tonantis,
 Si negat hoc vultu, quo solet ergo dare?
Sic ego: sic breviter posita mihi Gorgone Pallas:
 „Quae nondum data sunt, stulte, negata putas?“

XI.

Quod non sit Pylades hoc tempore, non sit Orestes,

X, 4. pudet (heu)

Cmwφμx; fatuis *p et corr.B*) Severe fecit *XABCGmpwφμx*: Dignum quid (qui *bc et pr.h*) fatus (fatum *bs*; faetum *l*; foetum, *corr.* quod facinus, *h*) *bohls*: Dignum quid fatuo, Severe, fecit *λα*

IX. Ad Levinum *X.* [*Om. pr.B, post* X. *habet λφ.*] 2. Oceeanus *GPbh*

X. * De Iove *T*: Ad Iove *X.* [*In P loco versus* 2. *scriptus est VI*, 7, 3. *sed punctis suppositis.*] 2. quae *T* 3. ille dedit *A et pr.B*: ille *om. sφ* semilia *T* 4. pudet ah *lp𝔅*: pudet apauca *T*: pudet heu „*vel* haec“ *G*: pudet pauca *XAP et pr.B* (*corr.* heu): pudet heu 𝔄*m* (*teste Modio; nam Gruterus ex tertio et quarto* pudet et *affert.*) *et codex Turnebi Adversarr. XXV*, 27.: pudet et *CObchswzφμx*: pudeat *λα* pauca] cassa *Heinsius.* 5. Ah quam *φ*: A quam *corr.B*: Atque *XA et pr.B*: Quanquam non tetricus, quanquam nulla *s* tuctricus *A* 7. Tali *m* Dacis] dicis *XACG et pr.B*: dicas *corr.B* 8. idque *pr.A* rediitque *b* 9. nostro *T*: nostro — tonanti *Roius.* 10. neget *G* 11. [*om. b.*] mihi] modo *hmswφ𝔅* Gorgona *z* 12. nundum *T* Quae data nondum sunt *wzφ*: Quae nondum taxata sunt *AB*: Nondum taxata stulte *XCbc et Sirmondus ad Ennod. p.* 93.: Quae nondum sunt stulte *l*: Non data duntaxat *Heinsius.* negare *C*

XI. * Ad Marcum de amicitiis *T*: Ad Marcum *X.* 1. Quod nondum Pylades *z* Pilades *TX* nec sit horestes *chw*: non *om. b*

Digitized by Google

Miraris? Pylades, Marce, bibebat idem.
Nec melior panis turdusve dabatur Orestae,
Sed par atque eadem cena duobus erat.
Tu Lucrina voras, me pascit aquosa Peloris:
Non minus ingenua est et mihi, Marce, gula.
Te Cadmea Tyrus, me pinguis Gallia vestit:
Vis te purpureum, Marce, sagatus amem?
Ut praestem Pyladen, aliquis mihi praestet Orestem.
Hoc non fit verbis, Marce: ut ameris, ama.

XII.

Iurat capillos esse, quos emit, suos
Fabulla: numquid, † Paule, peierat?

XIII.

Quis te Phidiaco formatam, Iulia, caelo,
Vel quis Palladiae non putet artis opus?

XI, 3. rhombus, turdusve dabatur Oresti: 7. Tyros
XII, 2. numquid illa, Paulle, peierat?

---

2. Piladis *pr.A* Mace *T* 3. panis] pavus „*quidam Scripti*“ *Scriverii et margo Gryphii:* rhombus *Scriverii* „*optimus codex*“ *et codex Iani Gulielmii Verisimm. III*, 22.: rombus *corr.G* turdus videbatur *TX et pr.B:* pane turdo videbatur *corr.B* Orestae *TXAB*: Horeste, *corr.* Horesti, *G:* Oresti *reliqui.* 4. caena *T* 5. volas *pr.T* Petoris *B* 6. gyla *X:* gila *A et pr.B* 7. Te] Ne *T* Catmea *XB* Tyrus *Tbc*: Tyros *reliqui.* mea pinguis galla veste *T* piguis *μ* galea *μx* veseit *A* 8. Vix *corr.B* Mariae *T* amen *X et pr.B* [9. 10. *affert D.*] 9. Pyladem *vel* Piladem *TXBbswμx et pr.G*: Piladē *D* Oresten *XABO:* Orestē *φ et pr.B*: horrestē *D* 10. Hoc non fit verbis *om. pr.P:* Hoc non sit verbis *b*: verbis *om. l* Marcis *T:* set *D* amerisame *T*

XII. De Fubulla *X.* 2. Fabula *B* Paulle non quid *l* Paula *corr.G* uumquid Paule peierat (perierat *XABp:* peiurat *C*) *XABCGbchlmswμxα*, *Gruteriani et* „*editio princeps*“ *Scriverii:* uumquid ista Paule peierat *O*: uumquid ipsa Paule peierat *Aldina* 1517.: numquid illa Paule peierat *Gruteri tertius manu secunda:* numquid Paule peierat? uego „*duo codices*“ *Scriverii et corr.x*: uumquid Paule peieraverit *zφ*: uumquid, Paule, numquid peierat *Hugo Grotius Syllog. Epistt. II*, *p.* 384. *Totum Epigramma suspectat Scriverius.*

XIII. Ad Iuliam *X.* 1. Phydiaco *φ* forma tam *μx*: formatum *Xcz:* formavit 𝔉l. 2. putat *𝔐* artai *pr.B*

Candida non tacita respondet imagine Lygdos
Et placido fulget vivus in ore liquor.
Ludit Acidalio, sed non manus aspera, nodo,
Quem rapuit collo, parve Cupido, tuo.
Ut Martis revocetur amor summique tonantis,
A te Iuno petat ceston et ipsa Venus.

XIV.

Versus scribere posse te disertos
Affirmas, Laberi: quid ergo non vis?
Versus scribere qui potest disertos,
Non scribat, Laberi: virum putabo.

XV.

Dum Phaethontea formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem sucina gutta feram.
Sic modo quae fuerat vita contempta manente,
Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

XVI.

Tu qui pene viros terres et falce cinaedos,
Iugera sepositi pauca tuere soli.

XIV, 3. quis potest   XV, 2. succina   XVI, 2. tuere loci.

---

3. tactat *XB*: taeta *ACGl𝔄𝔉l.𝔅* respleudet *l et Heinsius, qui tamen rursus delevit.* 4. decor *𝔓zφλα et margo p: reliqui* liquor *cum 𝔄, aliquot Scriverii, duobus Turnebi Adversarr. XXIII, 28., Gruteri tertio et 𝔅.* 5. Ascidalio *B*: Adeidalio *b*: Audalio *X* nudo *Pcsz*: naudo *b* 7. matris *P* renovetur *𝔓𝔉l.* 8. Inno] uno *P* geston *P*: eestam *G*

XIV. Ad Laberium *X.* [*In b omissis versibus* 2. 3. *conflatum cum XIII.*] 1. te *om.A*: qui *b* dissertos *A*: disertor *pr.B* [3. *om. z.*] 4. Nec *p*: Ni *corr.B* Labere *X*: Laverine *b*

XV. * De formiea sucino inclusa *TX.* 1. Phetontea *XBGbh*: Phaethonte *φ*: Felontea *s* vogatur formiea *pr.AB* 2. sueina *TXAB*: succina *reliqui.* 3. modo] mihi *l* vitam *pr.B* contenta *TO*: comptencta *b* madente *XABCO* 4. nunc] nec *T*: non *φ*

XVI. * Ad Priappum *T*: Ad Priapum *X.* 1. falce viros terres et pene cinaedos *Gronovius.* a falce *G teste Heinsio.* Tui qui *A*: Rura qui *P* poene *T*: penne *P* cyuedos *OP* 2. sepositis *T* soli *T*: loci *reliqui.*

Sic tua non intrent vetuli pomaria fures,
    Sed puer et longis pulchra puella comis.

XVII.

Cinnam, Cinname, te iubes vocari.
Non est hic, rogo, Cinna, barbarismus?
Tu si Furius ante dictus esses,
Fur ista ratione dicereris.

XVIII.

Sancta Salonini terris requiescit Hiberis,
    Qua melior Stygias non videt umbra domos.
Sed lugere nefas: nam qui te, Prisce, reliquit,
    Vivit qua voluit vivere parte magis.

XIX.

Non de vi neque caede, nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abesse furto.
Hoc iudex sibi postulat probari:
Tu Cannas Mithridaticumque bellum
Et periuria Punici furoris

---

4. aut longis XVIII, 1. Iberis.

---

3. Sed *Iunianae.* vetuli] vetuit *P* pomeria *chs* 4. et *TXBCbhmpswꝜ et margo Gryphii:* aut *reliqui.* culta puella *h*

XVII. Ad Cinnamum *X.* 1. Cuinam Cinname *G:* Cinnam o: Cinam *P:* Cinnam Cinme *X:* Cinnam Cinna *s:* Cinnam Cinniane *b* 2. barbarismus Cinna *c* 3. arte Ꝝ dictum *pr.B* 4. diceris *bsz*

XVIII. * Ad Priscum *TX.* 1. Saloninis *Cwzφ et corr.B:* Salamoni *bh:* Salomonis *c* turris *s* Hiberis *TXABGbφ et pr.h:* Hyberis *P:* Iberis *reliqui.* 2. Qua merior Stigias non vidit *T* Stygios *X et pr.B* 3. nephas *P* quae *B:* si *bchmswzφ* 4. quam *A:* qui *s* voluit vivere] vere *s* parce *T*

XIX. * Ad Postumum *T:* Ad Postumum causidicum *X.* 1. Non divi *P* nec caede *cφ* neque venene *Pbsw* 3. abisse *vel* furtum *Heinsius.* futo *T* 4. iudex] iubet *pr.G* postolat *T* 5. Tu Canna uictridaticumque *T* Cinnas *Heinsius.* Mitridatiumque *φ* 6. periura *T* poniei *pr.T*

Et Sullas Mariosque Muciosque
Magna voce sonas manuque tota.
Iam dic, Postume, de tribus capellis.

XX.

Mutua te centum sestertia, Phoebe, rogavi,
Cum mihi dixisses „exigis ergo nihil?“
Inquiris, dubitas, cunctaris meque diebus
Teque decem crucias: iam rogo, Phoebe, nega.

XXI.

Perpetuam Stellae dum iungit Ianthida vati
Laeta Venus, dixit „Plus dare non potui.“
Haec coram domina; sed nequius illud in aurem:
„Tu ne quid pecces exitiose, vide.
Saepe ego lascivum Martem furibunda cecidi,
Legitimos esset cum vagus ante toros.
Sed postquam meus est, nulla me pellice laesit:
Tam frugi Iuno vellet habere Iovem.“
Dixit, et arcano percussit pectora loro.
Plaga iuvat: sed tu iam, dea, parce deo.

XXI, 6. isset 10. dea, caede duos.

---

7. [*om. G.*] Sillas *bh*: Syllas *OPφ* 9. capillis *pr.G*

XX. * Ad Phoebum feneratorem *T*: Ad Foebum *X*. 1. te *om. B*: tercentum *G* Phoebe] forte *h* 3. contaris *Oμκ* 4. Tequidem crucias *T* nego *T teste Heinsio.*

XXI. * De coniunctione Stillae et Chiantide *T*: De Stella *X*. 1. Stillae *T* Ianthida *AP*: Iantida *TCxφ*: Hiantida *Oμκα*: Hianthida *λ*: Iantyda *B*: Lanthida *X et pr.G*: Alanthida *corr.G*: Atlantida *Bononiensis*: Athlantida *bchlsw*𝔉l.𝔅 2. Iaceta *X* Venuis *pr.B*: vetus *G* 3. Hanc *XA et pr.BG*: Hoc *corr.B* dominas *P* nequiaus *P* aure *Tbclpsw et corr.h* 4. Tune quid *pr.G* desidiose *vel* luxuriose *Heinsius*: exitiosa *l et Bononiensis*. vides *l* [5—10. *om. T.*] 5. lascivom *X* marem *X*: matrem *P* 6. Legitimus *A* isset *Heinsius*: errat dum *Idem Adversariis p.* 441. 7. paelice *XA* laedit *C* 8. Iam *ABG* Iuno] nullo *B* vellet] valet *X*: debet *l* Iovem] virum *P*𝔉l. 9. archano *Ph* 10. vivat *P* parce deo *hmpswμκ*𝔄𝔉l.𝔅 *et Bononiensis*: parc deo *XABCGcl*𝔇: patre deo *b*: caede duos *vel* cede duos *OPzφλα*: parce tuo *Heinsius.*

XXII.

Quod nubis, Proculina, concubino,
Et moechum modo, nunc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare possit:
Non nubis, Proculina, sed fateris.

XXIII.

Stare iubes nostrum semper tibi, Lesbia, penem:
Crede mihi, non est mentula, quod digitus.
Tu licet et manibus blandis et vocibus instes,
Te contra facies imperiosa tua est.

XXIV.

Nil lascivius est Charisiano:
Saturnalibus ambulat togatus.

XXV.

Marcelline, boni soboles sincera parentis,
Horrida Parrhasio quem tegit ursa iugo,
Ille vetus pro te patriusque quid optet amicus,
Accipe et haec memori pectore vota tene:
Cauta sit ut virtus, nec te temerarius ardor
In medios enses saevaque tela ferat.

XXIII, 4. Contra te XXV, 3. quod optat

XXII. Ad Proculinam *X*. 1. 4. Proculeiu *czφ* 2. mecum *Gs* modo, nuue] tunc modo *bsw*: tu facis *chlp* 4. futeris *bew et pr.hφ*: futuris *z*

XXIII. * Ad Lesbiam *TX*. 1. semper nostrum *XABCP* pennem *P*: poeucm *T* 4. Te contra facies *margo Gryphii*: E coutra fucies *T*: Coutra te facies *reliqui*. [*In h versus sic se excipiunt*: 1. 4. 3. 2., *in b*: 1. 3. 4. 2.]

XXIV. De Crarisiano *X*. 1. Nihil *s* fucilius, *corr.* lacivius, *G* Chrarisiano *X*: Carisiano *BPbhφμκα*

XXV. * Ad Marcelliuum *TX*. 1. Murcelliui *O* bonae *c* suboles *B* sincere *c*: siutora *X* 2. Pharrasio *T* teget *T*: teuet *margo Gryphii*. ursa *T* ursa iugo] saiuga *pr.A*: ursa iuga *pr.B* 3. quod optet *COs*: quidquid optet *T*: quod optat *Scriverianae*. 4. Accipere *B* hoc *φ* pectora *pr.B* nota 𝔅 5. sicut *b* uecte *O*: ne te *μκα*: uec tu *T* 6. telae *T*

Bella velint Martemque ferum rationis egentes,
Tu potes et patris miles et esse ducis.

XXVI.

Periclitatur capite Sotades noster.
Reum putatis esse Sotadem? non est.
Arrigere desît posse Sotades: lingit.

XXVII.

Bis vicine Nepos — nam tu quoque proxima Florae
Incolis et veteres tu quoque Ficelias —
Est tibi, quae patria signatur imagine vultus,
Testis maternae nata pudicitiae.
Tu tamen annoso nimium ne parce Falerno,
Et potius plenos aere relinque cados.
Sit pia, sit locuples, sed potet filia mustum:
Amphora cum domina nunc nova fiet opus.
Caecuba non solos vindemia nutriat orbos:
Possunt et patres vivere, crede mihi.

---

8. patriae miles et esse decus. XXVII, 8. fiat anus.

---

7. mortemque *T* ferant *G* 8. et patris miles et esse ducis *TXABCGm𝔛*, „*quaedam membranae*" *Scriverii*; *idemque* „*in arcanis bibliothecis*" *invenit Turnebus Adversarr. XXV*, 27.: et patris miles et esse decus *O*: et miles et patris esse decus *sw*: esse ducis „*MS*" *Gruteri* (*non P*) *et* 𝔉l.: et patriae miles et esse decus *reliqui cum* „*editione principe*" *Scriverii*: esse tuus *Beverlandus*.

XXVI. De Sotade *X*. 1. Sotales *s*, *et sic* 2. 3. 2. Reum qui *X et pr.B*: Reum quod *corr.B*: Reum quid *C* Sotaden *Abh* 4. deslit *ABGOblswφ*: desunt *X*: defit 𝔛 posset *X* Sotades noster *pr.B*

XXVII. Ad Nepotem *X*. 1. His *s* proxime *pr.G* 2. Ficetias *AB*: Ficecias *O*: Fitetias, *corr.* Fiteties, *G*: faecetias *XCsw* 3. qui *m* patrii *μκα*: prima *c* signatus *bh* [3. 4. *in A erasi.*] 4. nota *lw*𝔅: vota *s* 5. nec *l* 6. pleno *P* 7. Sic *s*: Et *c* lucuplex *z* et potet *zφ*: et potem *A*: nepotem *B* musium *A* 8. nunc] nec *m*: non *w* fiet opus *XACG*𝔅: fiat opus *Bbchlsw*; fiet anus *Pzφ*: fiat anus *Oμκα* 9. soles *pr.B* orbes *cls*: arbos *C* [*Afferunt versum* 9. *Frisingensia.*]

XXVIII.

Libertus Melioris ille notus,
Tota qui cecidit dolente Roma,
Cari deliciae breves patroni,
Hoc sub marmore Glaucias humatus
Iuncto Flaminiae iacet sepulcro:
Castus moribus, integer pudore,
Velox ingenio, decore felix.
Bis senis modo messibus peractis
Vix unum puer applicabat annum.
Qui fles talia, nil fleas, viator.

XXIX.

Non de plebe domus, nec avarae verna catastae,
Sed domini sancto dignus amore puer,
Munera cum posset nondum sentire patroni,
Glaucia libertus iam Melioris erat.
Moribus hoc formaeque datum: quis blandior illo?
Aut quis Apollineo pulchrior ore fuit?
Immodicis brevis est aetas et rara senectus.
Quidquid amas, cupias non placuisse nimis.

XXX.

Sex sestertia si statim dedisses,

XXVIII, 6. innocens XXIX, 8. ames,

XXVIII. Ad viatorem de Glaocela *X.* 2. Roma dolente *G* 3. deliciaoae *pr.A* 4. Glaocius *bh*: glacies *B* humatis *φ* 5. Flamineac *bhsφx*: Flammiucae *μ*: Flamioae *A*: Flaminea *P* Iuxta Flamioiae iacet sepolchrum *margo Iuntinae Lemairii.* 6. Inoocens λ𝔓𝔉𝔩. 8. mensibus *bchlwφμxa* [*Hunc versum om. P.*] 10 Qui fleos *b*: Ni fles *μx*, *margo Iunii et cum Scriverii „editione principe“ Aldina* 1517. thalia *h*

XXIX. De eodem *X.* [*In P praecedit Epigr. XXX.*] 1. castatae *φ* 3. quom *P* nuodum *s* 4. Glacia *μ*: Glauci *P* 5. datum est *h* 6. Apollinio *bμx*: Apollonio *ẁ* ore magis *c*: Illo fuit *z* [7. 8. *affert D.*] 7. Io modicia *XDO*: Iomodicos *B* est *om. X* 8. ames *BGbhwφ* oimis] mihi *XABC et teste Heinsio G*: tibi *D et Heinsius.*

XXX. Ad Petnm foneratorem *X.*

Cum dixti mihi „Sume, tolle, dono,“
Deberem tibi, Paete, pro ducentis.
At nunc cum dederis diu moratus,
Post septem, puto, vel novem Kalendas,
Vis dicam tibi veriora veris?
Sex sestertia, Paete, perdidisti.

XXXI.

Uxorem, Charideme, tuam scis ipse sinisque
A medico futui: vis sine febre mori.

XXXII.

Cum dubitaret adhuc belli civilis Enyo
Forsitan et posset vincere mollis Otho,
Damnavit multo staturum sanguine Martem
Et fodit certa pectora tota manu.
Sit Cato, dum vivit, sane vel Caesare maior:
Dum moritur, numquid maior Othone fuit?

XXXIII.

Nil miserabilius, Matho, paedicone Sabello
Vidisti, quo nil laetius ante fuit.

XXXII, 4. pectora nuda

---

2. dixisti *C*: dixit *XAB et pr.G* summe *Obμα* tulle *X*: tullo *A*: tollo *s*: tullie *B*: talle *l* 3. sibi *XABG* 4. rogatus *P𝔉l*. 7. Paete *om. b*

XXXI. * Ad Claridemum (Charidemum *X*) *TX*. 1. Charimede *B* senisque *XB* 2. futui] subigi *T et margo Gryphii.* vis sine] visione *XB*

XXXII. * De Othone *T*: Ad Othonem *X*. 1. Dum *Gλ* belli *om. B* civinis *T* senio *XAB*: Eripo *cswz𝔅 et pr.h, corr.l*: Aripo *b et corr.l* 2. et] an *Cbchlmswz* possit *Tbclsw*: posse et *AB* vivere *hpφ* Otho] odio *P* 3. multum *T*: multos *X* staturum *T𝔓*: staturam *z*: multos aturum (multos saturum *X*) *XAB*: saturum iam *GOμsα*: saturatum *Chp𝔄𝔉𝔅*: saturatam *bclsw* artem *T*: matrem *bclswz* 4. Effodit *ABCGbchls𝔅* tota *T*: iuda *X et pr.B*: mula *b*: multa *c*: nuda *reliqui.* [5. 6. *om. T.*] 5. Sic *BCGbcls* sane] Magno („*i. e. Pompeio*“) *Heinsius.* Caesare] Calacre *AB*: Calcacre *X*: Calatre, *corr.* Caltatre, *G*

XXXIII. Ad Mathonem *X*. 2. Vidi *h*

Furta, fugae, mortes servorum, incendia, luctus
Affligunt hominem, iam miser et futuit.

XXXIV.

Basia da nobis, Diadumene, pressa. „Quot“ inquis?
Oceani fluctus me numerare iubes
Et maris Aegaei sparsas per litora conchas
Et quae Cecropio monte vagantur apes,
Quaeque sonant pleno vocesque manusque theatro,
Cum populus subiti Caesaris ora videt.
Nolo quot arguto dedit exorata Catullo
Lesbia: pauca cupit, qui numerare potest.

XXXV.

Septem clepsydras magna tibi voce petenti
Arbiter invitus, Caeciliane, dedit.
At tu multa diu dicis vitreisque tepentem
Ampullis potas semisupinus aquam.
Ut tandem saties vocemque sitimque rogamus,
Iam de clepsydra, Caeciliane, bibas.

XXXIII, 4. tam miser

---

3. fuges *s* mortis *P*: mortes *om. b* luctu *Heinsius.* 4. Affiguut *b* iam *XABCGObchiw et codex Wassii in Sallust. Indic. s. v. Afflictare*: tam *reliqui.* et *om. b* tam miser? Et futuit *Domitius.*

XXXIV. * Ad Diadumenum *TX.* 1. Bassia *T* Diadume *P* spissa *Heinsius Adversariis p. 191., reiectum ab ipso ibid. p. 613.* quod *TAB et pr.G* 2. numetrare *φ* 3. mares *X* sparsa *O* concas *T* 4. Cicropio *Bb*: Cecropia *X* 5. pleue *pr.B* manusque vocesque *pr.B* theatro manusque *A* 6. populis *μ* subditi *κ* 7. quod *TA et pr.BG* Catuio *Gφ*

XXXV. * Ad Caecilianum *T*: Ad Caecilianum causidicum *X.* 1. clepsedras *s*: depsydras *T* tibi] ter *c* petente *XA et pr.B*: petentem *corr.G* 2. Ceiiiiane *G* 3. tumulta *P* ducis *T* 4. Ampollis *P* potis *A et pr.B*: potassem supinus *T* semisopitus *lB* aquas *l* 5. Et tandem *φ* satias *G*: facies *μκ*: facias *α*: saties *vel* sacies *reliqui cum margine Gryphii.* ventremque sitimque *h* 6. [*Apponunt Frisingensia.*] clepsedra *s*: clebsidra *P*: lepsydrā *T*

XXXVI.

Mentula tam magna est, quantus tibi, Papile, nasus,
Ut possis, quotiens arrigis, olfacere.

XXXVII.

Secti podicis usque ad umbilicum
Nullas relliquias habet Charinus,
Et prurit tamen usque ad umbilicum.
O quanta scabie miser laborat!
Culum non habet, est tamen cinaedus.

XXXVIII.

Aspicis, ut parvus, nec adhuc trieteride plena
Regulus auditum laudet et ipse patrem?
Maternosque sinus viso genitore relinquat
Et patrias laudes sentiat esse suas?
Iam clamor centumque viri densumque corona
Vulgus et infanti Iulia tecta placent.
Acris equi suboles magno sic pulvere gaudet,
Sic vitulus molli praelia fronte cupit.
Di, servate, precor, matri sua vota patrique,
Audiat ut natum Regulus, illa duos.

XXXVI, 1. tantus tibi XXXVIII, 5. coronae

XXXVI. * Ad Papilum *TX*. 1. quam magna est *G* quantus (quatus *T*) *TPl*: tam magnus Papile *G*: tantus Papile *b*: tantus tibi Papile *reliqui*. Papule *b*: Pāpyle *A*: Paphile *h*: Pamphile *Pls*𝔄 2. arriegs *B*

XXXVII. De Charino *X*. 1. Septi *c* [2. 3. *om. pr.P.*] 2. Nulla *pr.B* reliquias *XAb* Carinus *Oφμκα alii*. 3. purit *pr.B*: plurit *sw* 5. cynedus *P*

XXXVIII. De infante Regulo *X*. 1. ut] et *X* trietyride *XB*: trieride *w*: trientide *h*: triclide *b* plena *om. P*: fretus *Arondellianus*. 2. eruditum *b* laudat *Iunianae*. 3. relinquant *Pb* 5. comptumque *b* corouam *XPb*: densamque corunam *c*: corona *reliqui*. 6. vilia *Pμκ* trita *b*𝔉𝔩. 7. Agris *XA* subolea *XB* magno se *C*: sic magno *s* 8. Sic vultus *h* capit *m* 9. Dii *XABGObhswφμκα*

XXXIX.

Pater ex Marulla, Cinna, factus es septem
Non liberorum: namque nec tuus quisquam,
Nec est amici filiusve vicini,
Sed in grabatis tegetibusque concepti
Materna produnt capitibus suis furta.
Hic, qui retorto crine Maurus incedit,
Sobolem fatetur esse se coci Santrae.
At ille sima nare, turgidis labris,
Ipsa est imago Pannici palaestritae.
Pistoris esse tertium quis ignorat,
Quicunque lippum novit et videt Damam?
Quartus cinaeda fronte, candido vultu,
Ex concubino natus est tibi Lygdo:
Percide si vis, filium: nefas non est.
Hunc vero acuto capite et auribus longis,
Quae sic moventur, ut solent asellorum,
Quis morionis filium neget Cyrtae?

XXXIX, 17. Cyrthae?

XXXIX. Ad Cinnam de uxore moecha *X*. 1. Mater *pr.G* Marullam *A*: Maricumalla *s*: Mariciunalla *w* Cinna *om. bcsw* est *ABCGlμ* factus es Cinna *h* 2. lcrorum *pr.B* quisque *b* 3. filius qui vicini *P*: filius nec vicini *lp*𝔅 4. in *om. l* grabattia *A* tegitibusque *P* in tegetibus grabatibusque *c* concepit *XABCG*: contempti *l* 6. incedit *om. C* 7. subolem *AB* esse se coci Santrae *Scriverius, qui postea ex Iano Dousa accepit „sic diserte legi in quodam codice Roelandii Antwerpiani.“ Idem in margine libri sui annotaverat Scaliger.*: esse se cogi santrae *G*: esse se cogis antre *P*: esse se cosigrantae (consigrantae *s*) *sμκα*: esse cogis antrae *XABC*: esse cogisandre *O et „quaedam membranae“ Scriverii*: esse cogigrante *l*: esse cogiantre *h*: esse cosigrante *w*𝔅 *et „quaedam membranae“ Scriverii*: esse consigrante *c*: esse cefigrante *b*: esse cosigranitae *zφ* 8. illi *B* simia *b* si manare *BP*: simanere *X*: summa nare *sw* turgidus *c*: tragidis *l* 9. [*om. s.*] Pannichi *XABCbchlz*𝔅 palaestitae *φ* 10. Pictoris *Bb* 11. lupum *s*𝔅 norit *φ* vidit *Pz* Dammam *μκα*: Damiam *b*: clamat *B*: videt, Damae? *Roius.* 12. cyneda *P*: cinneda *X* candide *X* 14. Praecide *AOclμκα* 15. Huc *sw* vero] non *w* acuti *pr.G*: cauto 𝔅 auribus] naribus *l* 16. noventur *pr.B* sulet *c* 17. Qui *X* filiam *behz* negat *ABOPhlpswz* Cyrtae *A*: Cirtae *XBG*: Cyrthe *O*: Cyrrhae *Csw*: Gyrte *P*: Girtae *bolzφ*: Gyrthee *pμκα*: Girre *h*

Duae sorores, illa nigra et haec rufa,
Croti choraulae vilicique sunt Carpi.
Iamque hybridarum grex tibi foret plenus,
Si spado Coresus Dindymusque non esset.

XL.

Femina praeferri potuit tibi nulla, Lycori:
Praeferri Glycerae femina nulla potest.
Haec erit hoc quod tu: tu non potes esse quod haec est.
Tempora quid faciunt! hanc volo, te volui.

XLI.

Qui recitat lana fauces et colla revinctus,
Hic se posse loqui, posse tacere negat.

XLII.

Etrusci nisi thermulis lavaris,

---

18. ruffa *φ*: rusa *b*: russa *l* 19. Chroti *P*: Crotio *b*: Crod *A*: Scrotl *Heinsius.* coraule *Pbh* vilique *ABC*: vilisque *G*: iulique *X et margo G* carpsi *l* 20. Iamque (Iam *p*) hybridarum *λα et margo p*: Iamque luhridarum *μκ*: Iam niubi (ubi *B*) da pruit *XABG*, *ut* ibridarum *voluisse videantur, de qua scriptura vid. Schneider. in Varron. R. R. II*, 2. *p.*411.: Iam niohularum *O*: Iam mohidarum *𝔉*: Iam Niohldarum *Pp et „alii codices" Domitii*: Iam tremularum *C*: Iam vernularum (vernullarum *φ*) *bchlwzφ𝔅 et bodleianus*: Iam vernulorum *s*: Iamque Ombridarum *Beverlandus.* 21. Choresus *Pmφ*: Coraeusus *A*: Choraeusus *X*: Chorensus *B et teste Grutero 𝔓*: Corensus *Clμκα et var. lect. G*: Corenlus *bch*: Chorcdus *𝔉l.*: Coraucusus *G* Dyndimusque *AP*: Didymusque *hzφ*: Didymus usque *O*: Dindymus (*om.* que) *l* essent *c*

XL. * Ad Ligorin anum ex formonsa *T*: Ad Lychorin *X*. 1. potuit *om. T* Lycoris *Pbh* 2. Glicerae *TX* 3. Haec erit ergo quod tu *h* tu non] non *GPbclsμκ*: sed non *C𝔅*: nam non *m* quod haec est] quod haec *XA*: quid haec est *l*: quod (quid *c*) hoc est *bc* 4. quid] quo *T*: sic *l* faciant *pr.h* hanc volui te volo *b*

XLI. De eo qui colla lana contegebat *X*. 1. Quid *X* lana *om. X*: lauro *bchszφ𝔅 et Arondellianus Gronovii Syllog. Epistt. III, p.* 7. faces *s* et collare (*om.* vinctus) *X*: et tempora vinctus (vincta *bodleianus*: victus *p*) *bchmswφ𝔅*, *bodleianus*, *pr.p et Arondellianus*: et tempora lauro *l*

XLII. Ad Oppianum *X*. 1. Etrusci nisi] Etrusciais in *B*: Etruscis nisi *bchlmswz*: (H)Etruscis nisi *φ*: Etruaci me *C* thermulus *Pw*: terminis *pr.G* laveris *Obchlswμκα*: lavaris *reliqui cum 𝔄𝔓*.

Illotus morieris, Oppiane.
Nullae sic tibi blandientur undae,
Nec fontes Aponi rudes puellis,
Non mollis Sinuessa fervidique
Fluctus Passeris aut superbus Anxur,
Non Phoebi vada principesque Baiae.
Nusquam tam nitidum vacat serenum:
Lux ipsa est ibi longior, diesque
Nullo tardius a loco recedit.
Illic Taygeti virent metalla
Et certant vario decore saxa,
Quae Phryx et Libys altius cecidit;
Siccos pinguis onyx anhelat aestus
Et flamma tenui calent ophitae.
Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore
Cruda Virgine Marciaque mergi;
Quae tam candida, tam serena lucet,
Ut nullas ibi suspiceris undas
Et credas vacuam nitere Lygdon.
Non attendis, et aure me supina

XLII, 18. Martiave

---

2. Illutus *z* moveris, *corr.* moreris, *G* Opiane *bhφ*: Oppiliane *s* 4. Apponi *bμ* 5. molli *pr.B* Sinuesa *Oμx*: Sinnexa *b* 6. Fructus *b* asseris *Pzφ* 7. Focbi *X* principique *XABGl*: principisve 𝔅 8. Tam non quam *l* vadat *pr.G*: micat *Pμxaλ*: vacat *reliqui cum „nonnullis MSS. et editione principe" Scriverii. Gruteri reliqui quoque libri praeter marg. m, qui habebat* vagat *vel* vaeat, *videntur* micat *tenuisse.* 9. tibi *Cbclsw et pr.h* [10. 14. 11. 12. 13. 15. collocant (*X?*) *ABCGOclswμxa*: 10. 12. 13. 14. 11. 15. *bh*: *nostrum ordinem tenent cum reliquis* 𝔓*m et φ, de qua falsum est et hic et paene ubique testimonium Lemairii.*] 10. recedit] credit *x* 11. Taugeti *XABG*: Taieti 𝔅: Taieri *b* vigent *Obhlmswzφ*𝔅 12. Et cretam *bo*: Et cretum *s* decora *w* 13. Frix *Pb* Lybis *XO*: Lybus *P*: Libius *b* alcius *XA*: varius *pr.G*: asciis *vel* aut Ligur *Heinsius.* recidit *λ* 14. anelat *Gb* 15. ophytae *P*: epbitae *s* [16. 17. 18. *obelo fixit Scaliger.*] 16. placeat *Gh*: placant *s* 17. Conteptus *C*: Conteetus *XB*: Concepto *m* 18. Martiave *Pzμxa*𝔉𝔩. 19. lucent *c* 20. sibi *bc et pr.h*: ubi *l* suspiceres *G* 22. set *l*

Iam dudum quasi negligenter audis.
Illotus morieris, Oppiane.

XLIII.

Dum tibi felices indulgent, Castrice, Baiae
  Canaque sulphureis nympha natatur aquis,
Me Nomentani confirmant otia ruris
  Et casa iugeribus non onerosa suis.
Hoc mihi Baiani soles mollisque Lucrinus,
  Hoc mihi sunt vestrae, Castrice, divitiae.
Quondum laudatas quocunque libebat ad undas
  Currere, nec longas pertimuisse vias,
Nunc urbis vicina iuvant facilesque recessus,
  Et satis est, pigro si licet esse mihi.

XLIV.

Festive credis te, Calliodore, iocari
  Et solum multo permaduisse sale.

XLIII, 2. sulfureis 5. Hic mihi 6. Hic vestrae mihi sunt 9. urbi XLIV, 2. Te solum

---

* 23. quasi] quas *φ* neglegenter *XAB*: neggligenter *G* 24. Opinne *hφ*: Opiana *b*: *om. C*

XLIII. * Ad Castricum *TX*. 1. Cum *G*𝔅 Dum tibi se faciles *coniectura Heinsii ab ipso improbata.* 2. sulphoris *T* nympha] unda *Tbchlszφ*𝔅 invatur *margo Iuntinae Lemairii.* 3. Nomentnni *T* ruri *b* 4. eassa *T* operosa *pr.h*: onerata *c* 5. Hoc *TXABOPbchlmswφλ*𝔅: Hic *reliqui.* Baiam *O*: Boiani *b* mollesque *A et pr.G*: molesque *XB* 6. [*om. b.*] Hoc *TXABCOPchmswφ et pr.G*: Hee *pr.l*: Hic *reliqui.* mihi sunt vestrae *T*: mihi nostrae sunt *h*: nostrae mihi sunt *clφ et Gryphianae*: vestrae (vestae *AB et pr.G*) mihi sunt *reliqui*: „Hic vestrae mihi sunt] *Ne quis dubitet de hac lectione, norit depromtam ex penu codicis Palat. Visebatur item in tert. a manu prima, in quart. a secunda.*“ *Gruterus. At P* Hoc vestrae mihi sunt. *Nempe Gruterus dum* vestrae *exagitat, alterum neglexit.* o astrice *corr.B* divitias *pr.A*: deliciae *Heinsius.* 7. Quodam *P* laudatus *Pμ et pr.x* quacunque 𝔄 libabat *T*: bibebat *X* 8. ne *s* pertimuus sevias *T* 9. Hunc *μ* urbis *TPφ*𝔉l.: verbi *A*: urbe *G*: urbi *reliqui.* iubant *T*: iuant *b* facilisque *Heinsius.* 10. pigro et licet *T*: pigro scilicet *b*

XLIV. * Ad Calliodorum *TX*. [*Omittit w, versus* 1. 2. 3. 4. *apponunt Frisingensia.*] 1. Caliodore *T*: Galliodore *B* locari *A*: vocari *T* 2. molto *pr.T* multo solum *e* salo *l*: sat est *XABC et pr.G*

Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes;
Sic te convivam posse placere putas.
At si ego non belle, sed vere dixero quiddam,
Nemo propinabit, Calliodore, tibi.

XLV.

Lusistis, satis est: lascivi nubite cunni:
Permissa est nobis non nisi casta Venus.
Haec est casta Venus? nubit Laetoria Lygdo:
Turpior uxor erit, quam modo moecha fuit.

XLVI.

Vapulat assidue veneti quadriga flagello,
Nec currit: magnam rem, Catiane, facis.

XLVII.

Nympha, mei Stellae quae fonte domestica puro
Laberis et domini gemmea tecta subis,

XLV, 2. vobis 3. nubet XLVI, 1. assiduo 2. facit. XLVII, 1. meo Stellae

---

3. adrides *TA et corr.G*: adriadea *pr.G* dietaria ducis *T* in *om. P* omnis *XA* 4. Si *BP* 5. At si] Ast *C* ergo *T* velle *XA et pr.B*: vellem *C et pr.G*: At si ego nune vellem tibi vere dicere quiddam 𝔛 quidam *Oφ*: quidnam *P* 6. propinavit *T*: propinnabit *A* Callidiore *φ*

XLV. * Deletoria nubente adultoro suo ligdo *T*: Ad eundem *X*. [1. 2. *om. T.*] 1. Lusisti *XACG et pr.B* nubite] ludite *l* 2. Promissa *s* vobis *Ohzφμxα* 3. Laetoria *TXABCG*: Lictoria *l*: Lectoria *reliqui.* 4. Turpior *Tcszφλμxα*: Turpius *reliqui cum P𝔇.* quam mo quam modo moeca fuit *T*

XLVI. * Ad Catianum *TX.* 1. Vapulat *T*: Vapulit *pr.A* assidua *BCG*: adsidue *T*: adsiduae *XA*: assiduo *reliqui.* quadrigia *b* flagella *T* 2. Non *G* magnam rem] magnarum *P* Catiena *xφ et pr.B*: Catione *X* facia *bhmszφ𝔅 et teste Heinsio T*: Catiane facis *om. P*: facit *reliqui.*

XLVII. * Ad Nympham *TX.* 1. Nympha mei Stellae *OPzφμxα*: Nymphamet Stelle *XAB*: Nympham eistillae *T*: Nimphani et Stellae *G*: Nympha meae Stellae *C*: Nympha meo Stellae 𝔛: Nympha citellanae *sw*: Nympha atellanae (atelanae *cl*) *bcl𝔉𝔅*: Lympha atellane (*corr.* mei Stellae) *h* quae] quia *Gryphianae*: stellaeve *corr.B* domistica *T*: domestico *XA et pr.B* pura *pr.G* 2. Lavaria *T* geminea *φ*: gemma *b*

Sive Numae coniux Triviae te misit ab antris,
Sive Camenarum de grege nona venis:
Exsolvit votis hac se tibi virgine porca
Marcus, furtivam quod bibit aeger aquam.
Tu contenta meo iam crimine gaudia fontis
Da secura tui: sit mihi sana sitis.

XLVIII.

Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata,
Non tu, Pomponi, cena diserta tua est.

XLIX.

Non sum de fragili dolatus ulmo,
Nec quae stat rigida supina vena,
De ligno mihi quolibet columna est,
Sed viva generata de cupressu:
Quae nec saecula centies peracta,
Nec longae cariem timet senectae.
Hanc tu, quisquis es, o malus, timeto.

---

3. ab antro;   XLIX, 4. cupresso:

---

3. coniunx *TAGOPh*   Triviae *XCOμκα et corr.B*: Tribiae *TA et pr.B*: Trive *P*: Trebiae *bchlswzφ*𝔅: Tibie, *corr.* Tinie, *G*   misit] nupsit *c*   ab antris *TP*: ab antro *pzα*: aldanna *X*: ab anna (ana *pr.B*) *ABG* „*MSS*" *Turnebi Adversarr. XXIII*, 27., „*antiquus codex*" *Domitii*, „*vetus liber Petri Divaei*" *apud Carrionem Antiq. Lectt. I*, 1. *et* „*unus*" *Scriverii*: ab anno *w*: ab amne *CObchlmsφμκ*, *palatinus alter* „*quidam*" *Scriverii*, *et* 𝔉l.𝔅: ad annam 𝔄 *et* „*quidam*" *Scriverii*: Tyria te misit ab Anna *Rutgersius et Heinsius in Ovid. Fastt. III*, 675.   4. nova *OPsφμκ*   venus *P*   5. ac se *cl*: hac si *w*: hac te *μκ*   porta *p*   6. vivit *P*   7. meo iam crimine *TPpzφμκα*: meo lacrime *XA*: meo lacrine *G*: meo lacrine (*corr.* lacrini) *B*: meo iam carmine *margo p*: modo lachrimatu *Ow*: meo lacrimantia *ls*: modo lacrimantia *ch*𝔉𝔅: modo lacrȳanta *b*: modo lacrimarum *C*   montis *c*   8. De *bsφ*   satis *A*

XLVIII. * Ad Ponponium *T*: Ad Pomponium *X*.   2. tua est] fuit *pr.G*

XLIX. De se *X*.   2. sopina *b*   venena *X*   4. cupressu *P*: cupresso *reliqui.*   5. nec *om. B*   centies secula *φ*   centiens *P*   6. longe *μκα*: longa *XA et pr.B*: longam *O*   cariae *c*: carine *φ*: cane *b*   senecta *O*   7. tu] si *O*

Nam si vel minimos manu rapaci
Hoc de palmite laeseris racemos,
Nascetur, licet hoc velis negare,
Inserta tibi ficus a cupressu.

L.

Cum coleret puros pauper Telesinus amicos,
Errabat gelida sordidus in togula.
Obscenos ex quo coepit curare cinaedos,
Argentum, mensas, praedia solus emit.
Vis fieri dives, Bithynice, conscius esto.
Nil tibi vel minimum basia pura dabunt.

LI.

Quod convivaris sine me tam saepe, Luperce,
Inveni, noceam qua ratione tibi.
Irascor, licet usque voces mittasque rogesque.
„Quid facies?“ inquis. Quid faciam? veniam.

---

11. a cupresso. L, 1. amores, 3. postquam coepit

---

8. [8. 10. 9. 11. *confusi in bs.*] Nam] Haec *margo Iuntinae Lemairii.* si vel] simul *bc*: si tibi *w* manus *G* 9. legeris *Heinsius in Ovidii Art. Am. III,* 703. 10. Nascitur *P*: Radetur *bcs* 11. ficus] faciem *bc* a cupressu (*Gruterus* a cupresso *ex* 𝔓 *affert*) *Pmz*: a cupresso *φ*: incupressa *b*: in cupresso *reliqui*: e cupressu *Heinsius.*

L. * Ad Bithicum optimae vitae hominem *T*: De Thelesimo ad Bythynicum *X.* 1. Con *pr.B* pueros *Pbc* amicos] amores 𝔓, *de quo valde dubito, cum nihil ex P enotatum sit diversitatis.* 2. Errat *P* sordibus *B*: torridus *z* togola *T* 3. ex quo coepit *Beverlandus*: ex cocepit *T*: coepit (*om.* ex quo) *XP et pr.AB*: coepit coepit *bkmswφ et corr.A*: coepit postquam *C et margo h*: Sed postquam coepit *corr.B*: postquam coepit *reliqui.* coepit] tulit coepit *pr.z* curare] servare 𝔛 *et pr.G*: amare 𝔓 4. messas *G*: mensa *X et pr.B* [5. 6. *apponit D.*] 5. dives] debes *P* Bythynice *X*: Bithinicae *T*: Bietinice *b* 6. vel] ut *B* bassia *T* pura] sola *cxφ* dabit *pr.B*

LI. * Ad Lupercum *TX.* 3. Irascar *Ozμna* 4. inquid *T*: inquit *XABG*

LII.

Hoc iacet in tumulo raptus puerilibus annis
Pantagathus, domini cura dolorque sui,
Vix tangente vagos ferro resecare capillos
Doctus et hirsutas excoluisse genas.
Sis licet, ut debes, tellus, placata levisque:
Artificis levior non potes esse manu.

LIII.

Lotus nobiscum est, hilaris cenavit, et idem
Inventus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitae mortis causam, Faustine, requiris?
In somnis medicum viderat Hermocratem.

LIV.

Tantos et tantas si dicere Sextilianum,
Aule, vetes, iunget vix tria verba miser.
„Quid sibi vult?“ inquis. Dicam, quid suspicer esse:
Tantos et tantas Sextilianus amat.

LV.

Quod semper casiaque cinnamoque
Et nido niger alitis superbae

LII. * De Phatagato puero mortuo *T*: De Pantagatho puero mortuo *X*. [*Ex codice miseello Gothano carmen profert Fr. Duebnerus in Iahnii Annall. Philoll.* 1828, *VIII*, 3. *p.* 315.] 1. ruptus *s* pueribus *T* amnis *b* 2. Pantagatus *PTb*: Partagetus *s* laborque *pr.G* 3. vagus *b et pr.B*: vagas *A* 4. Doctus *s* hyrsutas *XB* genas] comas *pr.h* 5. licet ut debes *TGYZl.*, *tres Scriverii et margo Gryphii*: licet videbis *XAB et „alii codices“ Scriverii*: licet indebitis *l*: licet usque sibi *h*: licet inde sibi *Cbcpswz φμxα et Gothanus*: licet inde illi *Om*: licet imposito *X et „libri quotquot vidit“ Christoph. Colerus Cur. Iuvenill. III*, 3. stellus *B* paeata *Heinsius*. 6. Artifici *Heinsius*.

LIII. * Ad Faustinum *TX*. 1. Potus *p* est *om. P* 2. Andrsgorus *B* 3. causas mortis *chz*: mortis *om. b* 4. vidit *z* Hermoeraten *XAP*: Hermeeratem *B*: Ermograntem *T*

LIV. De Sextiliane *X*. 1. diciere *b*: dixere *φ* 2. iuget *φ* 3. quid suspicer: esse *interpungit Gruterus*.

LV. Ad Corneinam *X*. 1. cassiaque *BO*: casiaque est *h*: casia (*om.* que) *μx* cinamomoque *s*

Fragras plumbea Nicerotiana,
Rides nos, Coracine, nil olentes:
Malo, quam bene olere, nil olere.

LVI.

Quod tibi crura rigent setis et pectora villis,
Verba putas famae te, Charideme, dare.
Extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto
Teque pilare tuas testificare nates.
„Quae ratio est?“ inquis; scis multos dicere multa.
Fac paedicari te, Charideme, putent.

LVII.

Mentiris fictos unguento, Phoebe, capillos
Et tegitur pictis sordida calva comis.
Tonsorem capiti non est adhibere necesse:
Radere te melius spongia, Phoebe, potest.

LVIII.

Cernere Parrhasios dum te iuvat, Aule, triones
Cominus et Getici sidera ferre poli,

LVII, 3. necessum: LVIII, 2. sidera pigra poli,

3. Fraglas *XAC*: Flagras *BPbelswzφ et pr.G* plumea *X et var. lect. G* Niceroniana *bchlmwzφμκα*: Niceromana *s*: in ceroeiana *O*: Nicerotiana *vel* Nicerociana *reliqui cum* 𝔛𝔓λ *et corr.h* 4. Coricine *corr.P* 4. 5. nihil *bsw*

LVI. * Ad Charidemum *TX.* 1. riget *s* seetis *s*: sectis *l* et in pectora *T* vilis *φ* nec pectora vellis *Heinsius.* 2. thecarideme *X*: thevarideme *pr.B*: de Charideme *φ*: et Charideme *sw* Carideme *T*: Charidame *b* 3. Exstirpe *A*: Exstirpes *XG* pylos *X*: piles *B* 4. Aeque *T* natis *X et pr.A* 5. Qua ratione *bchlmpswz* linquis *XABC* scis multos] fas multis *l* discere *b* multa] multis *XAB*𝔛, *pr.G et codices Turnebi Adversariis XXVI*, 27.: multi *C* 6. putant *Bl*

LVII. * Ad Phebum (Foebum *X*) tegentem (tegetem *T*) calvam capillis *TX.* 1. fictis *XABpz*: factos *T*: tactos *Heinsius in Ovid. Fastt. IV*, 740.: tinctos *margo Iuntinae Lemairii.* unguento] ungendo *bchswzφ*: tingendo *m* Phoebe] saepe *c* 2. cana *c* 3. adhiberi *P* necessum *sμκα* 4. spongea *TAB et pr.G*: sphongea *X* potes *l*

LVIII. Ad Aulum *X.* 1. Parrasio cum *P* 2. Comminus

O quam paene tibi Stygias ego raptus ad undas
Elysiae vidi nubila fusca plagae!
Quamvis lassa tuos quaerebant lumina vultus
Atque erat in gelido plurimus ore Pudens.
Si mihi lanificae ducunt non pulla sorores
Stamina nec surdos vox habet ista deos,
Sospite me sospes Latias reveheris ad urbes
Et referes pili praemia clarus eques.

LIX.

Et dolet et queritur, sibi non contingere frigus
Propter sexcentas Baccara gausapinas,
Optat et obscuras luces ventosque nivesque,
Odit et hibernos, si tepuere, dies.
Quid fecere mali nostrae tibi, saeve, lacernae,
Tollere de scapulis quas levis aura potest?
Quanto simplicius, quanto est humanius illud,
Mense vel Augusto sumere gausapinas?

LX.

Rem factam Pompullus habet, Faustine: legetur
Et nomen tota sparget in orbe suum.

---

10. magnus eques. LX, 1. Pompillus

Xφμκα et Getici *z*𝔛𝔓𝔅: es eetlei *AG:* es eetlti *X*: estetici, *corr.* et eelsi, *B*: et Seythlel *Chlmφμκα*: et sitiel *c*: est seiti *b:* et Seythia *Osw* sidera] frigora *m* ferre] pigra *λ*𝔓𝔅. *Confer IX*, 46, 1. 2. *Post hoc distichum Scaliger reponebat Epigr. LX*, 3. 4. 3. tibi peue *X* 4. vieti *pr.B* aubila] ,, *al.* papula " *G* fusea] tesqua *Heinsius Adversariis* p. 26.: furva *Roius*, *qui ipse attulisset Ovid. Metam. V*, 286. 5. lapsa *bhmswzφ*𝔅 6. prudens *A*: pador *OPbchlswzφ*𝔅 *et corr.B*: dolor *μκ: ex λ correxit α.* 7. Sie *s* dacuut *om. s* polla *XAB et var. lect. G*: pula *φ* 8. Stramiua *w* surdor *pr.B* vos *s*: nox *O* 9. hospes *XA*: ospes *pr.B* reveharis *h*: teueris *s* ad uudas *c*: ad oras *bodleianus.* 10. referas *s* pili praemia] philippemia *XA et pr.B*: phileppemia *G*: poli praemia *pr.P* elarus] magnus 𝔓

LIX. De Bacchara *X.* 2. seseeutas *XA* Baechara *Xhφ*: baccata *z*: Baeara *P* causapinas *XP* 3. Obtat *X* luees] hiemes *h* famesque *c* 4. hiberui *corr.B* 5. refeeere *AB* seae 𝔅: sena *c*: saeva *α* 7. homauius *B* illud] ipso illas *pr.l*, *corr.* illas*:* illas 𝔅 8. eausa piuas *P*

LX. * Ad Faustinum *TX.* [*TXABPbhswφ et alii, opinor, LXI. praeponunt.*] 1. Pompullus *TXABCGP*: Pompilus *bhe* Pompillus *reliqui.* 2. uumea *A* spargit *PTc* tuum *l*

Sic leve flavorum valeat genus Usipiorum,
Quisquis et Ausonium non amat imperium.
Ingeniosa tamen Pompulli scripta feruntur:
Sed famae non est hoc, mihi crede, satis.
Quam multi tineas pascunt blattasque diserti,
Et redimunt soli carmina docta coci!
Nescio quid plus est, quod donat saecula chartis:
Victurus Genium debet habere liber.

LXI.

Laudat, amat, cantat nostros mea Roma libellos,
Meque sinus omnis, me manus omnis habet.
Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit.
Hoc volo: nunc nobis carmina nostra placent.

LXII.

Amisit pater unicum Salanus:
Cessas mittere munera, Oppiane?
Heu, crudele nefas malaeque Parcae!
Cuius vulturis hoc erit cadaver?

---

5. Pompilli 9. donet LXI, 2. sinus omnes, LXII, 1. Silanus

---

3. flaverum *T*: flavarum *l* pateat *c* Usupiorum *pr.G*: Visiporum *T*: Usiporum *Pc* 4. et *om. s* Ausonum *XB*: Auxonium *b* 5. Pompulli *TXBCGP*: Pompullia *A*: Pompili *bφ*: Pompilli *reliqui.* acripta scripta *P* 7. pastum *bhsw* blatasque *T*: blactasque *Ohφ*: blatrasque *x*: plattasque *P*: plantasque *bclsw* deserti *P*: dedisti *pr.s* 8. soli] olidi *vel* atolidi *Heinsius in Petron.* p. 350. doeta] dota *P*: nostra *l* coqui *Ózφ*: ioci 𝔅 9. quod plua sit *T* douat *TOhlpφμκα*: donaut *X*(?)*ABCGPbcswz*𝔅: douent *X teste Heinsio.* cbartis saecula donat *l* 10. Victurum *P* aenium *T* debet] babet *B*

LXI. * De iuvido carminum *T*: De aemulo *X*. 2. omues *l et pr. X. Idem coniecit Heinsius, qui et* babent *voluit, et Scriverius. Sed vide Vossium Art. Gramm. II*, 15. *p.* 162. *ed. Halens.* me] mea *A* manus] aluus *m* 3. rubet] subnet *T* 4. vobia *P*

LXII. Ad Oppianum *X*. 1. Admisit *b* Salanus *XABCG*𝔅: Solanus *l*: Silanua *reliqui.* 2. Cellas *G* munera mittere *P* Opiane *Obhφ*: Appiane *Pw*: Apiane *μκα* (*non λ*) 3. Eu *XB* 4. vulteris *z*

LXIII.

Scis te captari, scis hunc qui captat, avarum,
Et scis qui captat, quid, Mariane, velit:
Tu tamen hunc tabulis heredem, stulte, supremis
Scribis et esse tuo vis, furiose, loco.
„Munera magna tamen misit.“ Sed misit in hamo;
Et piscatorem piscis amare potest?
Hiccine deflebit vero tua fata dolore?
Si cupis, ut ploret, des, Mariane, nihil.

LXIV.

Cum sis nec rigida Fabiorum gente creatus,
Nec qualem Curio, dum prandia portat aranti,
Hirsuta peperit deprensa sub ilice coniux:
Sed patris ad speculum tonsi matrisque togatae
Filius et possit sponsam te sponsa vocare:
Emendare meos, quos novit fama, libellos
Et tibi permittis felices carpere nugas:
Has, inquam, nugas, quibus aurem advertere totam
Non aspernantur proceres urbisque forique,
Quas et perpetui dignantur scrinia Sili

LXIV, 3. rubicunda sub ilice 5. sponsam possit

LXIII. * Ad Marianum *TX*. 1. nnac *s* captns *corr.G* 2. cupiat *A et pr.BG*: quid cupiat *corr.B* quid] quod *T* 3. tabolis *T* [5. 6. *apponit D.*] 5. tamen] quidem *Oμκα*: mihi *corr.D*, *antea* tibi *fuisse videtur*: tamen *reliqui cum* 𝔓𝔉l.𝔙 amo *TX* 6. Et] Sic *s et Gruterus, qui puncto interpungit in fine versus.* piscis] pis *T* potes? *Heinsius Adversariis p.* 531. 7. Hicine *TXA et pr.B*: Hiceene *φ*: Sicciae *Heinsius.* deflevit *XABCGb*: defluit *T* tua] mea *α* dolere *μκ* 8. plores *AC et pr.B* nihil] mihi *bc*

LXIV. * Ad eum qui emendare voluit eius carmea *T*: Ad sectorem suum *X*. 1. reguln *s*: regia *P* Faviorum *T* 2. portet *l* 3. repperit *G* deprensa *T*: rubiconda *A*: rubicunda *reliqui.* illice *B*: bilice *b* 4. consi *b* 5. et] ut *Heinsius.* sponsam possit *Oμκα*: sponsum possit 𝔛: possit sponsa *P* 6. fovit *Heinsius.* 7. permittis felicis *P*: felices permittis (permittit *c*) *ex*: promittis felices *l* capere *TBl* 8. inqui *X*: inquis *ABG* quis *T* admittere *exφ* lotam *Heinsius.* 9. aspernentur *h* forisque *XBCO* 10. perpetua *C* dignatur *s* Sicli *bs*: Sidi *w*: Secli, *corr.* Sylli, *h*: Pili *B*

Et repetit totiens facundo Regulus ore,
Quique videt propius magni certamina Circi
Laudat Aventinae vicinus Sura Dianae.
Ipse etiam tanto dominus sub pondere rerum
Non dedignatur bis terque revolvere Caesar.
Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva
Acrius et tenues finxerunt pectus Athenae.
Ne valeam, si non multo sapit altius illud,
Quod cum panticibus laxis et cum pede grandi
Et rubro pulmone vetus nasisque timendum
Omnia crudelis lanius per compita portat.
Audes praeterea, quos nullus noverit, in me
Scribere versiculos miseras et perdere chartas.
At si quid nostrae tibi bilis inusserit ardor,
Vivet et haerebit totaque legetur in urbe,
Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte.
Sed miserere tui, rabido nec perditus ore
Fumantem nasum vivi temptaveris ursi.
Sit placidus licet et lambat digitosque manusque,

---

25. totoque legetur in orbe   28. vivi nasum tentaveris

---

11. reppetit *G* faciundo *s*: facunde *T* 12. Quisque *T* vidit *O* proprius *Bl*: prius *X*: totiens *T* magna *TO* 13. iura 𝔅 *et pr.h* Dionao *B* 14. toto *B* domino *P* 16. mentis] sensus *l* cor] cur *O* Minova *T* 17. et tenuos *T*: etennos *b* finxerunt *T*𝔄, *Gryphianae et Turnebus Adversariis XXV*, 27.: fixeruut *reliqui cum Gruterianis.* 18. Ncc *P*𝔅 sapit] valet 𝔅 acrius *cφ* illud *TXABCGφ*𝔄𝔓: istud *reliqui.*

19. Quid *XABCa et var. lect. G*: Qni *hφ et margo Gryphii.* pantipibus *P* lassis *c*: laxi *P* cumpodo *B*: compede *bhlz*: conpede *φ*: cum pendo *pr.G*: corpore *c* grandi] viucto *pr.h* timendus *P* 20. Et pulmono rubro *w* narique *vel, teste Heinsio,* nasique *T* timondus *oz* 21. lanius] ianuis *XAb* compcta *X*: compite *O* 22. [*om. B.*] quod *Cbchzφ et Heinsio teste T* novit *b*: novorat *T teste Heinsio*: volverit *Heinsius.* 23. vorsiclos *P* miserassot *b*: miscras sed *o* 24. Ant 𝔅 si qui *T*: si quis *P* nostor *P* inuserit *X*: innusorit *l*: invoxerit *bc*𝔉.

25. totaque — urbe *T*: totoque — orbo *reliqui.* logentur *bchmz*

26. ne *zφ* vafra] vasta *bo* 27. tua *B* rabido *OPzφμκα*: arapido *A*: rapto 𝔅: rapido *reliqui*: pavido *Heinsius.* noque *z*: ne *Bbchw* 28. vivi nasum *Pbchmswzφ*: nasum vivit *A*: nasum saevi *Heinsius.* temptaveris *TABP*: tentaveris *reliqui.* 29. [*om. bc.*] et *om. XA et pr.B*: licot lambatquo *corr.B* lambas *X*

Si dolor et bilis, si iusta coegerit ira,
Ursus erit: vacua dentes in pelle fatiges
Et tacitam quaeras, quam possis rodere carnem.

LXV.

„Hexametris epigramma facis“ scio dicere Tuccam.
Tucca, solet fieri, denique, Tucca, licet.
„Sed tamen hoc longum est.“ Solet hoc quoque, Tucca, licetque:
Si breviora probas, disticha sola legas.
Conveniat nobis, ut fas epigrammata longa
Sit transire tibi, scribere, Tucca, mihi.

LXVI.

Famae non nimium bonae puellam,
Quales in media sedent Subura,
Vendebat modo praeco Gellianus.
Parvo cum pretio diu liceret,
Dum puram cupit approbare cunctis,
Attraxit prope se manu negantem
Et bis terque quaterque basiavit.
Quid profecerit osculo, requiris?
Sexcentos modo qui dabat, negavit.

---

30. et iusta *G* 31. Versus *o* vagua *G*: vacuos *Roius.* impelle *Ab* fatiga 𝔛 *et pr.G* 32. taeitam *Thlmps*𝔓, *bodleianus et margo Gryphii*: taeita 𝔉𝔅: taeitus *reliqui.* possi *pr.B* prodere *T*: redere *C*

LXV. * Ad Tuceam *TX.* 1. Exametris *TXBOPbμ* ducere *b*: *om.* *φ* Tuceam] taceam *T* 2. Tuceas *pr.B* 3. est *om. bchswz* hoe *om. T* liccreque *O*: licetre (*sic*) *P*: licere *φμxa*: licetque *reliqui cum margine codicis Io. Ulrici et Gryphii.* 4. breviore *pr.B* distiea *PTb*: disthiea *XB* 5. Conveniant *P*, *Gryphianae et corr.BG* longa] linga *pr.B*: iunga *A* 6. Sic *corr.B*

LXVI. De praecone puellam vendente *X*: De Gelliano praecone spureo *A.* 1. puellae *z* 2. Qualis *P* immedia *b* sedet *φ*: solent *sw* Subura *XGPμ et corr.B*: Suburca *w*: Sibura *A et pr.B*: Suburra *reliqui.* 3. Gallianus *φ* 4. praetio *A*: praedio *pr.G* licerent *Gronovius Observatt. in Scriptt. Eccles. VI, p.* 69. 6. Attrassit *b* manum *P* 7. quaterve *sw* 9. Sexcentos *X* dabiat *A*: dabit *XB* negabit 𝔅 *et var. lect. G*

LXVII.

Cur tantum eunuchos habeat tua Caelia, quaeris,
Pannice? vult futui Caelia, nec parere.

LXVIII.

Flete nefas vestrum, sed toto flete Lucrino,
Naides, et luctus sentiat ipsa Thetis.
Inter Baianas raptus puer occidit undas
Eutychus ille, tuum, Castrice, dulce latus.
Hic tibi curarum socius blandumque levamen,
Hic amor, hic nostri vatis Alexis erat.
Numquid te vitreis nudum lasciva sub undis
Vidit et Alcidae nympha remisit Hylan?
An dea femineum iam negligit Hermaphroditum
Amplexu teneri sollicitata viri?
Quidquid id est, subitae quaecunque est causa rapinae,
Sit, precor, et tellus mitis et unda tibi.

LXIX.

Non miror, quod potat aquam tua Bassa, Catulle:
Miror, quod Bassi filia potet aquam.

LXVII, 1. 2. Gellia LXVIII, 2. Naiades, LXIX, 2. potat

LXVII. * Ad Pannicum (Pannichum *X*) de uxore adultera *TX*. 1. habet *P* tu *B* Caelia *T*: Gelia *P*: Gellia *reliqui.* 2. Panniche *TXBCbez*: Pannyche *A*: Panyce *P* volt *X* futui] sibi *T* Caelia *T*: Gellia *reliqui.* nec *TXABGbchmswXΨ* (*de P nihil notatum*): non *reliqui.* parare *A*

LXVIII. * Ad Castricum de morte *T*: Ad Castricium *X*. 1. nepos *w* fleete *b* Naydes *P*: Naiades *Celszφ*: Nuades *G* sentiet *X* ipse *φ* Tethis *Xφ* 3. occidet *b* 4. Euthychus *A*: Eutichus *TX*: Eutieus *BObh*: Eutycho *P* latus] decus *m et codex Cantabrigiensis Wassii Sallust. Ind. s. v. Latere.* 5. curatum blandiumque *b* 6. vestri *bhs* 7. te] de *C* 8. vivit *XA et pr.B*: iuvit *C*, *corr.B et pr.G*: vidit *corr.G*: fovit *Heinsius.* Aleyde *P* Hylan *TXABCPhw*: hilari *w*: Hylam *reliqui.* 9. neglegit *TXABCPc* Hermophroditum *XACP et corr.B*: Hermoproditum *pr.B*: Ermafroditum *T*: Hermofroditum *bs* 11. quicunque est causa *w*: quaecunque causa *bsz*: quae causa, *corr.* quae sit tibi causa, *B* 12. Sio *s*

LXIX. Ad Catullum *X*. 1. Basso *pr.B* Catullae *XO* 2. Bassis *X*: Basso *ΨB* potet *XABGbepswφ et corr.h*: putet *pr.h*: potat *COPlzμxa*

LXX.

Sexagesima, Marciane, messis
Acta est et, puto, iam secunda Cottae,
Nec se taedia lectuli calentis
Expertum meminit die vel uno.
Ostendit digitum, sed impudicum,
Alconti Dasioque Symmachoque.
At nostri bene computentur anni
Et quantum tetricae tulere febres,
Aut languor gravis, aut mali dolores,
A vita meliore separentur:
Infantes sumus, et senes videmur.
Aetatem Priamique Nestorisque
Longam qui putat esse, Marciane,
Multum decipiturque falliturque.
Non est vivere, sed valere vita est.

LXXI.

Edere lascivos ad Baetica crusmata gestus
    Et Gaditanis ludere docta modis,
Tendere quae tremulum Pelian Hecubaeque maritum
    Posset ad Hectoreos sollicitata rogos,

LXX, 15. vita.   LXXI, 4. sollicitare toros,

LXX. Ad Martianum *X*.   1. Maciane *pr.B*: Matiane *w*: Martiale *bhs*   2. puta *O*   Coctae *Pbh𝔅φ et pr.G*: coactae *s*: „cocce *al.* nocte" *corr.G*   3. te *l*   lecturali *pr.P*   caletis *φ*   4. minuit *bcslw𝔅*   5. sed] vel *l*   6. Algonti *G*: Alconi *Heinsius*. Symma quoque *pr.B*: Summa choque *A*: Simachoque *h*: Simacoque *b*: Synacho *O*   [7—15. *apponit D.*]   7. Et *sw*: Heu *D*   bene] male *D*   computantur *XCDbchlmszφ𝔅*   8. quantas *A*   tretice *b*   9. At *z*: Et *B*   langor *Oμκα*   aut mali] malique *D*   doloris *P*   10. superentur *s*: separantur *Dhm et pr.G*. *An* computantur *et* separantur *voluere?*   13. Matiane *w*: Martiale *bs*   Martiale esse *b*   14. decipitur *pr.D*   15. Non hoc vivere, sed *D*   vita est *XABCDG*: vita *reliqui*.

LXXI. De Telethusa *X*.   1. ad] et *XABCGswμκα*   crusinata *b*   2. Galitanis *XB*   modis comis *c*   3. Paelian *A*: Peliā *Gbφ*: Piliam *pr.h*: Peliae *𝔉*: Pelie *P*   maritum *om. XABG*   4. Posset et ad *X*   adhaec toreos *A*   sollicitata *XABGw𝔄𝔓𝔉*: sollicitare *reliqui*.

Urit et excruciat dominum Telethusa priorem:
Vendidit ancillam, nunc redimet dominam.

LXXII.

Fur notae nimium rapacitatis
Compilare Cilix volebat hortum,
Ingenti sed erat, Fabulle, in horto
Praeter marmoreum nihil Priapum.
Dum non vult vacua manu redire,
Ipsum surripuit Cilix Priapum.

LXXIII.

Non rudis indocta fecit me falce colonus:
Dispensatoris nobile cernis opus.
Nam Caeretani cultor notissimus agri
Hos Hilarus colles et iuga laeta tenet.
Aspice, quam certo videar non ligneus ore
Nec devota focis inguinis arma geram,
Sed mihi perpetua nunquam moritura cupresso
Phidiaca rigeat mentula digna manu.
Vicini, moneo, sanctum celebrate Priapum
Et bis septenis parcite iugeribus.

---

6. redimit LXXIII, 3. ditissimus

---

5. domum *P* Theletusa *B*: Telesina *zφ*: Thelesina *μκα*: Telethusa *cum reliquis* 𝔓*mλ*. 6. nunc] nec *C* redimet *XABCG lω*𝔛𝔅: redimit *reliqui.*

LXXII. Ad Fabullum *X*. 1. Cur *G* notae] nocte *bp* capacitatis *C* 2. Compillare *A* Cilex *X* ortum *Pbh* 3. sederat *P* Fabullae *A* orto *bh* 5. manu vacua *G* 6. calix *B*

LXXIII. De Priapo *X*. 1. Non rhodis *P* indocta] modesta *s* me] male *μκ* 3. Cerretani *b* ditissimus *Pzφ*𝔉𝔩.: gratissimos *O* 4. Nos *φ* Hilatus *b*; hilaris *h et* 𝔉𝔩.: hilares 𝔛: nil harus *A et pr.B*: Nilarus *G*: Hylarus *P* colle *A et pr.B* lecta *c*: lenta *μκ* 5. videat *b* orbe *l* 6. focis] ducis *X* sanguinis *C* gerem *pr.A*: feram *bchlpωφ*: ferum *z* 7. movitura *P* cupressu *scribendum videtur.* 8. Fidiaca *b* rigerat *A*: rideat *B* dignu (*sic*) *O* 9. celebrare *b et corr.B*: celebrati *X* 10. parcete *A*: parcere *ω*: spargite *s*: parere *λB*

LXXIV.

Medio recumbit imus ille qui lecto,
Calvam trifilem semitactus unguento,
Foditque tonsis ora laxa lentiscis,
Mentitur, Aefulane: non habet dentes.

LXXV.

Cum mittis turdumve mihi quadramve placentae,
Sive femur leporis, sive quid his simile est,
Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis.
Has ego non mittam, Pontia, sed nec edam.

LXXVI.

Ille sacri lateris custos Martisque togati,
Credita cui summi castra fuere ducis,
Hic situs est Fuscus. Licet hoc, Fortuna, fateri,
Non timet hostiles iam lapis iste minas.
Grande iugum domita Dacus cervice recepit
Et famulum victrix possidet umbra nemus.

XXXVIII. Ad Polyphemum *X*. 1. nostris *XA et pr.G* Severi] diebus *O*; *om. P* 2. Ut me *κ* posset *corr.z* 3. Sylla *Oh*: Silla *pr.A* minus *μκα*: minor *reliqui cum 𝔄𝔓m.* 4. Iuncxeris *A* timor] minor *Xchlp𝔉𝔅*

XXXIX. De Caelio *X*: De Celero *zφ* 1. Discurrus *G* mane] martem *XACG*: inane *P* 2. faustus *XA*

Cum perferre patique iam negaret,
Coepit fingere Caelius podagram.
Quam dum vult nimis approbare veram
Et sanas linit obligatque plantas
Inceditque gradu laborioso,
— Quantum cura potest et ars doloris! —
Desît fingere Caelius podagram.

XL.

Hic iacet ille senex, Augusta notus in aula,
Pectore non humili passus utrumque deum;
Natorum pietas sanctis quem coniugis umbris
Miscuit: Elysium possidet ambo nemus.
Occidit illa prior viridi fraudata iuventa:
Hic prope ter senas vixit Olympiades.
Sed festinatis raptum tibi credidit annis,
Aspexit lacrimas quisquis, Etrusce, tuas.

XLI.

Cosmicos esse tibi, Semproni Tucca, videris:
Cosmica, Semproni, tam mala, quam bona sunt.

XL, 6. Olympiadas

---

3. preferre *O* 4. Celerius *pr.b*: Celsrus *zφ* 5. volt *pr.A* vult dum *P* 6. sanat *XACG* ligat *l* 9. Desit *Pbhzφλa*: Desiit *reliqui.* Ceterus *zφ*

XL. * Ad Etruscum *TX.* 1. sene *φ* 2. non] in *b* utromque *P*: virumque *A:* utroque *b𝔉𝔅* 3. sanctisque *T*: sanctis quam *XAC* 4. myscuit *X*: coniunxit *pr.G* Elisyum *φ* ambo *libri cum* 𝔛 *et Gruterianis*: umbra *Gryphianae.* 5. franda *T* 6. propter senas *T*: prope terdenas *AGObhmw𝔛:* prope et terdenas *φ* vixit *TX𝔓𝔉 et margo Gryphii*: vivit *AG*: vidit *reliqui.* Olympiades *T*: Olympiadas *reliqui.* 7. Sed festinatis raptum tibi *TObc𝔓:* Sed festinatis raptum sibi *z et corr.m*: Sed festis natum raptum te *XAG:* Sed festinatis raptum te *reliqui.* cecidit *z*

XLI. Ad Tuccam *X.* 1. Cosmicus *G et corr.P* Trucca *w:* Trunca *b*

XLII.

Muneribus cupiat si quis contendere tecum,
Audeat hic etiam, Castrice, carminibus.
Nos tenues in utroque sumus vincique parati:
Inde sopor nobis et placet alta quies.
Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quaeris?
Alcinoo nullum poma dedisse putas?

XLIII.

Primum est, ut praestes, si quid te, Cinna, rogabo:
Illud deinde sequens, ut cito, Cinna, neges.
Diligo praestantem; non odi, Cinna, negantem:
Sed tu nec praestas, nec cito, Cinna, negas.

XLIV.

Maximus ille tuus, Ovidi, Caesonius hic est,
Cuius adhuc vultum vivida cera tenet.
Hunc Nero damnavit: sed tu damnare Neronem
Ausus es et profugi, non tua, fata sequi.
Aequora per Scyllae magnus comes exulis isti,
Qui modo nolueras consulis ire comes.
Si victura meis mandantur nomina chartis
Et fas est cineri me superesse meo:
Audiet hoc praesens venturaque turba, fuisse
Illi te, Senecae quod fuit ille suo.

XLII. * Ad Castricum *T: in XC cum XLI. conflatum est.* 1. si quis *om. b* 2. Audebit etiam *P* 3. in utrosque *s*: intraque *T* vicinique *b*: minimumque *w* 5. dederis *P* 6. Alcinoe *T* putes *bhpwφ*

XLIII. Ad Cinnam *X*. [*Affert D.*] 1. Primo est *XAG* ut] aut *s* te] tibi *z* Cynna *D* rogato *P* 2. aut cito *s*: si cito *𝔄* 3. rogantem *C*

XLIV. Ad Ovidium *X*. 1. Censonius *μ* 2. [*om. φ.*] multum *O* invida *Pbhpsw* cena *b* 3. Hunc vero *Oφ* 4. Ausus et non profugi *P𝔉* facta *𝔉* 5. Sylle *h* manus *P*: magni *Heinsius.* isti] isco *b* 6. Quo *pr.G et in rasura A* volneras *Os et pr.h*: velveras *b* exsulis *pr.G* 7. Sic *XA et pr.G* 8. es *μ* meia *z* 9. Audiat *φ* haec *Oμsa*: hoc *reliqui cum 𝔄𝔓m.* 10. Ilic *A*

XLV.

Facundi Senecae potens amicus,
Caro proximus aut prior Sereno,
Hic est Maximus ille, quem frequenti
Felix littera pagina salutat.
Hunc tu per Siculas secutus undas,
O nullis, Ovidi, tacende linguis,
Sprevisti domini furentis iras.
Miretur Pyladen suum vetustas,
Haesit qui comes exuli parentis.
Quis discrimina comparet duorum?
Haesisti comes exuli Neronis.

XLVI.

Commendare tuum dnm vis mihi carmine munus
    Maeonioque cupis doctius ore loqui,
Excrucias multis pariter me teque diebus,
    Et tua de nostro, Prisce, Thalia tacet.
Divitibus poteris Musas elegosque sonantes
    Mittere: pauperibus munera plena dato.

XLVII.

Doctorum Licini celeberrime Sura virorum,
    Cuius prisca graves lingua reduxit avos,

XLV, 8. Pyladem XLVI, 4. placet. 6. pexa

XLV. Ad eundem *X.* 1. poteus] proximus *b* 2. [*Om. P.*] Claro *hlp*𝔅 4. pagiuae *zφ*: pagi *l* 5. Hunc tu puer *μx*: Huuc puer *l* 6. O uullus *O*: Nullis *h*: Omissis *bsw*: O nulli vis taceude *cum spatio vacuo inter* vis *et* taceude *P* Ovidii *s*: hominum *zφ* diccnte *bsw* 7. fureus *s* 8. Pyladen *G*: Phyladeu *A*: Piladeu *P*: Philadeu *X*: Paladem *w*: Pyladem *reliqui.* 9. quae *P* exulis *P*𝔛 *et pr.G* parenti *Chlwφ* 10. Qui *bh* computet *l*: compararet *C* duorum] ducis *b* 11. [*om. Ps.*] Neroni *bhw*

XLVI. Ad Priscum *X.* 4. Et vade *P* Pisce *Pz* placet *Pλa*: tacet *reliqui cum* 𝔛 *et vetustis libris Turnebi Adversariis XXIV*, 28. 5. eligosque *X* 6. plana 𝔛: p eua (*sic*) *O*: pexa *Pzφλa*: plena *reliqui cum* 𝔅 *et palatino altero*: Prisce *Beverlandus.*

XLVII. Ad Liciuium *X.* 1. Lucini *s* celiberrime *O* Sura 𝔓: sume *z*: summe *reliqui.* 2. gravis *P* reducit *w*

Redderis, heu, quanto fatorum munere! nobis,
    Gustata Lethes paene remissus aqua.
Perdiderant iam vota metum securaque flebat
    Tristitia et lacrimis iamque peractus eras.
Non tulit invidiam taciti regnator Averni
    Et raptas fatis reddidit ipse colus.
Scis igitur, quantas hominum mors falsa querelas
    Moverit, et frueris posteritate tua.
Vive velut rapto fugitivaque gaudia carpe:
    Perdiderit nullum vita reversa diem.

XLVIII.

Cum mensas habeat fere trecentas,
Pro mensis habet Annius ministros:
Transcurrunt gabatae volantque lances.
Has vobis epulas habete, lauti:
Nos offendimur ambulante cena.

XLIX.

Parva suburbani munuscula mittimus horti:
    Faucibus ova tuis, poma, Severe, gulae.

XLVII, 5. 6. flebant Tristia cum lacrimis   8. colos.

---

3. Reddideris *XA*   quanta *A*   fatorum] futurum *Pb*: facetet' *s*   munera *XAC*   4. Cum gustata *behlps*   aquam *XA*   5. metum] modum *pr.G*   flebant *c𝔛 et* „*membranae*" *Scriverii*: flebit *be*   6. Tristia et lacrimis *P*: Tristia cum lacrimis 𝔛 *et* „*membranae*" *Scriverii*: flebant Tristia iam lacrimae *Gronovius*: Tristia; iam Lachesi lamque *vel* Tristitiae, Lachesi iamque *Heinsius Adversariis p.* 464.   paratus *bcszφ*   7. regsatur *O*   8. ruptas *corr.c et Gronovius*: iactas *l*: raptum 𝔛   texuit *Ruhnkenius*.   illa *G*   colus *Pφ*: solus *XAG*: solo 𝔛: colos *reliqui*.   9. mors] modo *s*   saeva *Obsw*   10. Moveris *pr.C*: Moritur *A*: Molitur *X*   11. raptor *OPzφ*   fugitiva (*om.* que) *C*

XLVIII. Ad Annium *X*.   1. habeat] hanc *pr.G*: haberet *bsw*   trecentas *XAGO𝔛𝔓*: ducentas *reliqui*.   2. habeat *hz*   Amnius *b*: Anius *G*   3. gabathae *XA*: gabetē *b*   4. habetl *O*: cavete 𝔓   lauci *A*   5. effundimur *pr.G*

XLIX. Ad Severum *X*.   1. Pauca 𝔓   2. ora *Ct*gylae *X*

L.

Fons dominae, regina loci, quo gaudet Ianthis,
Gloria conspicuae deliciumque domus,
Cum tua tot niveis ornetur ripa ministris
Et Ganymedeo luceat unda choro:
Quid facit Alcides silva sacratus in ista?
Tam vicina tibi cur tenet antra deus?
Numquid Nympharum notos observat amores,
Tam multi pariter ne rapiantur Hylae?

LI.

Mercari nostras si te piget, Urbice, nugas
Et lasciva tamen carmina nosse libet,
Pompeium quaeres — et nosti forsitan — Auctum;
Ultoris prima Martis in aede sedet:
Iure madens varioque togae limatus in usu,
Non lector meus hic, Urbice, sed liber est.
Sic tenet absentes nostros cantatque libellos,
Ut pereat chartis littera nulla meis.
Denique, si vellet, poterat scripsisse videri;
Sed famae mavult ille favere meae.
Hunc licet a decima — neque enim satis ante vacabit —
Sollicites, capiet cenula parva duos.

LI, 3. quaeras 7. absentis 11. nec

L. Do Ianthidae domo *XA*. 1. regina loqui *Pb*: regina celi *s* Iaatis *φ*: Hiantis *Pbh alii*: Hyanthis *O*: Anthis *X*: ovantis *s* 2. deliciaeque *hw* 3. ornentur ribi *X* 4. Ganimedio *X* luceat Ganymedeo *P* unde *X* coro *A*: toro *bhlsw*𝔛 5. facis *pr.G* Alcide *bw*: Alcyde *P* 6. tui *XCObchlsw*: vicina cum tenet, *corr.* cui cur tenet, *G* cum tenet *Cbchlswzφ* deos *AG* 7. notus *X* 8. ne] et *s* Hyles *P*: biles *bw*

LI. Ad Urbicum *X*. 1. sic te *C* 2. nosce *s* licet *b* 3. quaeris *P*𝔷: quaeras *Oμxα* Actum *XC*: Austum *b*: aut non *P* 4. matris *Oμx* 5. limatur *X*: lunatus 𝔅 6. Nec *G* hoc *sw* set *A* 7. absentes *XAGPλ et Arondellianus*: absentis *reliqui.* captatque *z* 8. Ut] Ve *b* 11. Nunc 𝔅 a decima] ad cecum *P* neque *ACGPbhlswzφ*: nec *reliqui.* vacavit *XAC et corr.G*: vocavit *pr.G*: vacabat *hl* 12. Sollicitos *λ*𝔛 coenulla *φ* parvula cena *C*𝔇: cenula parca 𝔛

Ille leget, bibe tu: noles licet, ille sonabit:
Et cum „Iam satis est“ dixeris, ille leget.

LII.

Gratum est, quod Celeri nostros legis, Aucte, libellos,
Si tamen et Celerem quod legis, Aucte, iuvat.
Ille meas gentes et Celtas rexit Hiberos,
Nec fuit in nostro certior orbe fides.
Maior me tanto reverentia turbat, et aures
Non auditoris, iudicis esse puto.

LIII.

Omnia misisti mihi Saturnalibus, Umber,
Munera, contulerant quae tibi quinque dies,
Bis senos triplices et dentiscalpia septem:
His comes accessit spongia, mappa, calix,
Semodiusque fabae cum vimine Picenarum,
Et Laletanae nigra lagona sapae:
Parvaque cum canis venerunt cottana prunis
Et Libycae fici pondere testa gravis.
Vix puto triginta nummorum tota fuisse
Munera, quae grandes octo tulere Syri.

---

13. nolis   LII, 3. Iberos   LIII, 6. lagena   7. coctana

---

13. bibere tu *A*   noles *wφ*: nolles *XACGObchlsμx*: nolis *Pza*   sonabat *l et pr.G*   14. leget *om. X*

LII. * Ad Auctum *TX*.   1. legit *φ et pr.B*: leges *P*   2. Celeri *bszφ*   [3. 4. *om. T.*]   3. Celtes *w*: Celtus *corr.B*   lexi *XABCω*: lesit *s*: legit *G*   Hiberos *XABGsφ*: Hyberos *P*: hibernos *h*: hiberas *b*: Iberos *reliqui*.   4. Hec *φ*   5. tanto *Thmzφ*𝔓𝔉: tanti *Oμxa*: tanta *reliqui cum* 𝔅.   reurentia *O*   6. Non auditores vidices indicis *T*

LIII. Ad Umbrium *X*.   1. Umber] uncti *B*.   2. contulerunt, *corr.* contuleriut, *A*: contulerat *l*   3. dentis calpia *φ*   4. Hiis *G*   spongea *XABG*   5. Semodius fabe cum vimide Picearum *P*   6. lagona *XABP*: lagoena *p*: lagena *reliqui*.   saepe *Xp*: sepse *s*   7. Arvaque *x*: Ravaque *Heinsius*.   cum magnis *B*   cottana *XAB*: coltana *O*: coctana *reliqui*.   pruni *XA*   8. fici *Pμxa*: fice *vel* ficae *XABG*: ficus *cum reliquis* 𝔄m.   10. Syri] sui *XABG*: viri *Cp et pr.h*: mihi *l*

Quanto commodius nullo mihi ferre labore
Argenti potuit pondera quinque puer!

LIV.

Semper mane mihi de me mera somnia narras,
Quae moveant animum sollicitentque meum.
Iam prior ad faecem, sed et haec vindemia venit,
Exorat noctes dum mihi saga tuas.
Consumpsi salsasque molas et turis acervos,
Decrevere greges, dum cadit agna frequens;
Non porcus, non chortis aves, non ova supersunt.
Aut vigila aut dormi, Nasidiene, tibi.

LV.

Nulli munera, Chreste, si remittis,
Nec nobis dederis remiserisque,
Credam te satis esse liberalem.
Sed si reddis Apicio Lupoque
Et Gallo Titioque Caesioque,
Linges non mihi, — nam proba et pusilla est, —
Sed quae de Solymis venit perustis
Damnatam modo mentulam tributis.

LIV, 7. cortis LV, 6. puella est 8. tributi.

---

11. comedius *P* 12. poterit *l*

LIV. * Ad Nasidianum *T*: Ad Nasidianum somnia narrantem *X*. 1. mera] mea *s*: mihi *Pb*: tua *codex Pulmanni*: nova *Roius*. 2. sollicitemque *pr.B* 3. et *om. h* 4. Exoret *z* 5. Consumpsis (Cum sumpsis *XB*) salsaqua *XAB* falsasque *φ* mola *T* turris *A*: turos *X* acerve *b* 6. gregis *pr.B* 7. chortis *XACφ*: chorus *B*: cohoortis *P*: cortis *reliqui*. non nova *P* avis *T* 8. Aut vigilavit *P* Nasidiene *Glzφ*: Nassidiane *h*: Nasidiana *P*: Nasidiane *reliqui*.

LV. Ad Chrestum *X*. 1. Creste *hsμ*: Cresce *zφ*: Chereste *A*: Cheriste *G*: Chrestere *P* si] sein *s* 2. Nec] Et *m* nobis] mihi *hlp* remisserisque *B* 4. Sed non reddis *m*: Sed si eredis *φ* 5. Titioque] utroque *P* Caesieque *XABG𝔛𝔓*: Celioque *COμκ*: Gelioque *bm*: Gellioque *reliqui*. 6. Lingis *𝔓*: Lingueas *l*: Ingens *b*: Lingas *μκα*: Linges *reliqui cum 𝔛 et libris Turnebi Adversariis XXIV*, 28. nam] non *XB* pusilla] puella *𝔓* 8. mentulam] tabulam *B* tributi *Turnebus et Heinsius*: tributis *libri*, *quod et in P extat*, *quem Gruterus* tributi *habere dixit*.

LVI.

Astra polumque pia percepsti mente, Rabiri,
Parrhasiam mira qui struis arte domum.
Phidiaco si digna Iovi dare templa paravit,
Has petat a nostro Pisa tonante manus.

LVII.

Castora de Polluce Gabinia fecit Achillam:
Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.

LVIII.

Iam sex aut septem nupsisti, Galla, cinaedis,
Dum coma te nimium pexaque barba iuvat.
Deinde experta latus madidoque simillima loro
Inguina, nec lassa stare coacta manu,
Deseris imbelles thalamos mollemque maritum
Rursus et in similes decidis usque toros.
Quaere aliquem Curios semper Fabiosque loquentem,
Hirsutum et dura rusticitate trucem.
Invenies: sed habet tristis quoque turba cinaedos:
Difficile est, vero nubere, Galla, viro.

LVI, 3. parabit,

LVI. Ad Rabirium *X*. 1. polumque pia percepsti *Scriverius*: polumque pia percepisti „*V.C.*" *Scriverii*: polum quae („*al.*" qua) praecepisti *G*: polumque percepisti (percipisti *B*) *XAB*: polamque tua cepisti *μκα*: polumque pia cepisti *vel* coepisti *reliqui cum* 𝔅𝔓m. 2. Pharrasia *vel* Parrasia *XABCGObchswz* miram *BCGO bchpswz*: myram *φ* 3. parabit *w et Turnebus Adversariis XXIV*, 28.: pararet *var. lect. c*: *om. b*: pararit *Gruterus*. 4. Has petat] A spectet *P*: Has petatta nostro *B*

LVII. De Gabinia *X*. 1. Achillam *Οzφλα et corr.c*: Achillan *P*: Achilas *μκ*: Achillas *reliqui*. 2. Pyx agathos *Pφ*: Pixagatos *XBObh*: Pixagatas *A et pr.G*: Pixagatus *corr.G*: Pexagatbos *ls*: Pixatosque *C* fueras *z* Hyppodamus *P*

LVIII. Ad Galla nubentem cinaedis *X*. 1. Nam *z* uubsisti *A* 2. te coma *A* pessaque *z* iubat *XA et pr.B*: iuvant *hp* 3. Dein *e* maduloque *var. lect. c* thoro *bc* 4. lapsa *bz* 6. usque] ipsa *zφ* toros] viros *var. lect. G*

LIX.

Non cenat sine apro noster, Tite, Caecilianus.
Bellum convivam Caecilianus habet.

LX.

Tarpeiae venerande rector aulae,
Quem salvo duce credimus tonantem,
Cum votis sibi quisque te fatiget
Et poscat dare, quae dei potestis:
Nil pro me mihi, Iuppiter, petenti
Ne succensueris velut superbo.
Te pro Caesare debeo rogare:
Pro me debeo Caesarem rogare.

LXI.

Abstulerat totam temerarius institor urbem
Inque suo nullum limine limen erat.
Iussisti tenues, Germanice, crescere vicos,
Et modo quae fuerat semita, facta via est.
Nulla catenatis pila est praecincta lagonis,
Nec praetor medio cogitur ire luto;
Stringitur in densa nec caeca novacula turba,
Occupat aut totas nigra popina vias.

LXI, 5. lagenis

LIX. * De Caeciliano *T*: De Caeliano *X*. 2. Bellicum *T*

LX. Ad Aulum *X*. 3. quisquis fe fatiget *G*: quisque se fatiget *ACObhlpsw*: quisquis se fatiget *XB* 4. dii *h* potest his *XB*: potestas *pr.G* 5. Nihil *sw* mihi *om.P* potenti *A et pr.G* 6. Nec *G* suscensueris *XA et pr.B* [7. *om.* *φ*.] 8. Pront me *s*

LXI. * Ad Caesarem *TX*. 1. totam — orbem *A*: totum — orbem *pr.G*: tota—urbe *l* cetarius *Obcmzμx et duo Gruteri*: cerarius *w*: cecarius *s*: temerarius *reliqui cum* 𝔓. 2. nulli limine limes *Roius*. 3. Iusisti *P*: Iunxisti *l* tenuis *P* Germani *XAB et pr.G* vivos *X* [5—8. *om.* *T*.] 5. practincta *XB*: percincta *μ* lagonis *XABP*: clagonis *w*: lagenis *reliqui*: lacunis *Heinsius*. 6. prector *P* 7. densas *XABGhl𝔄* turbas *hl𝔛 et corr.G*

Tonsor, copo, cocus, lanius sua limina servant.
    Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit.

LXII.

Reclusis foribus grandes percidis, Amille,
    Et te deprendi, cum facis ista, cupis,
Ne quid liberti narrent servique paterni
    Et niger obliqua garrulitate cliens.
Non paedicari se qui testatur, Amille,
    Illud saepe facit, quod sine teste facit.

LXIII.

Perpetui nunquam moritura volumina Sili
    Qui legis et Latia carmina digna toga,
Pierios tantum vati placuisse recessus
    Credis et Aoniae Bacchica serta comae?
Sacra cothurnati non attigit ante Maronis,
    Implevit magni quam Ciceronis opus.
Hunc miratur adhuc centum gravis hasta virorum,
    Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.

---

9. caupo, coquus   LXII, 5. qui se

---

9. caupo *TCGsw* cocus *TXABh*: cocuus *P*: coquus *reliqui.* laneus *p* sub limina *s* 10. est, nuper] ero nuae *T* magna fuit benete *B*

LXII. Ad Anullum *X.* 1. Seclusis *e* grandis *P:* glandes *CD et pr.G:* pergrandes *bc* percillis *G:* praecidis *Ohμκα*: recedis *l:* perdis *e:* percidis *reliqui cum* 𝔓. Anulle *XABC* 2. deprehendi *ABGOPbωμκα* ista] ita *XABC* cupis] invet *φ*: invaut *z* 3. seviqne *B* 4. Et niger (nigor *X*) *XABCG*𝔄𝔓: Et nocet *sw:* Et notet *reliqui.* 5. paedicare se qui *XB*: pedicari sed seqni *b*: psedicares equi („*al.* te qui" *G*) *AG*: paedicari te qui 𝔄*:* paedicari qui se *Pφ* Anulle *XABC*

LXIII. Ad Silium *X.* [*Inest in codice helmstadiensi, ubi hoc lemma:* Mercialis coquus de Silo Italico.] 1. peritura *h*𝔅 Silli *b*: Syli *O*: Siri *G* 2. tota *C* 3. Pieridos *C* recensus *X* 4. Credi *XAB*: Dicis *czφ* Haoniae *XA* Bacchia *pr.A:* Bachica *P* certa *φ:* sexta *s* 5. coronati 𝔅*:* coturni *P* non attigi autem *B:* non agittit ante *A*: non agitet ante *pr.G* 6. Implerat *G teste Heinsio.* quem *s*: cum *XABG* 7. 8. Nunc—Nune *l* 7. albuo *A* 8. graeo *BC*

Postquam bis senis ingentem fascibus annum
Rexerat, asserto qui sacer orbe fuit,
Emeritos Musis et Phoebo tradidit annos,
Proque suo celebrat nunc Helicona foro.

LXIV.

Qui tonsor tota fueras notissimus urbe,
Et post hoc dominae munere factus eques,
Sicanias urbes Aetnaeaque regna petisti,
Cinname, cum fugeres tristia iura fori.
Qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos?
Quid facit infelix et fugitiva quies?
Non rhetor, non grammaticus ludive magister,
Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes,
Vendere nec vocem Siculis plausumque theatris:
Quod superest, iterum, Cinname, tonsor eris.

LXV.

Bis te bis decimae numerantem frigora brumae
Conterit una tribus, Gargiliane, foris.

LXIV, 1. fueras tota

---

9. bis ingentem facibus ingeotem *X* facibus *ABsφ* 10. Rexserat *B* adserto *P*: a serto *Gb*: a certo *helmstadiensis*. urbe *P* qui fuit orbe sacer *z* 11. Et meritos *ABφ et pr.G* et *om. P* Phoco *XBG* 12. Perque *s* celebrant *h* thoro 𝔅: foco *helmstadiensis*.

LXIV. * Ad Cinoamum *TX*. 1. tota fueras *T*: fueras tota *reliqui*. noctissimus *B* 2. Et post hoc *TXABCbcswzφ*𝔓: Et post quae *m*: Et demum hoc *l*: Et demum munere dominae *h*: Et demum domioae munere *p*𝔅: Et post haec *reliqui*. 3. Etnaeaque *T*: Aeteroaque *XAB et pr.G*: Esternaque *corr.G*: Exteroaque *Cbchlmpsw*𝔇: Atheniaque *P* petasti *T* 4. dum vitas, *corr.* dum fugeres, *G*: Ciona mecum fugies *P* fori iura *X* 5. Qui nunc *G* tollerabis *P*: toleravis *A*: tolerabiiis *T* inutilis] in ociis *P* 6. Quid facis *Cbm*: Sic facis *cswzφ* 7. rector *b* grammaticus *X* 8. potest *T* 9. voces *XBCG* Sicolis *Pzφλα*: Siculum *T*: singulis *XABG*: sagulis *bchlswμκ*𝔉𝔅: sagulus *C*: secois *O*: cyclis *Oudendorpius*. thecetris *pr.B* 10. eras *b*

LXV. * Ad Garcillianum *T*: Ad Gargilianum *X*. 1. Bis te bis decimae *l*: Liccbis decumae *XAB et pr.G*: Licebis te decumae *corr.G*: Lucis bis decimae *Cw* brumam *XABC* 2. Continet *cφ*: Contigit *Cl* focis *P*

Ah miser et demens! viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci, Gargiliane, licet?

LXVI.

Heredem Fabius Labienum ex asse reliquit:
Plus meruisse tamen se Labienus ait.

LXVII.

Paedicat pueros tribas Philaenis
Et tentigine saevior mariti
Undenas vorat in die puellas.
Harpasto quoque subligata ludit
Et flavescit haphe, gravesque draucis
Halteras facili rotat lacerto,
Et putri lutulenta de palaestra
Uncti verbere vapulat magistri:
Nec cenat prius aut recumbit ante,
Quam septem vomuit meros deunces;
Ad quos fas sibi tunc putat reverti,
Cum coliphia sedecim comedit.

LXVII, 5. hape graveisque 11. redire 12. sexdecim

---

3. A miser *TXAB*: Ha miser *GPhsw* litagat *B* 4. Quisque *P*

LXVI. De Labieno *X*. 1. Labienem *z*: labe minor *b*: labe numerasse *Ps* 2. erit *w*

LXVII. Ad Philenen *X*. [*Versum 2 — Epigr. LXX. om. C.*] 1. Pedica *w* 2. seaevior *l* 3. vorat] dolet 𝔓: dolat *Gruterus*: solet *Rutgersius*. 4. Harpasta *B* quosque *P* 5. Et flavescit aphe *XABGOλ*: Et flavi scitaphae (scytaphae *φ*: scythaphe *olz*: scitapho *b*: stitafc *s*) *bchlswzφμκ*: Et havi scitaphae *P* gravisque *μκα* drauecs *XABlw et corr.G*: drances *pr.G*: draucos *OPbchszφμκα*: draueo *Gruterus*. 6. Halteras *Salmasius et Scriverius*: Alteras *XABGμ et libri Turnebi Adversariis XXIV, 28. novitque Domitius, qui reiicit*: Alteres *κ*: Alternas *z*𝔓: Alternans *O*𝔄: Aleeron *l*: Alterno *reliqui*. faciles *m* 8. Vuncti *A*: Uti *B* 10. moros *A et pr.G* 11. At *XG* reverti *XBGOlμκα*: revera *A*: redire *reliqui*. 12. eolyphia *Ob*: coloephia *AP*: quo loephia *XB*: colophia *s* sexdecim *bhlswμκα*: saepe clam *Pzφ*

Post haec omnia cum libidinatur,
Non fellat — putat hoc parum virile —
Sed plane medias vorat puellas.
Di mentem tibi dent tuam, Philaeni,
Cunnum lingere quae putas virile.

LXVIII.

Commendare meas, Instanti Rufe, Camenas
Parce precor socero: seria forsan amat.
Quod si lascivos admittit et ille libellos,
Haec ego vel Curio Fabricioque legam.

LXIX.

Haec est illa tibi promissa Theophila, Cani,
Cuius Cecropia pectora voce madent.
Hanc sibi iure petat magni senis Atticus hortus,
Nec minus esse suam Stoica turba velit.
Vivet opus quodcunque per has emiseris aures;
Tam non femineum, nec populare sapit.
Non tua Pantaenis nimium se praeferat illi,
Quamvis Pierio sit bene nota choro.

LXIX, 2. dote

---

14. virile] utile *pr.G*: civile *pr.b* 15. Sed sane *Pz* forat *O* 16. Dii *Oφ*: Dementem *XABG* det *B* tua *XABG* Philaenis *XAB* 17. cuunnnlingere *X* quae] qui *XABGbs* putat *G*

LXVIII. Ad Rufum *X*. 3. et om. *P*

LXIX. Ad Theofilam *X*. [*In P inter versus 2 et 3. est spatium.*] 1. Theofila *X* 2. Cecropia — dote 𝔓: Cecropio — rore 𝔅 *et Heinsius*: Cecropia (Secropia *φ*) — voce *reliqui cum* 𝔄. manent, *corr.* manant, *P* 3. petet *c*: petant *h*: putat *P* magnis *pr.G* Atticus ortis *XAB*: Atticus hostis *bsw et pr.ch*: aitus in hortis *μxa*: Atticus hortus *reliqui cum* λ𝔄𝔓. 4. suum *P* 5. quocunque *hlp*: per quemcunque *P* per istas miseris *Gμxa*: per istas emiseris *XAB*: pelas emiseris *c*: per iis emiseris *l*: per has emiseris (permiseris *Heinsius.*) *reliqui cum* λ𝔓𝔅*m*. horas *P* 6. Iam non *P*𝔅: Tam nec *zφ et Iunianae*: Tam non *reliqui cum* 𝔓 (?). 7. Pauthenis *XAOPbpφμx*, *corr.B et Gruteriani*: Parthenis *hλa*: Parthenium *Gryphianae*. nimium se] umii se *s*: versu se *m*: universe *bw* proferat *l* 8. thoro *bpsw et pr.h*

Carmina fingentem Sappho laudavit amatrix:
Castior haec, et non doctior illa fuit.

LXX.

Ipsarum tribadum tribas, Philaeni,
Recte, quam futuis, vocas amicam.

LXXI.

Ficosa est uxor, ficosus et ipse maritus,
Filia ficosa est et gener atque nepos.
Nec dispensator nec vilicus ulcere turpi,
Nec rigidus fossor, sed nec arator eget.
Cum sint ficosi pariter iuvenesque senesque,
Res mira est, ficos non habet unus ager.

LXXII.

Gratus sic tibi, Paule, sit December,
Nec vani triplices brevesque mappae,
Nec turis veniant leves selibrae,
Sed lances ferat et scyphos avorum
Aut grandis reus aut potens amicus,
Seu quod te potius iuvat capitque.

---

9. laudabit LXXII, 4. aut scyphos

---

9. fringentem *A*: fingeute *bw* Sappo *XAB*: Sapho *P* laudarit *O*: laudabat 𝔓𝔅: landabit *Gruterus*: landaret *margo Iunii*. amtrix *X* 10. hoe *s* et] est *m*: ast, at, sed *Heinsius*.

LXX. De Philene *X*. 1. tribarum *O*: trivarum *C*: triviarum *XABG* Philenis *Oh* 2. quam] dum *behlswzφ* fuis *B*

LXXI. De marito et uxore de tota domo *X*. 2. et gener atque uepos 𝔓*s*: et socer atque gener *h*: et gener inde soeer *l*: et gener atque socer *reliqui*. 5. sit *h* fiscosi *X* iuvenes pariterque *c* 6. ficus *Cbchlswzφ* ullus *czφ*

LXXII. Ad Paulum *X*. 1. sie] sit *B* tibi sit December Paule *XABCclz*: *an* tibi sit December, Aule? 2. Nec iani *Bφ*: Nec iam vani *l* 3. Nec turpes *P* leves selibrae *Oμωa*: leves velibrae 𝔓: breves selibrae (salibrae *Cl*) *reliqui cum* 𝔛𝔅. 4. ferant *bhsw* et *Pbcz*: aut *reliqui*. autorum *B*: anorum *G* 5. Aut grandisecus *s* 6. Seu] Sed *P*𝔅 cupitque *bsw*: cupisque *hp*

Sic vincas Noviumque Publiumque
Mandris et vitreo latrone clusos;
Sic palmam tibi de trigone nudo
Unctae det favor arbiter coronae,
Nec laudet Polybi magis sinistras:
Si quisquam mea dixerit malignus
Atro carmina quae madent veneno,
Ut vocem mihi commodes patronam,
Et quantum poteris, sed usque, clames:
„Non scripsit meus ista Martialis."

LXXIII.

Esquiliis domus est, domus est tibi colle Dianae
Et tua patricius culmina vicus habet:
Hinc viduae Cybeles, illinc sacraria Vestae,
Inde novum, veterem prospicis inde Iovem.
Dic, ubi conveniam, dic, qua te parte requiram:
Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquam habitat.

LXXIV.

Cyllenes caelique decus, facunde minister,

---

9. trigono

---

7. Novumque *P*: Nevinmque *b*: Novium (*om.* que) *s* Palliumque *A et pr.G* 8. Mandrio et *corr.G*: Mandri sed *blps*: Mandris sed *ch* vitreo] utero *s et margo h*: uter *b* elusus *pr.Gh*: uudos *μ*: nudos *κ*: elausos *sw* 9. Sit *s* 10. Uneta edet *P*: Hune tedet *AB et pr.G*: Nune tedet *C*: Nuncta te det 𝔉 11. Pholybi *XB*: Faiibi *var. lect. G* magis] manus 𝔛 *et var. lect. G* sinistram *Heinsius.* 12. dixerit] legerit *czφ* 14. vovem *B*: noceam *s* comedes *h* patrona *XA* 15. Et quanta *Heinsius.* set usque *A et corr.G*: et usque *X*: sl usque *pr.G*: sed et usque *bchl*: supraque *O*: sed semperque *s*: sed superque *w*: sed usque *reliqui.* 16. Non] Heu *φ* meus] mihi *w*

LXXIII. * Ad Maximum de habitatione sua *T*: Ad Maximum *X*. 1. Esquilis *XAB*: Esquiiiae *bhmswφ*𝔓 domus est *semel om. P* colla *XAC et pr.B* 2. vicus] meus *P* 3. biduae *XAC et pr.BG*: biviae 𝔛, *corr.BG et codex Gulielmii Verisimm. III, 22.*: viduo *b*: queinde *s*: bivirae *Lipsius et Gulielmius*: aedem *Heinsius.* Cibelles *T* illic *φ* [5. 6. *affert D.*] 5. dic] de *P* qua de *μ*

LXXIV. De Norbana *X*. 1. Cyienes *O*: Myllenes 𝔅 deus *p* fecunde *AB*

Aurea cui torto virga dracone viret:
Sic tibi lascivi non desit copia furti,
Sive cupis Paphien, seu Ganymede cales;
Maternaeque sacris ornentur frondibus Idus
Et senior parca mole prematur avus:
Hunc semper Norbana diem cum coniuge Tarpo
Laeta colat, primis quo coiere toris.
Hic pius antistes sophiae sua dona ministrat,
Hic te ture vocat, fidus et ipse Iovi.

LXXV.

Vis futui gratis, cum sis deformis anusque.
Res perridicula est: vis dare, nec dare vis.

LXXVI.

Quod te diripiunt potentiores
Per convivia, porticus, theatra,
Et tecum, quotiens ita incidisti,
Gestari iuvat et iuvat lavari:
Nolito nimium tibi placere.
Delectas, Philomuse, non amaris.

LXXIV, 7. Caro 9. prius

---

2. viget, „*al.* viret," *s* 3. Sit *pr.B* 4. Praphien *φ*: Paphie *Aw*: Paphia *c*: Paphi *z*: pace *μκ* euganimede *A* coles *XABG*: colis *var. lect. G*: coli *Cbcswzμκ* 5. frontibus *B*: coilibus *lp* 6. anus *h* 7. com coniuge *X*: dicet cum coniuge *s*𝔅 Tarpo *bhps et m teste Grutero*: Carpo *XBCOcwφμκ*𝔅 *et duo Gruteri*: parco *AG*: campo *l*: caro 𝔓*z*: Caro *λα*: Prisco *vel* Crispo *Heinsius.* 8. quo (qua *μκα*) coiere (coire *O*) toris *Ozφμκα*𝔓 *et corr.c*: quo coleret (coluere *corr.G*) coris (choris *X*) *XABG et pr.c*: quod coleret coreis (colitis *s*) *bs*: quo caiuere toris 𝔛: quod coluere choris (toris *p*) *hlp*𝔉𝔅: qua coleret coliris *w*: quod coleret corilus *C* [*Versus 9. 10. in XB cum Epigr. sq. conflati.*] 9. Hinc *bchp* plus *XAB* ministrat *BPsλα*: ministret *reliqui.* 10. Hinc *c* rure *φ* vocet *Ocmzμκ*: *om. C*

LXXV. In anum deformem *O* 1. gratis futui *P* et anus *bwφ* 2. vis dari *φ* non dare *l et pr.G*

LXXVI. Ad Philomusum *X.* 1. deripiunt *Xbls* 3. quotiens inridisti *pr.B* 5. tibi nimium *h*

LXXVII.

Exigis, ut nostros donem tibi, Tucca, libellos.
Non faciam: nam vis vendere, non legere.

LXXVIII.

Cum Saxetani ponatur cauda lacerti
Et, bene si cenas, conchis inuncta tibi:
Sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos
Mittis: habes nec cor, Papile, nec genium.

LXXIX.

Potavi modo consulare vinum.
Quaeris, quam vetus atque liberale?
Ipso consule conditum: sed ipse,
Qui ponebat, erat, Severe, consul.

LXXX.

Quatenus Odrysios iam pax Romana triones
Temperat et tetricae conticuere tubae,
Hunc Marcellino poteris, Faustine, libellum
Mittere: iam chartis, iam vacat ille iocis.
Sed si parva tui munuscula quaeris amici
Commendare, ferat carmina nostra puer:

LXXVIII, 2. tibi est:

LXXVII. Ad Tuceam *X.*

LXXVIII. Ad Paphilum *X.* 1. Sexitani 𝔅 *et Hieron. Magius Miscell. II*, 9. coda *ABz:* causa *bl*: caeda *X*: corda, „*al.* cena," *G* 2. bone *b* conchisis uncta *A et pr.G*: couchesis uneta *corr.G*: couchis is cuneta *XB* tibi *P et Gronovius*: tibi est *reliqui: scribendum censeo* eouche sit uncta tibi. 3. Sumere *φ* hostrea *B* mulos *Pμκα* 4. Papyle *B*: Paphile *Xhφ*: Pamphile *Pbcl𝔛*

LXXIX. Ad Severum *X.* 1. Putavi *P* 2. atque] et quam *s* 3. set *A* 4. Cui *s* Sivere *A et pr.G*

LXXX. Ad Faustinum *X.* 1. Quatinus *XG* Odriosos *b*: Othrysios 𝔛: Sodrysios *X* 2. tretice *b*: tetriae *O* 4. vocat *pφ* iocis] locus *P* 5. amice *G*: amicae *XA* 6. Commendari *hp* feret nostra carmina *P*

Non qualis Geticae satiatus lacte iuvencae
Sarmatica gelido ludit in amne rota,
Sed Mitylenaei roseus mangonis ephebus,
Vel non caesus adhuc matre iubente Lacon.
At tibi captivo famulus mittetur ab Histro,
Qui Tiburtinas pascere possit oves.

LXXXI.

Triginta toto mala sunt epigrammata libro:
Si totidem bona sunt, Lause, bonus liber est.

LXXXII.

Menophili penem tam grandis fibula vestit,
Ut sit comoedis omnibus una satis.
Hunc ego credideram — nam saepe lavamur in uno —
Sollicitum voci parcere, Flacce, suae:
Dum ludit media populo spectante palaestra,
Delapsa est misero fibula: verpus erat.

LXXXIII.

Eutrapelus tonsor dum circuit ora Luperci
Expingitque genas, altera barba subit.

LXXX, 8. rigido 11. Istro LXXXI, 2. liber bonus est. LXXXII, 3. in unum

---

7. saciatur *B* laete Minervae *s* 8. rigido 𝔓 ludet *P* tota *pr.P* 9. Mytylenei *A*: Mytilenei *P* magnonis *X*: magonis *s* ephebi *bhw* 10. cetus *G*: caecus *XAB* vivente *Pb*: vidente *margo Iuntinae Lemairii.* 11. Histro *XABPbφ*: Istro *reliqui.* 12. posset *XABCG*: poseit *s*

LXXXI. Ad Lausum *X.* 1. mala *om. P* 2. bonus liber est *XABGP*: liber bonus est *reliqui.*

LXXXII. De Menophilo *X*: Demophilo *T.* [1—4. *om. T.*] 1. Enophili *p* pennem *P* 3. Hunc quoque *l* reddideram *B* in unum 𝔓 5. laedit *XA*

LXXXIII. * De Utrapilo *T*: De Eutropilo tonsore *X.* 1. Eutrapelus *Pφxa*: Eutrapilus *T*: Eutropilus *XABCGObhelzμ*: Entropilus *sw*: Veropilus *p* cum *bsw* ore *pr.B* 2. Expungitque *a*: Expurgatque *o*: Expingitque *cum reliquis* 𝔓*m.* genas] cutem *pr.h* subit] venit *hlp et var. lect. o*

LXXXIV.

Dum mea Caecilio formatur imago Secundo
Spirat et arguta picta tabella manu,
I, liber, ad Geticam Peucen Histrumque iacentem:
Haec loca perdomitis gentibus ille tenet.
Parva dabis caro, sed dulcia dona, sodali:
Certior in nostro carmine vultus erit.
Casibus hic nullis, nullis delebilis annis
Vivet, Apelleum cum morietur opus.

LXXXV.

Quod non insulse scribis tetrasticha quaedam,
Disticha quod belle pauca, Sabelle, facis,
Laudo, nec admiror. Facile est epigrammata belle
Scribere, sed librum scribere difficile est.

LXXXVI.

Ad natalicias dapes vocabar,
Essem cum tibi, Sexte, non amicus.
Quid factum est, rogo, quid repente factum est,
Post tot pignora nostra, post tot annos
Quod sum praeteritus vetus sodalis?
Sed causam scio. Nulla venit a me

LXXXIV, 3. Istrumque tacentem: LXXXV, 3. Epigramma, Sabelle,

LXXXIV. Ad librum suum *X*. 1. Cum *bhsw* 2. argutam 𝔛 *et corr.G* manum *XABG*𝔛 3. I] *om. XAB* Liber et ad *B* Geticeñ *G*: Gethicam *P* Peucem *h*: Phencem *B* Histrumqne *ABPbhφ*: Hystrumque *X*: Istrumqne *reliqui.* iacentem *XABCGlφ*𝔛: tacentem *reliqui.* 5. Parcia *pr.B* 6. in vestro *G*: in isto *h*: non nostro *s* 7. boe *bchlp* nullis delebilis] debilis flebilis *XAG*: delebilis *om. altero* nullis *cum spatio P*: debilis nec flebilis *B*: et nullis debilis *z*: bic nullis flebilis *COsw*: nostris bic nullis delibilis amnis *b* 8. Apollineum 𝔛 com *X* moriatur *pr.G*: orictur *b* .

LXXXV. Ad Sabellum *X*. 1. non] nam *pr.AG* insulae *Obw* 2. Disthicaque belle *p* Sabella *X* [3. 4. *apponit D.*] 3. epigramma tabelle *X*: epigrammata felle *P*

LXXXVI. Ad Sextum *X*. 1. natilitias *corr.G* vocabat *b* 3. rogo] ergo *p* est *in fine addunt XABP, om. reliqui.* 4. pignera *AB* 5. sim *h*: *om. b* solidalis *X* 6. cansa *X*: causas *AG* ad me *XABl et pr.G*

Argenti tibi libra pustulati,
Nec laevis toga, nec rudes lacernae:
Non est sportula, quae negotiatur.
Pascis munera, Sexte, non amicos.
Iam dices mihi „Vapulet vocator."

LXXXVII.

Si meus aurita gaudet lagalopece Flaccus,
Si fruitur tristi Canius Aethiope;
Publius exiguae si flagrat amore catellae,
Si Cronius similem cercopithecon amat;
Delectat Marium si perniciosus ichneumon,
Pica salutatrix si tibi, Lause, placet;
Si gelidum collo nectit Glaucilla draconem,
Luscinio tumulum si Telesina dedit:

LXXXVI, 7. Hispani tibi 8. Nec tenuis 10. Poscis LXXXVII, 1. glaucopide 7. Gratilla 8. Lusciniae Thelesina

---

7. Argonti] Hispani 𝔓*z* tibi libram *XABGbchpsw:* billbra 𝔓 pustulati *λa:* pusulati 𝔓*:* postulati *XABp*, *corr.G et „quidam antiquus codex" Domitii:* postulata est *z:* postulanti *reliqui cum* 𝔛. 8. laevis] tenuis *bhimzφ*𝔓𝔉 9. quae] nequa *P*𝔅 negociator *P* 10. Pascis *XABCG*𝔓*:* Poscis *reliqui.* non om. *X* 11. dicet *corr.h:* dicis *P* va pudet *A:* vah pudet 𝔛, *pr.G et margo A:* vapule *P* vecatur *XBP et pr.A:* vocetur *G*𝔛 *et corr.A:* vorater *λ*

LXXXVII. Ad Flaccum *X.* 1. Si melius *X et pr.A:* Si magis *cmsw:* Si gaudet melius aurita *B* auriga *bsw* lagalepoce *O*𝔅 *et Gruterus:* lagaopoce *XABGbchls:* lagaopete *p:* lagaoploe *C „alias" Gruterus:* lagaopaco *zφ:* lagaepoco *w:* lagagopece 𝔓 (lagago cepo *P*): lagopica *κλ:* lagoopedo *μ:* lagopode *a:* dagaopere *m:* glaucopide *Scaliger.* Flacus *B* 2. Canuius *Ohφ*: Camnius *b* 3. ex igne *P* fraglat *X*: fragat *pr.A:* fragrat *sw et corr.A* catullae *As et pr.G*: capellae *Gronovii „MSC." Syllog. Epistt. II, p.* 523. 4. Si Chronius *XABOhφ:* Si Cronus *Iunianae*: Si Chiomus *b*: Sithronius *s* cercopiticon *C*: cercophiticon *s:* ceroophitocon *O:* circepiticon *Xb et pr.A:* circopithicon *P:* cirtopeticon *G*: circopeticon *corr.A*: circophiticon *pw*: circhopiticon *h:* cicropiticum (*corr.* cicropiticon) *B* 5. ichneumon *Oa:* icheumon *μκλ:* iconcumo *P:* icanoume 𝔉: ischemon *Beverlandi M:* hiccmon *l:* ichomon *reliqui cum* 𝔅. 7. golido (gellido *A*) collum *A et pr.G* Glaucilla *Heinsius* (*vel* Flaccilla): Glacilla *μκa*: Glacia *XABC et pr.G*: Gladcilla 𝔓 (Gadilla *P*): Gradilla *bmzφ:* Graudilla *c*: Gadilla *hipsw*𝔅: Calathea *corr.G:* Galathia 𝔛 8. Luscinio *XABGP bolwz*𝔉: Lucinio *h:* Lasciuio *s:* Lusciniae *reliqui.* Telosilla *P* dedit] facit *Pbcmwz*

Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycae,
Qui videt haec dominis monstra placere suis?

LXXXVIII.

Fertur habere meos, si vera est fama, libellos
Inter delicias pulchra Vienna suas.
Me legit omnis ibi senior iuvenisque puerque,
Et coram tetrico casta puella viro.
Hoc ego maluerim, quam si mea carmina cantent
Qui Nilum ex ipso protinus ore bibunt;
Quam meus Hispano si me Tagus impleat auro
Pascat et Hybla meas, pascat Hymettos apes.
Non nihil ergo sumus, nec blandae munere linguae
Decipimur: credam iam, puto, Lause, tibi.

LXXXIX.

I, felix rosa, mollibusque sertis
Nostri cinge comas Apollinaris.
Quas tu nectere candidas, sed olim,
Sic te semper amet Venus, memento.

XC.

Iactat inaequalem Matho me fecisse libellum:
Si verum est, laudat carmina nostra Matho.

---

9. amet ora Labycae *μκα:* amet ora Labyrtae (Labytae 𝔉) 𝔓*mλ*𝔉𝔅: amet ora Labirtae (Libirtae *s*) *Obchlswz*: amet ore labritae *φ:* amet tala bycae *A*: ame (amet *C*) atbalabice *C et pr.G*: amet te labiee *XB et corr.G* 10. domini *XABG* sua *XABCGm*

LXXXVIII. * Ad Lausum de carmine suo *T*: Ad Lausum *X*. 1. vere *Tμ* 2. Bienna *P* 3. senis *s* puerque iuvenisque *h* 4. quoram *pr.B* 5. Haec *bwzφ* 6. ex iiio *XABCGbchlsw* orbe *pr.G* 7. Hispanus *P*𝔅 Tagos *T* 8. Pascat et bibleas *pw*𝔅 *et pr.h*: Pascat et Hibia meos *corr.h*: Pascat et bibleans (bibicas *s*) *bs* Hymetos *TXABOb*: Himetus *h* 9. nii *Pbsw* nec blandi (blando *corr.B*) munere linguas (linguae *corr.G*) *XABCG*: nec maguae munere linguae *T*: nec blandae murmure ilinguae *Oμκα:* nec biandae muaere linguae *reliqui cum* 𝔄𝔓. 10. Decipimus *C et corr.B* credo *z* iaus et tibi *T*

LXXXIX. Ad rosa coronam *X*. 1. I] *om. XABCGbclφ*: O *pz* milibusque *h* 2. Nostris *AC*: Nostras *B* Appollinaris *P* 3. necte *l*: necesse *bw*: nectare *h* candida *XP* 4. Si *pr.B*

XC. * Ad Creticum *TX*. 1. Lactat *XA et pr.B* 2. nostra carmina *P*

Aequales scribit libros Calvinus et Umber.
Aequalis liber est, Cretice, qui malus est.

XCI.

De nostro facunde tibi Iuvenalis agello
Saturnalicias mittimus, ecce, nuces.
Cetera lascivis donavit poma puellis
Mentula custodis luxuriosa dei.

XCII.

„Si quid opus fuerit, scis me non esse rogandum“
Uno bis dicis, Baccara, terque die.
Appellat rigida tristis me voce Secundus:
Audis, et nescis, Baccara, quid sit opus.
Pensio te coram petitur clareque palamque:
Audis, et nescis, Baccara, quid sit opus.
Esse queror gelidasque mihi tritasque lacernas:
Audis, et nescis, Baccara, quid sit opus.
Hoc opus est, subito fias ut sidere mutus,
Dicere ne possis, Baccara, quid sit opus.

XCIII.

Narnia, sulphureo quam gurgite candidus amnis

XCII, 2. Bis nobis dicis 4. 6. 8. Audis, sed nescis,
XCIII, 1. sulfureo

---

3. Calvinos *A*: Culvinus *B*: Calvianus *T* 4. Critiee *a*

XCI. Ad Facundum *X*. 2. nugas *B* 3. lascivus *h* donavit] dona *b*: donavit dona *z* 4. luxoriosa *A*

XCII. * Ad Bacaram *T*: Ad Vacaram X. 1. opus o fuerit *B* scis] tibi *P*𝔅 2. Uno his (his *X*) *TXBC et pr.A*: Ut nobis *G et pr.A*: Bis nobis *reliqui*. dicis] decies *T* Bacara *XAB*: Bachara *P*: Bacchara *Oφ ubique*. 3. tristissimae voce *T*: tristem me *B* secundis *pr.B* 4. Audis et nescis *TXABCGP*𝔄: Audis sed nescis *reliqui*. Bachara *T* qui sit *T* [5. 6. *om.hw*, 5—8. *P*: 7. 8. 5. 6. *transponit φ*.] 5. te coram *TOlμxa*: coram te *G*: curante *XAB*: curate *bφ*: cur a te *Cesz*: cur a me 𝔄 claraque *X*: petituro lareque *T*: palmamque clareque *b* 6. Audis et nescis *TG*𝔄: Audis sed nescis *reliqui*. [7—10. *om. C.*] 7. Ecce *wz* 8. Audis et nescis *T*: Audis sed nescis *reliqui*. 9. est *om. T* facias *A et pr.G*: fas *P* mutes *XA et pr.G*: motus *B* 10. nec *TB*: non *φ*

XCIII. * Ad Narniam civitatem *TX*. 1. Narnca *P* sulpureo *A*: sulfureo *P*: subphoreo *T* annis *μx* circuit amnis Candidus *h*𝔅: candidaminia Circuit *T*

Circuit, ancipiti vix adeunda iugo,
Quid tam saepe meum nobis abducere Quintum
Te iuvat et lenta detinuisse mora?
Quid Nomentani causam mihi perdis agelli,
Propter vicinum qui pretiosus erat?
Sed iam parce mihi, nec abutere, Narnia, Quinto:
Perpetuo liceat sic tibi ponte frui.

XCIV.

Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat:
Olfecit postquam Papilus, ecce, garum est.

XCV.

Bruma est et riget horridus December,
Audes tu tamen osculo nivali
Omnes obvius hinc et hinc tenere,
Et totam, Line, basiare Romam.
Quid possis graviusque saeviusque
Percussus facere atque verberatus?
Hoc me frigore basiet nec uxor,
Blandis filia nec rudis labellis.
Sed tu dulcior elegantiorque,
Cuius livida naribus caninis

---

2. aneipali *T* 3. addneere *pr.G* 4. detenuisse *T* 5. aumentam *T*: momentani *Xw* prodis *Heinsius.* 6. Pro turpi vitio qui 𝔄 7. ab utere *O*: abutero *T* quanto *XA* 8. Perpetaa *pr.T*: Perpetuae *Heinsius.*

XCIV. * De papiro *T*: De Papylo *X*, *qui Epigr. ipsum omittit.* 1. modo] mihi *G* parva] Nerva „*vel simile nomen*“ *Scriverius*: parve gerebas *Gronovius.* ferebat *T* 2. Papylus *T*: Paphilas *bh*: Pamphiius *P* ecce] hoe *h* earum *Pb*: larum *B* est *om. T*

XCV. * Ad Linum *T.* 1. orridus *T*: horrida *G* 2. Audesi *B* 3. obvios *TBCOblsw et Iunianae*: obvios omnes *hp*: obvio *P* 4. linebas iaperoma *T*: Liue basiam Romani (Romam *B*) *XAB* frontem, *margo* Romam, *h* 5. posses *Ph* seniusque *B*: seaeviusque *l*: saevins *C* [6. *om. T.*] 7. bassi et *T*: basie *s*: basiat *p* ne uxor *P* 8. rudi *T*: nudis *h*𝔅 libellis *XB* [9—16. *om. T.*] 9. eligantiorque *X* 10. ninguida *Heinsius*: lurida *vel* stiria —, glacie rigetque barba *Roius.*

Dependet glacies rigetque barba,
Qualem forficibus metit supinis
Tonsor Cinyphio Cilix marito.
Centum occurrere malo cunnilingis,
Et Gallum timeo minus recentem.
Quare si tibi sensus est pudorque,
Hibernas, Line, basiationes,
In mensem rogo differas Aprilem.

XCVI.

Conditus hic ego sum Bassi dolor, Urbicus infans,
Cui genus et nomen maxima Roma dedit.
Sex mihi de prima deerant trieteride menses,
Ruperunt tetricae cum mala pensa deae.
Quid species, quid lingua mihi, quid profuit aetas?
Da lacrimas tumulo, qui legis ista, meo.
Sic ad Lethaeas, nisi Nestore serius, undas
Non eat, optabis quem superesse tibi.

XCVII.

Nosti si bene Caesium, libelle,
Montanae decus Umbriae Sabinum,
Auli municipem mei Pudentis,
Illi tu dabis haec vel occupato.

XCVI, 7. serior

---

11. forficibus *O𝔓𝔉*: forpicibus *CGlφμ𝔄*: fornleibus *A*: formicibus *X et pr.B*: forcipibus *reliqui.* metis *b*: petit *G* supinus *X* 13. Cinipio *Xb*: Cynipio *A*: Cilipio *B*: Cynaphio *hp𝔉*: Cioifo *s*: Cymphio *wφ*: Cympio *P* Cylex *P𝔉*: calix *bl*: calibs *cw*: Chalybs *Beverlandus.* 15. nimis *φ* recentam *pr.A*: rigentem *Heinsius.* 16. Quaere *AG et pr.B* sensor *z* 17. Hibernas] Libertinas *P* linebas iationes *T*

XCVI. De Urbici funere *X*. 1. hinc *A et pr.B* 3. dederant *XAB* trientide *Pb𝔉*: tridentide *w* nomen *in fine addit A, omissum versu 2. manu pr.* 4. male *Heinsius.* 6. De *A* 7. serior *Pzφμxa*: senior *O*: serius *reliqui cum 𝔉𝔅.* 8. Nonne adoptatavis *AB*: Nonne adoptat avis *X et pr.G*: Sed nec adoptet avus *C*: Non eat, optat anus *margo h*

XCVII. Ad libellum suum *X*. 1. Cesum libelli *P* 2. Mentanae *l* Umbricae *C* 3. municipium *pr.h* 4. vel] et *lp𝔉𝔅.*

Instent mille licet premantque curae,
Nostris carminibus tamen vacabit.
Nam me diligit ille proximumque
Turni nobilibus leget libellis.
O quantum mihi nominis paratur!
O quae gloria! quam frequens amator!
Te convivia, te forum sonabit,
Aedes, compita, porticus, tabernae.
Uni mitteris, omnibus legeris.

XCVIII.

Omnia, Castor, emis: sic fiet, ut omnia vendas.

XCIX.

Sic placidum videas semper, Crispine, tonantem,
    Nec te Roma minus, quam tua Memphis amet:
Carmina Parrhasia si nostra legentur in aula,
    — Namque solent sacra Caesaris aure frui —
Dicere de nobis, ut lector candidus, aude:
    „Temporibus praestat non nihil iste tuis,
Nec Marso nimium minor est doctoque Catullo.“
    Hoc satis est: ipsi cetera mando deo.

XCVII, 9. tibi   XCIX, 6. ille tuis.

---

5. mille] nulla 𝔉   properentque *l*   7. diliget *ABC*   proximusque *ABhlp*𝔅   8. Curni *XABG*: Cur in *p*: in *l*   liget *A et pr.G*: legit *Pbcmwφ*𝔅   9. tibi 𝔓𝔉   numinis *XABCGbchl*𝔉   11. conviva *hpw*   sonavit *XABG*: sonabat *l*: sonabunt *hp*𝔅   12. taberna *bhsw*   13. mittereris *G*   legereris *pr.G*

XCVIII. Ad Castorem *X*   1. emis Castor X   emit *s et pr.G*   fiat *zφ*   vendat *s*

XCIX. * Ad Castorem ad Crispinum *T*, *omisso tamen XCVIII.* Ad Crispinum X.   1. placitum 𝔄   Cripine *T*   2. nimphis *pr.G*   amat *T*   3. Parrasii *pr.G*: Parrhasiam *P*   leguntur *T*: legantur 𝔉   in auram *P*𝔉   4. soles *φ*   sacrae X   5. audet *a et pr.B*   6. [*om. C.*] ista *l*: ipse 𝔄: ille *P et codices Gruteri.*   7. minor est nimium *G*   doctorque *s*   8. ipsa *XABC*

SBN · VA1-1538378





Digitized by Google

